 27 dicti S^mi Domini nostri Papae anno quinto. =
 27 Julius Archiep^{us} Tarsensis Nuntius Apostolicus =
 27 loco sigilli. = Fed: Julius Abbrivator.

Notabilia

Hoc Breve aservatur originale in Archivo Conventus Marticensis Norbionis
 Discalceatorum, et adducitur a No. Discalceato Josepho a Jesu Maria in no. Bul-
 lario pag: 537.

Bulla XVI.

Confirmat Confraternitatem Patris Euse-
 ni erectam in Ecclesia nostri Con-
 ventus Vltiponensis.

27 Innocentius Episcopus servus servorum
 27 Dei. Universis Christi fidelibus pra-
 27 sentes litteras inspecturis: salutem, et Ap-
 27 postolicam benedictionem.

27 S. L. Considerantes notam mortalitatis
 27 huius fragilitatem, et humani generis co-
 27 ditatem, districtique severitatem iudicij

27 dicitur percipimus fideles singulos iudicium
 27 ipsum bonis operibus, et pijs precibus pro-
 27 verere, ut per illa eorum peccata dele-
 27 antur, ipsique aeterna felicitatis gau-
 27 dia facilius consequi valeant.

27 S. 2. Cura itaque sicut accepimus
 27 in Ecclesia Monasterij Fratrum Ordinis
 27 nostri S^me Trinitatis, Vltiponensis civi-
 27 tatis, et Diocesis una pia, et devota, v-
 27 trisusque sexus Christi fidelium Confrater-
 27 nitas sub invocatione Prima Personae S^me

Trinitatis

Trinitatis, ad Dei Omnipotentis laudem, et
 animarum salutem, proximique subventio-
 nem canonicè instituta existat, cupit diu-
 secti filij, confectis quamphurima pietatis,
 charitatis, et misericordia opera exerces-
 se consueverunt; ut igitur, sicut desiderar-
 mus, majora in dies spiritualia suscipi-
 at incrementa.

S. 3. De Omnipotenti Dei Matris: dñe, ac Beatorum Petri, et Pauli, Aposto-
 lorum eius auctoritate confiri: omnibus
 et singulis utriusque sexus Christianis de-
 libus, verè poenitentibus, et confessis, qui
 dictam confraternitatem de cætero ingre-
 dientur, die primo eorum ingressus, si
 SSmum Eucharistia Sacramentum sumpse-
 rint: et nunc, et pro tempore existentibus
 dicta Confraternitatis Confratribus, et ad
 verè poenitentibus, et confessis, ac si id co-
 mode fieri poterit, sacra cõmunionem refec-
 tis, in eorum mortis articulo nomẽ Jesu
 corde, si ore nequiverint invocantibus.
 Necnon eidem Confratribus etiam verè poe-
 nitentibus, et confessis, ac sacra cõmunionem
 refectis, qui Ecclesiam hujusmodi
 in die festivitatis principalis dicta cõ-
 fraternitatis ab Ordinario loci semel tan-
 tum designanda, citra tamen Festum
 Paschatis Resurrectionis Dominica, et qua
 semel designata, seu electa amplius va-
 riarı nequeat, à primis Verperis us-

usque ad occasum solis diei Festivitatis hujus-
 juremodi singulis annis devote visitaverint
 et ibi pro sacra Matris Ecclesie exaltati-
 one, hereticorum extirpatione, et inter Chris-
 tianos Principes concordia, ac Romani
 Pontificis salute, piis ad Deum precibus ef-
 fuderint: Plenariam omnium peccatorum suo-
 rum indulgentiam, et remissionem Auctori-
 tate Apostolica tenore presentium concedi-
 mus, et elargimur.

S. 4. Præterea confratribus predic-
 tis pariter verè poenitentibus, et Confessis
 ac sacra cõmunionem refectis, qui dictam
 Ecclesiam in quatuor alijs anni festis die-
 bus, per predictos confratres eligendis, et
 ab eodem Ordinario approbandis, qui se-
 mel electi amplius variari non possunt,
 citra tamen Festum Paschatis Resurre-
 ctionis Dominica, etiam devote visitave-
 rint et ut præfertur oraverint etc.
 ut in similibus concedit septem annos
 et totidem quadragenas in quolibet præ-
 dictorum quatuor dierum.

S. 5. Quodvis verò missis et alijs di-
 vinis officijs, in dicta Ecclesia celebrandis
 pro tempore, vel recitandis etc. ut in Bulla I.
 hujus Pontificis concedit 60. dies pro quoli-
 bet pietatis, vel charitatis opere.

Dat Roma apud S. Mariam Majorẽ ar-
 no Incarnationis Dñice 1650. Kalendis
 Aprilis, Pontif. nri anno sexto.

Notabilia

Hæc Bulla asservatur Originalis in Archivo Nri Conventus Uliciponensis;
 cujus transumptum accepi per Tabellarium publicum à R. P. Magistro Fr.
 Emanuele à Lucia, erudito Chronographo Nre Provinciae Portugaliæ
 anno 1760.

Bulla XVII.

Concedit: Altare SSmi Crucifixi, ritus
 in Ecclesia Nri Conventus Burgensis
 esse Privilegiatum.

Innocentius Papa X.

Ad futuram rei Memoriam. S. 1

S. 1. Omnium Saluti Paterna Char-
 itate intenti: sacra interdum loca
 specialibus Indulgentiarum muneribus
 decoramus; ut inde Fidelium
 Defunctorum animæ Dni nostri Jesu-
 Christi

18
 Christi, ejusque Sanctorum suffragia me-
 ritorum consequi, illisque adiuta exurgat
 torum poenis ad eternam Beatitudinem
 per Dei misericordiam perducere valeant.
 S. 2. Volentes igitur Ecclesiam
 S^{me} Trinitatis Ordinis Calceatorum n^{re}
 cupatorum Burgenis Diocesis, in qua
 nullum aliud Altare Privilegiatum con-
 ceivum invenitur, in ea situm Altare
 S^{mi} Crucifixi hoc speciali dono il-
 lustrare, dummodo septem Missa quo-
 tidie celebrantur: Auctoritate Nostra
 a Domino tradita, ac de omnipo-
 tentis Dei misericordia, ac Beatorum
 Petri, et Pauli, Apostolorum ejus aucto-
 ritate confirmari: ut quandocumque Sax-
 cordos aliquis, ejusdem Ecclesie dⁿⁱ
 faciat Missam defunctorum in die
 commemorationis Defunctorum, et singulis
 diebus

diebus infra illius Octavam, ac sex die-
 bus infra illius hebdomada pro anni-
 versariis ejusdem Fidelis, que Deo in
 charitate conjuncta ab hac luce migra-
 verit, ad predictum Altare celebrabit, a-
 nimam ipsam de Thesoro Ecclesie per ma-
 ximum suffragij indulgentiam consequantur;
 ita ut ejusdem Domini nostri Jesu
 Christi, ac B^{te} Virginis Mariae, sancte
 quorumque omnium meritis sibi suffragan-
 tibus a Purgatorij poenis liberentur,
 concedimus et indulgemus.
 S. 3. In Contrarium facientibus
 non obstantibus quibuscumque.
 S. 4. Presentibus ad septennium
 tantum validuris.
 Dat: Roma apud S. Mariam Majorē
 sub annulo Piscatoris die 20. Septembris
 1650. Pontificatus nostri anno Sexto.

Notabilia

Hoc Breve asservatur originale in Archivo N^o Conventus Burgenis
 cujus transcriptum ad me transmissit per Tabellarium publicum R. P. Fe-
 deric Calderon anno 1759, Praedicator Major Lichi Conventus.

Bulla XVIII.

Concedit indulgentiam plenariam visitationibus
Ecclesiam nostram Valentiam in Festivitate
SS. PP. NN. Joannis, et Felicii.

Innocentius Papa X.

Universis Christianis fidelibus presentes litte-
 ras inspecturis: salutem, et Apostolicam
 benedictionem.

S. 1. Ad augendum Fidelium Religi-
 onem, et animarum salutem coelestium
 Ecclesie Thesauris pia charitate in-
 tenti: omnibus utriusque Sexus Chris-
 tianis fidelibus vere poenitentibus, et confis-
 ac sacra comunione refectis, qui Ecclesie
 S^{mi} Domini Fratrum Ordinis S^{me} Tri-
 nitatis Redemptionis Captivorum nunc
 cupatorum Civitatis Valentiae, et in ea
 sitam Cappellam Sanctorum Joannis,
 et Felicii: cui Ecclesie, ejusque Cappellae,
 et

et Altaribus, sive omnibus, sive singulis,
 eamque, sive eas, vel ea, aut illarum seu
 illorum, singulari, vel singulari, etiam visita-
 tionibus nulla reperitur indulgentia cocer-
 ta: die Festo Sanctorum Joannis, et Felicii,
 a 1^o Vesperis, usque ad occasum solis Festi-
 hujusmodi singulis annis devote visita-
 rint; vel orationi quadraginta Horarum
 continuatarum, non autem interpolatarum, de
 licentia Ordinarii in eadem Ecclesia semel
 in anno, instituenda, per aliquod tempus
 spatium devote interpretentur; et ibi pro Chris-
 tianorum Principum concordia, haresum extir-
 patione, ac S. M. Ecclesie exaltatione, pias
 ad Deum preces effuderint: Plenariam omnium
 peccatorum suorum indulgentiam, et remis-
 sionem misericorditer in D^{no} concedimus.

S. 2. Presentibus ad septennium
 tantum validuris.

S. 3.

39 S. B. Volumus autem: ut si aliar Christi
39 fidelibus in quocumque anni die dictam
39 Ecclesiam, sive Cappellam, vel Altare in ea
39 situm visitantibus etc

39 Dat: Roma apud S. Mariam Majoram
39 sub Annulo Piscatoris die decima
39 Octobris 1653. Pontificatus nostri
39 anno decimo.

Notabilia

Hoc Breve auervatur originale in Archivo N^o Conventus Valentini del Re-
medio; et ejus transcriptum adducitur a V. P. Magistro F. Marco Antonio A Los
ejusdem Conventus filio, in fine sermonis SS. PP. NN. Joannis, et Felicis, impressi
Valentia anno 1653. fol. 23. Celebrabatur omni solemnitate hac Festivitas, im-
ponebantur sermones, visitantibus Indulgentia plenaria concedebatur; et ut fervē-
tior eret cultus et devotio impetrabatur Oratio 40. Horarū.

Bulla XIX.

Confirmat R^m P. N. Fratē Claudius
Ralle in Ministrū Generalem N^o Jacii
Ordinis, et precipit Capitulum Gene-
rале quamprimum celebrari debere
in Alma Urbe.

39 vincijs ejusdem Ordinis, quibus scilicet
39 Francia, Picardie, Campania, et Nor-
39 mandia, quibus jux eligendi Minis-
39 trum Generalem Ordinis hujusmodi,
39 dum pro tempore idem Ordo Minis-
39 tro Generali deservit est, ex imme-
39 moriali consuetudine, et amplius annorū
39 consuetudine, privative ad alias dicti
39 Ordinis Provincias, ut asseritur, com-
39 petit, futuri Ministri Generalis in Lo-
39 cum ejusdem Ludovici defuncti, im-
39 mediate facienda electione de anno
39 1652, in Conventu S^{ti} Martini Pa-
39 risiensis Ordinis hujusmodi, predic-
39 tus Claudius, tunc ejusdem Conve-
39 tus Minister, in Ministrū Genera-
39 lem dicti Ordinis canonicā cū om-
39 nibus modis, formis, et solemnitatibus
39 in similibus hactenus servari solitis,
39 electus fuit; Ipseque Claudius elec-
39 tionis hujusmodi confirmationē de
39 more antecessorū suorū, in predicti
39 Ordinis Ministros Generales simili-
39 ter electorū, a Nobis, et Sede Apos-
39 tolica humiliter petijset: Nos elec-
39 tionis predicta examen, totiusque
39 rei discussionem VV. Fratibus nostris
39 S. R. E. Cardinalibus, negotijs, et consul-
39 tationibz

Innocentius Papa X.

39 Ad futuram rei memoriam
39 S. L. In eminenti Sedis Apostolicæ
39 specula meritis licet imparibus, per abū-
39 dantiā divinæ Misericordie, unives-
39 salis Ecclesie regimini præidentes: Re-
39 ligiosorū virorū, sub mavi Religionis
39 iugo Altissimi obsequijs addictorū, nā-
39 quālibet, et felici directioni, quāvis
39 Nobis ex Alto conceditur, libentē in-
39 tendimus, ac demper officij Nobis di-
39 vinitus commisi partes interporiz-
39 mus, prout matura consideratione ad-
39 hibita conspicimus in Domino salu-
39 briter expedire.

39 S. 2. Janē pro parte ^{dilecti} Fratri Clau-
39 dij Ralle, Fratris expressē Professi Or-
39 dinis S^{me} Trinitatis Redemptionis
39 Captivorū ^{nobis} nuper expositum fuit: quōd
39 cum post obitum quondam Ludovici
39 Peti totius Ordinis predicti, dum vixit,
39 Ministrū Generalis, intimata 4^{or} Provinc-

20. rationibus Episcoporum, et Regularium
 positis commissimus.
 S. 3. Cum autem, sicut eadem
 expositio subiungebat, dilecti pariter filij
 Provinciarum Hispaniae, et Italiae dicti
 Ordinis Provinciales, contra eandem elec-
 tionem incurrerint; illamque nota
 de super lite, et controversia ex diver-
 sis capitibus: videlicet, ex eo quod ip-
 si non vocatis, nec intimatis contra
 Regularia, seu statuta ejusdem Ordinis,
 nec non juris communis, et quarunda-
 m constitutionum felicis recordationis In-
 nocentij III; et Clementis IV. Roma-
 norum Pontificum praedecessorum nostro-
 rum, Ordinis praedicti Confirmatoria-
 rum dispositionem, factam fuisse et
 quod alias, tunc existentes Provinci-
 ales Provinciarum Hispaniae, et Italiae
 hujusmodi similibus electionibus, et
 signanter de annis 1473. 1502. 1507.
 respective, licet cum protestatione in-
 tervenissent; nullam, et invalidam esse,
 praetulerint. Nobis propterea idem
 Claudius humiliter supplicari fecit,
 ut in praemissis opportunè providere
 de benignitate Apostolica dignaremur.
 S. 4. Nos igitur ^{dictum Claudium &c.} et de eorundem
 Cardinalium, quibus praedictas sup-
 plicationes examinandas commissimus,
 Consilio; ad evitanda incommoda, qua
 facile oriri possunt, si diutius Ordo
 praedictus sine capite permaneret, pra-
 narratam electionem de Persona dic-
 ti Claudij super idoneitate, et zelo,
 multipliciter commendati, Apostolica au-
 ctoritate, tenore praesentium confir-
 mamus, et approbamus, illique in-
 violabilis Apostolica firmitatis robur
 adjicimus: ac omnes, et quoscumque
 defectus, qui quomodolibet de super
 intervenerint supplementis: salvis tamen
 iuris ^{in futurum} utriusque partis, tam in peti-
 torio, quam in possessorio:

S. 5. Hac tamen lege adjecta, ut
 singulis sexennijs convocari debeat Capi-
 tulum Generale dicti Ordinis loco et tem-
 pore à Capitularibus in praecedentibus im-
 mediate Capitulis Generalibus ipsius Ordi-
 nis designandis, cum interventu ipsius-
 met Ministri Generalis, omnique Pro-
 vincialium totius Ordinis hujusmodi, cu-
^{uno} socio, pro quolibet ^{a singulis} ~~ex~~ Provin-
 cijs ejusdem Ordinis, in antecedenti ca-
 pitulo Provinciali eligendo, et in
 eo sine acceptione ^{cu} ~~Regula~~ ^{Deum} ~~Canon~~
 sacrorumque Canonum, et Ordinis hujusmodi
 instituta; delinquentium, tam superiorum,
 quam subditorum quocumque corrigatur
 excessus, ac de salute animarum, et de co-
 servatione ipsius Ordinis, ejusque Domo-
 rum indemnitate tractetur, et statuatur
 quod fuerit regulariter statuendum.
 S. 6. Et quoniam non sine magna
 admiratione comperimus, Religionem
 praedictam in praecipuis Europae Reg-
 nis diffusam, cujus quamplurimi Con-
 ventus viris, tam doctrina, quam pie-
 tate efflorescunt, constitutiones Gene-
 rales non agnoscere, quibus communiter
 gubernetur: Ideo Venerabili Fratri
 nostro Martino Episcopo Albanensi S.
 R. E. Cardinali Linetto nuncupato, et
~~in~~ Ordinis praedicti apud Nos, et Se-
 dem Apostolicam Protectori, per eandem
 praesentes injungimus, ut pro hac pri-
 ma vice Capitulum Generale dicti
 Ordinis, quamprimum fieri poterit,
 in hac alma Urbe convocari faciat: in
 quo ipse Minister Generalis, et alij
 praedicti, sub poenis arbitrio nostro
 in casu contrafectionis incurrerint, in-
 teresse; ibique statuta, constitutiones,
 Ordinationes, ac omnia, et singula,
 quae in spiritualibus, et temporalibus ip-
 sius Religionis, et Regularis Disciplinae
 statum, gubernium, Observantiam, et indem-
 nitatem, quoquo modo concernere poterunt,
 per

S. 5.

per totum Ordinem predictum servanda pro-
 poni, et diffiniri debeat, quae tamē an-
 tequam publicentur, Congregationi eoru-
 dem Cardinalium examinanda, corre-
 genda, et approbanda exhibeantur.
 S. 7. Decretales, ^{litteras} presentes firmas,
 validas, et efficaces existere, et fore, et ab
 omnibus ad quos spectat, et pro tempore
 spectabit inviolabiliter observari: sic
 quae promittunt per quoscunque Iudices,
 Ordinarios, et Delegatos, etiam causas
 Palatii Apostolici Auditorum iudicari, et
 diffiniri debent: ac irritum, et inane
 quicquid super his
 secus a quoquam quavis Auctoritate
 scilicet scienter, vel ignoranter contigerit
 attentari.

S. 8. Non obstantibus Apostolicis, ac
 in Universalibus, Provincialibusque Conciliis
 editis generalibus, vel specialibus, constitu-
 tionibus, et Ordinationibus: necnon dicti Ordi-
 nis, etiam juramento, Confirmatione Apostolica,
 vel quavis firmitate alia roboratis statutis,
 et consuetudinibus; Privilegijs quoque, in-
 dultis, et litteris Apostolicis eidem Ordini,
 ejusque Superioribus, ^{ac} Provincijs, et Fratribus
 quibuscunque in contrarium promissorum quo-
 modolibet, et ceterisque in contrarium
 quibuscunque. veare et final. inf. pag. 33.
 Dat: Romae apud S. Mariam Ma-
 jorem sub Annulo Piscatoris die du-
 odecima Augusti 1654. Pontifica-
 tus nostri anno decimo.

S. 8.
Notabilia

G. Gualterius.

Hoc Breve adducitur in Summaris, super iure celebrandi Capituli Ge-
 nerale, et eligendi Ministri Generalem, pro Provincijs Hispaniae, et Italiae,
 contra Provincias: Franciae, Campaniae, Picardiae, et Normandiae: Impreso Ro-
 mae anno 1686: Procuratore Generali pro Provincijs Hispaniae existente Fra-
 nce Joanne Machado. Adest transumptum impressum in Archivio Matrit. tom. 34 in fine.
 et aliud tom 39. fol. 57. & c. Nota Cardinalis Sinettus litteris con-
 vulatorias ad celebrandum dictum Capitulum Generale in alma Vbe,
 dedit Romae 15 Kal. Aug. 1655.

Bulla XX.

Sententia Archiepiscopi Basilicae Lateranensis
super cessatione a Divinis
in Cappella Beatae Mariae de Dolores
Conventus N. Majoricensis, et abolutione
et censuris fulminatis a Vicario Capitu-
lari Sede vacante Majoricensi, contra
Ministrum, et fratres dicti conventus.

litteris, et alijs quibuscunque in dignita-
 te Ecclesiastica constitutis, cui, vel, qui-
 bus praesentes nostrae litterae ostensa, seu
 quomodolibet presentata fuerint, salu-
 tern in Domino sempiternam: et nostris
 huiusmodi, imo verius Apostolicis fir-
 miter obedire mandatis.

Hieronymus Miseratione divina tituli
 S. Mariae trans Tyberim S. R. E. Pres-
 biter Cardinalis Columna, sacrosacra
 Lateranensis Basilicae Archiepiscopus,
 et illius, atque causarum ab ea de-
 pendentium Index Ordinarius pri-
 vative ad omnes alios.

S. 1. Noveritis: quod alias fuerint
 latae sententiae excommunicationis,
 et poenarum inter admodum Reveren-
 dum Promotorem fiscalem admodum
 Reverendi Patris Vicarij Ecclesiae, seu
 Cappellae S. Spiritus Ordinis S. M. e
 Trinitatis Redemptionis Captivorum Ma-
 joricensis, ac conventum, et Fratres dic-
 tae Ecclesiae, et una; et admodum Re-
 verendum Dominum Vicarium Capitula-
 rem Majoricensem, partibus ex altera,
 ex causa, et occasione Venerandae Cappellae
 Divinae

Romo Domino Inquisitori Majori-
 censi pro tempore existenti, necnon U-
 niversis, et singulis, Dominis Abbatibus,
 Prioribus, Praepositis, Archiepiscopis, Pres-
 biteris

22
Dive Mariae de Doloribus, ac S^{ti} Joannis
lateranensis, à quibus excommunicatio-
num, censurarum, et poenarum sententiarum, pro
utraque parte ad Nos fuerit appellatum,
et acta inter eos facta fuerint transpor-
tata: illisque viris, et consideratis conside-
randis fuerit tandem per Nos in hujus-
modi causa lata, et promulgata senten-
tia definitiva tenoris infra scripti, videlicet:

S. 2. Christi nomine invocato. Pro
Tribunali sedentes, et solus Deum pro
oculis habentes: per hanc nostram definiti-
viam sententiam, quam de Jurisperi-
torum consilio in his scriptis fecimus, in
causa, et Causis, quae coram Nobis inter
antedictum Promotorem admodum Re-
verendum Patrem Vicarij S^{ti} Spiritus, seu
SS^{mae} Trinitatis Majoricensis, et conventus,
et Fratres, ex una; ac Ill^{mu}, et admodum
Reverendum Dominum Gabrielem Coll Vi-
carium Capitulum Majoricensem: occasio-
ne censurarum, et poenarum hinc inde
latarum: ac interdicto, cum cessatione
à Divinis in insigni Cappella Dive Ma-
riae de Doloribus, ac S^{ti} Joannis latera-
nensis: rebusque alijs in secunda, vel
alia veriori versa sunt, et vertuntur
instantia, partibus ex altera:

S. 3. Dicimus, pronuntiamus, sen-
tentiamus, et definitivè declaramus
sententias excommunicationis, et poena-
rum scilicet Mille sacrificia lateranensi ap-
plicandorum per Reverendum Promotorem
 Gabrielem Thomam antedictum, Delega-
tum Eminentissimi, et R^{mi} Domini
 Cardinalis Archiepiscopi lateranen-
sis, tamquam nullas, et injustas fore,
et esse revocandas, et infirmandas,
propterea revocamus, et infirmamus: eun-
demque Dominum Gabrielem Vicarium
absolventes, et liberantes: et pari defi-
nitiva sententia Reverendos Fratres
Antonium Picornell, Guilelmum Thomam,
Joannem Rullan, aliosque, de quibus

in processu, absolvendos fore, et esse à cen-
suris contra eos latis, per Dominum Vicarium
Capitularem Majoricensem, pro ut absol-
vimus: ac Cadaveri bona memoria Fran-
cisci Gabrielis Thomae solennes exequias
faciendas fore, et esse, pro ut harum serie
licentiam concedimus, et impardimus.

S. 4. Et nihilominus: durante praesentis
interdicto, sine praesudicio jurium par-
tium, in insigni Cappella de qua agi-
tur; cessationem à Divinis servari man-
damus, donec à Sacra Congregatione al-
liter decretum fuerit. Et ita dicimus
non solum praecipiendo ad, et omni edo.
Ita pronuntiari = Ego Honoratus Episco-
pus Urbanae, et S^{ti} Angeli, Vicarius Sa-
teranensis.

S. 5. Lujus quidem sententia vigore
fuerimus instantè requisiti pro parte,
et ad instantiam admodum R^{li} P. Alfon-
si de Dominicis Procuratoris Generalis, et in
specie dictorum, conventus, et Patrum, ac ad-
modum R^{li} P. Antonij Picornell, hic in
Urbe à dictis excommunicationibus absol-
vi: quatenus ad dicta sententia executio-
nem procedere, absolutionemque in par-
tibus committere dignaremur

S. 6. Nos igitur Hieronimus codume-
na antedictus, attendentes: petitionem
fore justam, et rationi consonam, cum nihil
proderet habere sententiam, nisi esset
qui eam executioni mandaret: deputa-
vimus admodum Reverendum Inqui-
sitorem pro tempore residentem in civita-
te Majoricensi, necnon Vos omnes, et
singulos supradictos in Dignitate Eccle-
siastica constitutos ad absolutionem, de
qua in dicta sententia: Quo circa: tibi
R^{do} Domino Inquisitori: necnon Vobis
omnibus, et singulis supradictis, et ves-
trum cuiuslibet in solidum, committi-
mus, et in virtute S^{tae} Obedientiae stic-
te praecipiendo mandamus: quatenus
viris praesentibus, sub penis edo: à su-
pra dictis excommunicationibus per D^{num}
Vicarium

vicarium capitularem latit ad dictos Fra:
 ter Guillelmus Thomam, Joannem Bullan,
 atque, si qui sint in processibus actis
 infra scripti Notarii producti, juxta ri:
 tum S. R. E. absolutis, ejusdemque S.
 R. E. unitati, et Ecclesiasticorum Sacras
 mentorum participationi, ac Fidelium com:
 munioni restituatis, ac rebus faciatis,
 et cadaveri bone memorie dicti Fratris
 Gabrielis Thomae solennes exequias fieri,
 et celebrari permittatis, et concedatis in
 Obedientia dicti conventus, ipsorumque sic ab:
 solutos

solutos, et restituatos, quatenus opus sit pu:
 blice in Ecclesijs, monasterijs, et locis
 pijs Majoricentibus nunciari, et publicari
 curetis; et presentibus omnino pareatis.
 Absolutionem ad In quorum fidem etc
 Dat Roma in sedibus nostris
 hac die 10. Mensis Martij 1655. Se:
 de vacante felicis recordationis Inno:
 centij Papae decimi.
 M. Honoratus Vicarij Lateranensis,
 Pro Dno Joanne Gasias Valensino Not:
 Andreas de Blatis
 Blatis

Notabilia.

Hac sententia reperitur Originalis in Archivo hujus Nⁱ Conventus Sⁱ Spiritus Ma:
 joricensis. Varias habuit persecutiones ab ordinario Conventus Sⁱ Spiritus, propter exem:
 tionem a jurisdictione Ordinarij Capelle B^{te} Mariae de Doloribus, anno 1644, et
 vigesimo primo Pontificatus Urbani VIII. habuit aliam vexationem ab Episcopo Ma:
 joricensi; et idem Archipresbiter Lateranensis Hieronimus Columna, Index pri:
 vative similium causa^{rum} nos suis litteris defendit; quae ponitae sunt Tomo 2. hu:
 jus Bullarij dicto anno 1644. et vigesimo primo Pontificatus dicti Urbani; ^{hac} ^{alio} ^{turbatis} ^{onem} ^{movit.} ⁺
 Vicarius Capitularis, sede vacante dicti Episcopi Majoricensis; fervida fuit contem:
 ptio ex utraque parte: et forte Archipresbiter Lateranensis noluit solvere cessationem a
 divinis (ut poterat) in capella B^{te} Mariae de Doloribus: ut Fratres in poenam nimij
 favoris, tenerentur recurrere, ad Sacram Congregationem Episcoporum, et Regularium;
 et Sacra Congregatio haberet modum admonendi Vicarium Capitularem. Non
 potui invenire resolutionem Sacrae Congregationis; sed: quod haec solvit
 cessationem a Divinis in dicta Capella certum est: quia anno 1667. celebraba:
 tur missa, et divina officia in dicta Cappella; et cum Episcopus Majoricensis,
 ob gravissimas causas publicasset Interdictum Universale in Civitate Majoricensi vo:
 luit, ut interdictum servaretur in capella B^{te} Mariae de Doloribus; sed Roma ab
 Archipresbitero Lateranensi, in judicio contradictorio fuit declarata exemptio dictae Capellae
 a jurisdictione Ordinarij, et Episcopus condemnatus in expensis. Ut videmus in
 Pontificatu Clementis IX. anno primo.

Alexander VII.

Natione Nebruscus, Patria Senensis, Flavij Chrisij Filius, Fabius Chrisius
 nuncupatus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S^{ae} Mariae de Populo, su:
 mus Pontifex electus fuit die 7. Aprilis 1655, et die 18. ejusdem mensis
 coronatus. Ex hac autem vita migravit anno 1667. die 20. Maij, sive 22. ut
 ant. sanctura, ejusque corpus sepultum est in Vaticano.

Bulla I.

Aboluit aliquos superiores Nostrorum Dilectorum Hispaniae à pœnis in quas incidere, ob expulsionem aliquorum Religiosorum, non servata forma de Apostolice, et de ejectione Sacrorum Canonum, vel Decretis Urbani VIII.

Alexander Papa VII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Pro parte dilectorum Filiorum Fratrum Dilectorum Congregationis Hispaniae Ordinis S^me Trinitatis Redemptionis captivorum, per dilectum patrem filium Joannem à S^{to} Bonaventura Fratrem, et Procuratorem Generalem ejusdem Congregationis Nobis nuper expositum fuit: quod alias tunc existeret superiores dictae Congregationis non servata forma in Decretis: De Regularibus Apostolice, et ejectione de die 22. Septembris 1624. à Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum felicis recordationis Urbani Papae VIII Praedecessoris nostri Auctoritate editis praescripta, aliquos Fratres ejusdem Congregationis Hispaniae criminosos, et refectionarios, unum videlicet dicta decreta scientes, reliquos vero forsan ignorantes judicialiter expulerunt, eaque propter penam privationis suorum officiorum, et vocis activae, et passivae, ac perpetuae inhabilitatis ad illa in partem incurrerunt.

S. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Capitula Generalia, et Diffinitoria Congregationis Hispaniae hujusmodi, et in specie Capitulum Generale de anno 1647 intervenientibus dictis transgressoribus, et per eos electis: necnon similia Capitula Generalia de annis 1650, et 1653. respective, subinde celebrata, una cum Dif-

finitorij subinde subsecuti ob interveni-
tum aliquorum ex ipsis transgressoribus, aliorumque superiorum in ipsis Capitulis respective electorum, infecta, seu invalida fuerint manerint: Idcirco idem Joannes Procurator Generalis, nomine praedictae Congregationis Nobis humiliter supplicavit: ut electiones modernae Generalis, et aliorum superiorum ejusdem Congregationis à Capitulo Generali anni 1653, hujusmodi, et Diffinitorij hucusque celebratis ab inhabilibus, propter praemissa nulliter factas, ac omnia exinde, et ex ante celebratis Capitulis Generalibus, et Diffinitorij praenarratis emanata, convalidare, eisdemque transgressores, et eorum singulorum à praedictis pœnis, quas occasione dictarum expulsionum incurrerunt, abstinere: ac tam transgressores hujusmodi, quam modernorum superiorum ejusdem Congregationis conscientiarum quieti in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 3. Nos igitur eisdem exponentes specialibus favoribus, et gratijs prosequi, et cum illis benignius agere volentes, et eorum singulae personas, à quibusvis, excommunicationis obsequio vique ad: et absolute fore censentes: hujusmodi supplicationibus inclinati: de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, negotij, et consultationibus Episcoporum, et Regularium Praepositorum consilio: praedicta Capitula Generalia, et Diffinitoria invalidè, ut praefertur celebrata, cum omnibus inde secutis, Auctoritate Apostolica tenore praesentium sanamus: modernaque Generalium, ac omnes superiores Congregationis hujusmodi in Capitulo anni 1653 Diffinitorij praedicti nulliter electos: poenas, quas ob praemissa quomodo libet incurrerunt, illisque, et eorum cuilibet gratiore

gratiosè condonantes, in legitimis Superioribus
 ejusdem Congregationis, usque ad tempus
 in constitutionibus præfixum cū soliti fuerit
 cultatibus, dummodo cætera requisita con-
 currant, nec aliâ obitet canonicè imper-
 dimentum, auctoritate, et tenore, prædic-
 tis denuò constituimus, et deputamus. Ne-
 que per eandem presentes monemus, ut
 current revocari ad claustra hactenus ex-
 pulsos contra formam prænarrati Decre-
 ti dicti Urbani, Prædecessoris; ac illud
 omnino servari faciant in futurum sub
 poenis in eo expressis: salva semper in
 præmissis auctoritate Congregationis
 eorumdem Cardinalium.

S. 4. Decernentes: presentes lit-
 teras validas, et efficaces existere, et
 fore: ac ab illis, ad quos spectat, et pro
 tempore spectabit inviolabiliter obser-
 vari, illisque respectivè plenissimè suff-

ragari. Sicque in præmissis per quoscum-
 que Judices, Ordinarios, et Delegatos, et
 am causarum Palatii Apostolici Audito-
 res, judicari, et diffiniri debere. Ne
 irritum, et inane, si quid secus con-
 tigerit, scienter, vel ignoranter atte-
 rari.

S. 5. Non obstantibus præmissis,
 ac constitutionibus, et Ordinationibus
 Apostolicis, cæterisque contrariis
 quibuscumque.

Dat: Roma apud sanctum
 Petrum sub Annulo Piscatoris
 die Undecima Maij 1655.
 Pontificatus nostri anno primo.
 S. Sualterius.

Notabilia

Hoc Breve asservatur in Archivo Conventus Matritensis Notariorum Discal-
 ceatorum, et adducitur à N^o Discalceato Josepho à San Maria in suo Bul-
 lario fol: 542. Decretum autem Sacra Congregationis Concilij Tridentini In-
 terpretatum, de quo agitur in presenti Brevi, extat apud Cherubinum Tomo 4.
 Constitutione 28. Urbani VIII.

Bulla II.

Confirmat Confraternitatem del Ave
 maria sitam in Ecclesia N^{ra} Convent-
 Vallisoletani, eique indulgentias co-
 cedit.

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam
 S. 1. Cum, sicut accepimus, in Ec-
 cleria Domus Fratrum SS^{me} Trinitatis
 Redemptionis Captivorum Civitatis
 Vallisoletane una pia, et devota vtri-
 usque Sexus Christianifidelium Confraterni-
 tas del Ave maria nuncupata non pro
 hominibus sed ut in similibz Previis
 Confraternitatibz, excepto: quod in hoc
 confratribz vere poenitentibus, et cofes-
 sis, ac sacra communione refectis vtri-
 tantibus Ecclesiam Confraternitatis die
 17. 7bris quo recitabamus de Nornine
 Maria à 1^o Urpesi conceditur Indul-
 gentia plenaria. Et eadem dispositione
 visitantibus in Assumptione, et Nativitate B^{ne}
 maria; et diebus S^{ti} Thomae Apostoli, ac Fe-
 ri V. in Coena Dⁿⁱ: concedit 7. annos, et
 totidem quadagenas.

Dat:

Dat: Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima Maij Millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

Hoc Breve extat originale in Archivo Nostri Conventus Vallisoleitani; cuius transumptum ad me transmissit per Tabellarium publicum R. Fr. Joannes Calderon Predicator Theologus Nri Conventus Burgensis anno 1759.

Bulla III.

Confirmat confraternitate B^{te} Mariae de Pietate, erectam in Ecclesia Conventus Nri Sambicensis in Provincia Provincia.

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. L. Cum, sicut accepimus in Ecclesia Domus SS^{mae} Trinitatis Redemptivae Captivorum Oppidi de Sambese Aquensis Diocesis, una pia, et devota, utriusque sexus Christianissimum Confraternitas sub invocatione B^{te} Mariae Virginis de Pietate nuncupata, non tamen pro hominibus

similibus Brevis Confraternitatum, excepto quod in hoc confratribus vere poenitentibus, et confertis, ac sacra comunione resectis visitantibus Ecclesiam Confraternitatis et ibi orantibus in die festo principali ejusdem a 1^{ae} Vesperis conceditur indulgentia plenaria: et similiter confessione et comunione dispositis, visitantibus, et orantibus in 4^{ta} alij festis a Confratribus eligendis, et ab Ordinario approbandis a 1^{ae} Vesperis, septem annos, et totide quadragenas etc.

Dat: Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Junij 1655. Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

Hoc Breve reperitur originale in Archivo Nri Conventus Sambicensis; cuius transumptum accepi per Tabellarium Publicum a Rdo P. Fr. Ludovico Sicolle Conventus Tharazonensi Alumno anno 1759.

Bulla IV.

Committit Archiepiscopis, Hispalensi, et Granatensi, ac eorum Officialibus, executione cujusdam Brevis Urbani VIII circa fundatione Conventus Malacitani Nostri Dicalceatorum Hispaniae.

Venerabiles Fratres, seu Dilecti filij: Salutem, et Ap^{ca} benedictione.

S. L. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus filius Joannes a S^{to} Bonaventura Procurator Generalis Ordinis Dicalceatorum SS^{mae} Trinitatis Congregationis Hispaniae: quod auctoritate Apostolica concessa fuit facultas dicte Congregationi fundandi Conventum ejusdem Ordinis in Civitate Malacitana, litteraeque Apostolicae in simili forma

Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Hispalensi, et Granatensi, ac Cordubensi Episcopo, sive dilectis filijs eorum Officialibus, et eorum cuilibet

Alexander Papa VII.

Vene.

forma Brevis demper expedite, praesentata fuerunt, tunc existentia Episcopo Malacitano sive eius officiali, pro executione earum obtinenda. Et, sicut eadem expositio subiegebatur, incurrerunt dilecti filij Regulariter: nec non Parrochi ejusdem Civitatis adversarij, ad effectum impediendi executionem dictarum litterarum, et interea Episcopus, cujus arbitrio ipsa fundatio facienda erat, sicut Domino placuit, e vivis discessit: Ideo exponens praedictus ad hoc ut praedictae litterae suae sollicitudine effectum, Nobis humiliter supplicavit fecit: ut ei in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

S. 2. Nos igitur statum, et meritum ista causa, et causarum hujusmodi praesentibus pro expressis habentes, ipsumque exponentem a quibusvis excommunicationis ad usque ad: et absolutum fore censentes: vosque, et vestrum quemlibet in locum dicti Episcopi defuncti, quoad causam, vel causas hujusmodi in statu, ac terminis in quibus reperuntur subrogantes, hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati vestrae Fratres Archiepiscopi, et Episcopi, seu discretissimi vestrae filij Officialis per praesentes committimus, et mandamus; quatenus

vel duo, aut unus vestrum, vocatis ad id, qui fuerint vocandi, causam, et causas praedictas, ac quam, et quas dictus Episcopus exponens super praemissis contra praedictos adversarios habet, et movet, habereque, et movere vult, et intendit, cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, et connexis, totoque negotio principali, auctoritate nostra audiat, et decidat. Nos enim vobis, et cuilibet vestrum, etiam per edictum publicum, condito de non toto accenn, dictos adversarios, omnesque alios, quos opus fuerit, citandi, illisque, et quibus videbitur, sub sententijs, censuris, et poenis inhibendi, ac inobedientes in illas incidisse, servata

forma Concilij Tridentini declarandi, aggravandi, reagravandi, et interdicendi, auxiliumque brachij secularis invocandi: litteras praedictas, prout iuris fuerit, exequendi, caeteraque in praemissis necessaria, et opportuna faciendi, exercendi, et exequendi, plenam, et liberam Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus facultatem.

S. 3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque
 Dat: Roma apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 22. 7bris 1655.
 Pontificatus nostri anno primo.

Vos,
Notabilia

Reservatum hoc Breve in Archivo Conventus Malacitanus notitiam Discretissimum et adducitur a No Discretissimo Josepho a Jesu Maria in suo Bullario fol. 542.

Bulla V.

Decernit: quod in Diffinitorio Notitiam Discretissimum Hispaniae, post tres sessiones, et in qualibet tria scrutinia, si non fieret electio, unus Provincialium pro illa vice habeat Vo-

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam
 S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes a S. Bonaventura,

Reperitur hoc Breve originale *Notabilia* in Archivo conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum; Et adducitur a N^o Discalceato Iosepho a Jeru maria in suo Bullario fol: 543.

Bulla VI.

Confirmat privilegia, gratias, et indulgentias concessa Confraternitatibus SS^{me} Trinitatis et B^{te} marie Virginis de Remedio, ad preces R^{mi} P. N. Generalis S^{ti} Petri Mexici, et etiam toto Ordini eorum.

Alexander Papa VII.

Ad futuram rei Memoriam
S. L. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Mexicus Generalis Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum: quod ipse pro felicitate Ordinis regimine, atq; gubernio, omnia et singula privilegia, gratias, et indulgentias eidem Ordini concessa: necnon Confraternitatibus sub invocatione SS^{me} Trinitatis, et B^{te} marie Virginis de Remedio, nuncupatis, Redemptionis Captivorum, vigore litterarum in simili forma Brevis felicis recordationis Pauli P. V. Prædecessoris nostri erectis, alias a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa, quod firmiora perventant, et ab omnibus executionibus observentur, Apostolicæ nostræ Confirmationis robore communis summoque desiderat.

ni^{is} ad^{que} vique ad: et absolutum pre censes: supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: privilegia, gratias, et indulgentias prædicta; dummodo tamen in vi, et licet ea sint, et honesta, et non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, et concilij Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, Regularibus que dicti Ordinis Institutis, non adverterent; et quoad confraternitates prædictas monopolij aniam non præstant: Nos Ap^{ta} Auctoritate confirmamus tenore præsentium, et approbamus, et confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis et obsequio adjicimus; ac omnes, et singulos defectus, tam³ juris, quam² facti, si qui deinceps quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus.

S. B. Decernentes illa, necnon prædictas litteras semper, et perpetuo validas esse. Sicque per quoscunque Iudices esse. Ac irritum, et inane. esse vique ad: contigerit attentari. In cõtra: riu^{is} faciend^{is} no^{is} obstantib^{us} quibuscunque.

Dat: Romæ apud S. Mariam ^{Petrum} majorem sub annulo Piscatoris die 9. Decembris 1655. Pontif. n^{ri} anno primo. Josephus Annulus Piscatoris. G. Gualterius.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo N^{ri} conventus S. Mariani Parisiensis; ubi illud transcripsi anno 1758; et adducitur a N^o Discalceato Congregationis Gallie R^{do} P. Jacobo a S^{to} Marco in suis Maximis Christianis Tract: 3. pag: 241. Cópia impressa ex Rev. Cam. Ap^{ta} typis, asservatur in vitro.

Bulla VII.

Confirmat Confraternitatem Sanctae Agathe
erectam in Ecclesia N^{re} Conventus Ma-
tritensis Calceatorum in Altari del Res-
cate vulgariter nuncupato.

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam,
S. L. Cum, sicut accepimus, in
Altari Sanctae Agathe sito in Ecclesia Co-
nventus S^{anctae} Trinitatis, del Rescate
nuncupato, Oppidi de Madrid Tole-
tane Diocesis una pia, et devota u-
triusque sexus Christianifidelium Confrat-
ernitas sub invocatione Sanctae Agathe
non tamen pro hominibus uniuspe-
cialis artis canonice erecta, sive
exigenda existat, cujus confratres,
et consocios 27, quamplurima pie-

tatis ad) ut in similibus Brevibus
conferri, ac sacra Communione refectis, in
ingressu, et in Articulo mortis salte con-
ferri et invocantibus corde, rive nequiver-
int nomen Iesu, et visitantibus, conferri
at sacra Communione refectis, conceditur in-
dulgentia plenaria. Et similiter con-
ferri, refectis, visitantibus, et orantibus
in festivitibus Nativitatis, Conceptionis
nis, Purificationis, et Assumptionis
Sanctae Mariae virginis: septem annos
et totidem quadragenas. Ad)

Dat: Romae apud S. Mariae Ma-
jorem sub annulo Piscatoris die 12.
Januarij 1657. Pontificatus nostri
anno, secundo.

Notabilia

Hoc Breve extat Originale in Archivo Conventus Matritensis no-
stroem Calceatorum.

Bulla VIII.

Præcipit sub excommunicationis, et pri-
vationis vocis activæ, et passivæ poenis,
ne libri, folia, et scripturae extrahantur
a Bibliothecis, nec ab Archivis Pro-
vinciae nostrae Castellae.

Alexander Papa VII.

Ad futuram rei memoriam
S. L. Conservationi ^{et mantentioni} librorum, et
scripturarum Bibliothecarum, et Archi-
viorum omnium, et singulorum Conve-
ntuum Fratrum Ordinis S^{anctae} Trinitatis
Redemptionis captivorum totius
Provinciae Castellae, quantum cum
Domino possumus, benignè consulere,
at dilectum filium Hieronymum Velez
de

de Matute dicti Ordinis Professore, ac
visitatorem Apostolicum dicte Provin-
ciae Castellae, specialibus favoribus, et gra-
tijs protegi volentes, et a quibusvis ex-
communicationis ad) usque ad: et abso-
lutum fore consentes: supplicationibus
dicti Hieronymi nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati:

S. L. Ne de cætero quavis Per-
sona ^{sive} Regularis, sive secularis cujusvis
gradus, Ordinis, conditionis, qualitatis,
et Dignitatis existat, etiam Ecclesiar-
tica, et quacunque ^{auctoritate,} superioritate, et Of-
ficio fungens, etiam individua me-
ritone digna: libros, quinternas, folia,
scripturas ~~tam~~ publicas, ^{et} privatas,
tam

37 tam impressa, quam manuscripta, tam hac
 37 tenus in quavis, et quovis, Bibliothecarij,
 37 et Archivorū Provincia hujusmodi collo-
 37 cata, ^{et illis} per quoscūque Christifideles, dona-
 37 ta, et assignata; quam in posterū for-
 37 sari collocanda, donanda, et assignanda,
 37 quibusvis personis commodare, aut sub
 37 quovis quavis colore, ingenio, causa, ra-
 37 tione, aut occasione, ex quacūque, et
 37 quacumque, dictarum, et dictorū Pro-
 37 vincia hujusmodi Bibliothecarij, et Ar-
 37 chivorum extrahere, et asportare, seu
 37 ut commodentur, aut extrahantur, et
 37 asportentur permittere, aut consentire,
 37 audeat, seu presumat, sub excomuni-
 37 cationis latae sententiae, ac etiam quoad
 37 Regulares, privationis vocis activae, et
 37 passivae per contrafacientes eo ipso, abs-
 37 que alia declaratione incurredi poe-
 37 nit; Apostolica Auctoritate tenore
 37 praesentium interdicimus, et prohibemus.

37 S. 3. Non obstantibus Constitutioni-
 37 bus, et Ordinationibus Ap^{ca}, ac quate-
 37 nus

37 nus opus sit, Ordinis, Conventus, et Provin-
 37 cie hujusmodi, etiam juramento, Confirma-
 37 tione Apostolica, vel quavis firmitate alia
 37 roboratis statutis, et consuetudinibus, ce-
 37 terisque contrariis quibuscūque.

37 S. 4. Volumus autem: quod praesentis prohibitionis copia in Valvis sin-
 37 gulari, et singulari cujuslibet conven-
 37 tus Provinciae praedictae Bibliothecarij,
 37 et Archivorum, vel aliquo conspicuo lo-
 37 co, quo ab omnibus ^{cerni} valeat, con-
 37 tinuo affixa remaneat. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis,
 37 et manu alicujus Notarij Publici rufi-
 37 scriptis, et sigillo alicujus personae in-
 37 dignitate Ecclesiastica constituta, ~~et~~
 37 nullo eadem prorsus fides adhibeatur,
 37 quae praesentibus adhibere debet si fuerint
 37 exhibita, vel ostensa.

37 Dat: Romae apud Sanctam
 37 Mariam majorem sub annulo Pisci-
 37 catoris die 8. Februarij 1657. Pontifi-
 37 ficatus nostri anno secundo.

37 G. Gualterius.

Notabilia

Hoc Breve custoditur Originale in Archivo conventus Matritensis nostro-
 rum Calceatorum. Eandem excommunicationis poenam fulminavit Alexan-
 der VII. anno 1658. in Constitutionibus Generalibus lib. 2. Const. Extravagan-
 tium, in favore Bibliothecarij totius Ordinis tract. 4. Cap. 1. S. 3.

Bulla IX.

Confirmat Confraternitatem SS^{me} Tri-
 nitatis, et B^{ne} Mariae Virg^{is} de Remedio
 erectam in Ecclesia Conventus N^{ri} de
 la Membrilla.

37 Alexander Papa VII.

37 Ad perpetuam rei memoriam.
 37 S. 1. Cum, sicut accepimus in Eccle-
 37 sia Conventus Fratrum SS^{me} Trinitatis
 37 oppidi de la membrilla Toletanae Diocese-
 37 sis una pia et devota, utriusque sexus
 37 Christi-

37 christifidelium confraternitas sub invocac-
 37 tione SS^{me} Trinitatis, et B^{ne} Mariae
 37 Virg^{is} de Remedio, nuncupata, non ta-
 37 men pro hominibus ob^{is} ut in similibus
 37 Confraternitatibus Brevibus, excepto, q^{uod}
 37 in ingressu, et in utroque mortis, et vi-
 37 sistantibus, confertis, et sacra communione
 37 refectis, et orationibus in Ecclesia in die
 37 Nativitatis B^{ne} Mariae Virg^{is} a 1^o Ves-
 37 peris conceditur indulg^a plenaria.

Et

32 Et similiter concessis, reſectis, viſitationibus et
orantibus in feſtivitatis, Viſitationis, Annun-
tiationis, Purificationis, et Aſſumptionis ejusdem
B^{te} Mariae, 7 annos, et ſolide quadragena
concedit ad.

Dat:

Notabilia

Hoc Breve reperitur Originale in Archivo N^o Conventus de la Membrilla
Provincia Beſica.

Bulla X.

Privilegiū Apoftolicū pro animabus Purga-
torij concernē Altari N^o Crucifixi in
Eccleſia N^o Conventus de la Membrilla
transferri ad Altare B^{te} Virg^{is} de Remedio
ejusdem Eccleſie.

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt
dilecti filij Fratres Ordinis S^{mae} Tri-
nitatis: quod ipſi in Altare S^{mi} Cru-
cifixi Eccleſie Fratrum Ordinis S^{mae}
Trinitatis Oppidi de la Membrilla
mencupati Toletane Diocceſis Privile-
gium pro liberatione animarū ex
Purgatorij poenis, ab hac S^{ta} ſede,
ut aſſeritur, conceſſum, ad Altare
B^{te} Mariae Virg^{is} de Remedio per Nos
transferri ſumopere deſiderent.

S. 2. Ipſoque ſpecialibus fa-
vibus, et gratijs proſequi volentes,

Dat: Roma apud Sanctam Ma-
riam Majorem ſub Annulo Piſcatoris,
die 20. Februarij 1657. Pontificatus
noſtri anno ſecundo.

et eorum ſingulares perſonas a quibus-
vis excommunicationis ad vique ad
et abſolutas fore concentes: ſupplican-
tionibus, illorum nomine Nobis ſuper
hoc humiliter porrectis inclinati.

S. 3. Privilegium primum dicti
Altaris ſanctiſſimi Crucifixi, ut pra-
mittitur conceſſum, ad Altare B^{te}
Mariae Virginis de Remedio in
dicta Eccleſia ſitum, Apoftolica Aue-
toritate tenore praesentium transferri-
mus, et translato declaramus: in co-
nſuetudinibus non obſtantibus
quibuscumque.

S. 4. Volumus autem: quod
dictum Privilegium ſit duraturū
in perpetuum.

Dat: Roma apud Sanctam
Mariam Majorem ſub Annulo Piſ-
catoris die 10. Junij 1657. Pontificatus
noſtri anno tertio.

Notabilia

Hoc Breve invenitur Originale in Archivo N^o Conventus de la Membrilla
cujus transcriptum accepi per Tabellariū publicū a R. P. Praesent. Fr. Au-
gustino Romero Ministro ejusdem Domus anno 1757. Breve autē
quo istud Privilegiū fuit primo conceſſum Altari N^o Crucifixi non ac-
cepit: ideo necio a quibus ſacerdotibus, et quibus diebus gauderi poſſit
huiusmodi privilegio.

Bull-

Bulla XI.

Constituit R^{mo} P. Natus F^r Joannem Tirado Provinciale Andaluçia, sive Be-
tica, Visitatorem Apostolicum Provin-
ciarum Hispanie, Italiae, et Portugaliae

Dilecto Filio Joanni Tirado Provinciali
Provinciae Andaluçia Ordinis Fratrum
S^{ctae} Trinitatis Redemptionis Captivorum.
Alexander Papa VII.

Dilecte Fili! salutem, et Apostolicam
benedictionem.

S. 1. Alias felicis recordationis
Innocentius Papa X. Praedecessor nos-
ter, per quasdam suas in simili forma
Brevis expeditas litteras, inter alia ma-
davit: ut capitulum Generale Fratrum
S^{ctae} Trinitatis Redemptionis Captivo-
rum in Urbem nostram convocare-
tur, et celebraretur: pro ut uberius con-
tinetur in eisdem litteris, tenoris, qui
sequitur, videlicet:

Innocentius Papa X. Ad futuram rei
memoriam. In eminenti sedis Aposto-
licae specula ad ut supra in Bulla
19^{ae} Innocentij X; postquam prosequitur
praesens sic:

S. 2. Cum autem praedictus Clau-
dius, Minister Generalis, ad Generale Ca-
pitulum praedictum, juxta praesertarum
litterarum dispositionem, non venerit, nec
per ab eo relatio, qua sperabatur, habita
fuerit: hinc est, quod Nos de statu Pro-
vinciarum dicti Ordinis, et extra Fran-
cia Regnum constitutarum, certiores red-
di cupientes, Nonnullos Visitatores in
Provincijs hujusmodi, qui illarum statum,

et necessitates Nobis, seu Congregationi vene-
rab^l Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinal^m, nego-
tiorum et consultationibus Episcop^m et Regul^m praeposita,
et ~~necessitates~~, ~~Abbas~~ referre, et prout pro bo-
no ejusdem Ordinis necesse fuerit, pro-
videre possint, et debeant, mittere de-
crevimus.

S. 3. Itaque de tua fide, prudentia,
rerum agendarum peritia, dexteritate,
et Religionis zelo, plurimum in Domi-
no confisi, Teq^{ue} ad in Visitatorem Pro-
vinciarum Ordinis praedicti in Hispania
Consistentium ad triennium, et interim
ad nostrum, et Sedis Apostolicae benepla-
citum, cum facultatibus visitandi eas-
dem Provincias, tam in Capite, quam
in membris, ac procurandi in illis ob-
servantiam Regulae, et Constitutionum
Ordinis praedicti, et quae pro bona dis-
ciplina regulari ^{expedire} iudicaveris, faciendi
etc.

S. 4. Quo circa dilectis filiis Minis-
tro Generali, et Provincialibus, aliisque su-
perioribus, et personis quibuscumque Ordinis, ac
Provinciarum, et Monasteriorum praedictorum
et alijs ad quos quomodolibet spectat, seu
spectabit in futurum, per praesentes in-
vitate S^{ctae} Obedientiae praecipimus, et ma-
damus: ut Te in Visitatorem juxta ear-
undem seriem ^{praesentium} recipiant, et ~~receptent~~
alique faveant, et arrisunt, ac pareant,
et obediant respective.

S. 5. Non obstantibus Apo-
stolicis etc. ceterisque contrarijs quibuscumque.

Dat: Roma apud Sanctam
Mariam Majoram sub annulo Pis-
catris die 6. Augusti 1657. Pon-
tificatus nostri anno tertio.
G. Gualterius.

Notabilia

Hoc Breve transcriptum ex Sumario impresso Roma super jure celebrandi Capi-
tulum Generale, et eligendi Ministrum Generalem pro Provincijs Hispaniae, Italiae,
et Portugaliae, contra Provincias Galliae, scilicet: Francia, Campania, Picardia, et Nor-
mandia: anno 1666. Procuratore Generali pro Provincijs Hispaniae F^r Joanne Machado.

(c) Habetur transcriptum impressionum, in Archivio nri. Conventus Matrit. tom. 34 in fine.

Bulla XII.

sive decretum sacre Congregationis Episcoporum, et Regularium constituens Visitatorem, et Assistentes Congregationis Discalceatorum Gallie.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum
„ S. R. E. Cardinalium, negotij, et consulti-
„ rationibus Episcoporum, et Regularium,
„ Preposita, inhaerendo alias factis, et
„ habita relatione de vita, et moribus,
„ necnon de idoneitate Fratrum: Egidij

„ Jeru, Jacobi a S^{to} Marco, et Angelij
„ a Matre Dei, Professorum Discalcea-
„ torum Congregationis Gallicana, eor-
„ dem pro regimine congregationis: ne-
„ pe: Fratrem Agidinum a Jeru in visi-
„ tatore, et reliquos in Assistentes ad-
„ triennium tantum duraturos, deputavit,
„ et deputat. Contrariis quibuscumque
„ non obstantibus. Roma 23. Novem-
„ bris 1657.

„ M. Card. Ginettus.

„ Apostolicus Secretarius

Notabilia

Adducitur hoc Decretum a R^{do} P. Fr. Jacobo a S^{to} Marco Discalceato
congregationis Gallie in suis Maximis Christianis Part. 3. Tract. 3. pag.
sum: SS^{mi} mihi per aliud subse-
quens rescriptum mandavit: ut
desuper prædictis omnibus, ac sin-
gulis, decretum ederem, ac eidem
in Acta sacre Congregationis referre,
sub expressis poenis, abique gravi-
oribus arbitrio Sanctitatis sue infli-
gendis, executioni omnimodè deman-
dandum: prout demandari mandavi.
Die 2. Octobris 1663. = M. Episcopus

pus Sabinensis, Cardinalis Sinettus.
S. 3. Cum autem sicut pro parte
præfatorum Francisci de la Rosa, et Jo-
annis à Conceptione, Procuratorum Se-
neratium, Nobis sub inde expositum sit,
quod ipsi Decretum hujusmodi pro fir-
mitate illius subsistentia, et observati-
one Apostolica Confirmationis nostræ
robore communiri, summoerè deside-
rent. Nos specialem ipsis favorem,
et gratiam facere volentes, et eorum
singulares personas à quibuscumque ex-
communicationis etc) vique ad: et ab-
olutos fore consentes: supplicationibus
eorum nomine Nobis super hoc hu-
militè porrectis inclinati: Decretum
præinsertum auctoritate Apostolica
tenore præsentium approbamus, et
confirmamus, illique inviolabilis A-
postolice firmitatis robur adjicimus.
Salva tamen semper in præmissis
auctoritate præfate Congregationis
Cardinalium.
S. 4. Decernentes: eisdem præ-
sentes litteras semper firmas etc).
sicque in præmissis per quoscumque
Judices etc). Ac irritum, et inane
etc).
S. 5. Non obstantibus Constitu-
tionibus, et Ordinationibus Aposto-
licis: necnon, quatenus opus sit, dic-
torum Ordinum, etiam juramento
etc). Cæterisque contrariis quibus-
cumque.
S. 6. Volumus autem: ut ea-
rumdem præsentium litterarum trá-
sumptis etc).

Dat. in Auce Gandulphi Di-
ocesis Albanensis sub Annulo Pis-
catoris die trigesima Octobris
1663. Pontificatus nostri anno
nono.

Not

Notabilia

Conservatur hoc Breve Originale in Archivo Conventus Matritensis not-
torum Discalceatorum; et adducitur à No. Discalceato Josepho à Jesu Maria
in suo Bullario pag: 560: et à Sanctuca Tom: 5 sui Bullarij Romani cas-
idut: 148. hujus Alexandri.

Nota: quòd præsens Breve typis mandatum fuit in Typographia
R. C. A. et plura transumpta hujus impressionis Auctoritate, et jussu R. D.
Phoebei Sacra Congregationis Secretarij igni tradita sunt; quia in epigra-
phe, sive titulo ejusdem impressionis falsò apposit: (nescio quis): Decretum
Sacra Rituum Congregationis damnasse ea, quæ continentur in lib: Vita
Sanctorum Patriarcharum nostrorum. Nihil enim damnatum fuit ex ipso
libro, ut constat ex ipso decreto in hoc Breve inserto, et Confirmato.

Bulla XXIV.

Dans facultatem reeligendi ^{à ministro} prævio
examine de eorù idoneitate, et probi-
tate, à Provincialibus, et Diffinitorijs
faciendo.

Trinitarij

Al memoriale del Visitatore Aposto-
lico delle Provincie di Spagna, e di
Italia, e del Provinciale, e Diffini-
torio della Provincia di Castiglia,
que supplicano: di poter rielegere
i Ministri Conventuali doppo co-
pito il tempo del Ministerio ante-
cedente una, e piu volte in quei
Monasterij dove si giudicará es-
sex cio expediente per occasione
di fabrica, o per urgenza di sos-
tentatione, o perque siano reputa-
ti idonei li Ministri, che vi sono.

Sacra Congregatio: attendis narratis,
Oratorum precibus duxit in dulce
dum presentis decreti vigore: ut
Ministri locales hujusmodi Ordinis
in prefatis Provincijs, qui lauda-

bilitèr suum Munus exercuisse co-
penti fuerint, sicut ab officij Pro-
vincialatus, Ministri Conventua-
lis, et Vicarij Monialium per
triennium non vacaverint: ne-
dum in alijs Conventibus; verum-
etiam in illis in quibus idem mu-
nus immediatè exercuerunt, et ubi
fabrica, vel sustentatio maximè
urget, semel, et iterum reelegi pos-
sent, benigne indulsit: dummo-
do tamen diligenti examine præ-
vio à Provincialibus, et Diffinitorijs
cujuscumque Provincia predicta-
rù de reeligendorù idoneitate,
probitate, et morù integritate ad
id muneris habiles, ac utiles habe-
antur, et in reliquis ea omnia,
quæ ad præscriptum Constitutionum
Apostolicarù, et ejusdem Ordinis ser-
vanda sùt, omninò serventur. In quorù
Romæ hac die 3. Febri: 1664.
E. Episc: Camerin: Secretarius.
loco III sigilli.

NOTABILIA

Transumptum authenticum hujus Brevis reperitur in Archivo not-
torum conventus Valentini de Remedio in registro Indulgentiarum Apo-
stolicarum nu: 65.

Bull-

Bulla XXV.

Capitulum Generale Calceatorum N^o Religionis, quod juxta Breve Innocentij X. celebrari debebat Romae anno 1664 prorogari usque ad Dominicam 4^{am} post Pascha anni 1665.

Alexander Papa VII

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum, sicut dilectus filius Procurator Generalis totius Ordinis Sac^{tae} Trinitatis Redemptionis Capitulum Nobis nuper exposuit, Capitulum Generale dicti Ordinis, juxta dispositionem quarundem felicis recordationis Innocentij Papae X. Praedecessoris nostri in simili forma Brevis litterarum, necnon constitutiones ejusdem Ordinis, a Nobis specificè confirmatas, quibus caveatur, ut Capitula generalia a Ordinis hujusmodi de sexennio, in sexennium habeantur Dominica 4^a post Pascha Resurrectionis Dominicae; proximè venturè celebrari debeat: multa vero difficultates, gravesque rationes subint, propter quas ejusdem Capituli Generalis celebrationem ad aliquod tempus differri, expediat: Nobis propterea humiliter dictus Procurator Generalis supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, et ut infra indulgere de bonignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur eundem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, et gratijs protegi volentes, et a

quibusvis excommunicationis, usque ad et absolutum fore censentes: hujusmodi supplicationibus inclinati: terminum celebrationis proximi Capituli Generalis hujusmodi Ordinis, sicut praemittitur, praefinitum, usque ad quartam Dominicam post Pascha proximè venturè anni 1665 auctoritate Apostolica tenore praesentium extendimus, et rogamus.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suoque plenioris effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari. sique in praemissis per quoscumque Iudices Ordinationis, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et diffiniri debere. Ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, et Ordinamentis Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento ad Coetivisque contrarijs quibuscumque.

Dat: Romae apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die quarta Februarij 1664. Pontificatus nostri anno nono.

Notabilia

Transcriptum impressum hujus Brevis reperitur in Archivo hujus N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis, in registro Bullarum N^o Sacri Ordinis. n^o 110.

Bulla XXVI.

Dispensat: ut Fr. Joseph à Marie Dei No-
 tarius Discalceatus Hispaniae Professionē e-
 mittat cum sola informatione ex parte
 matris, quia Pater defunctus erat, nec
 constabat de ejus Patria.

Em^{mo} et R^{mi} Domini.

Fr. Joannes à Conceptione Procurator Gene-
 ralis Fratrum Discalceatorum Ordinis SS^{mae}
 Trinitatis Redemptionis Captivorum Congre-
 gationis Hispaniae, Eminentij viri hu-
 militer exponit: quod in Conventu Civi-
 tatis Barcinonensis est quidam Novitius,
 cui nomen est Fr. Josephus à Marie Dei,
 natus in eadem Civitate ex legitimo Ma-
 trimonio, ex Patre Castellano, et Matre Ca-
 talana, cujus Pater mortuus fuit ex
 morbo epidemiae, ideoque scripturae co-
 bustae sunt, et ignoratur cujus Civita-
 tis, vel oppidi fuerit; sed cum ad Pro-
 fessionem, juxta constitutiones Aposto-
 licas, et dictae Congregationis procedere
 debeant informationes de genere, mori-
 bus, et vita: Ideo praedictus Procurator
 Generalis EE^{us} UU^{us} humiliter supplicat:
 Dig.

53
 dignentur dispensare: ut dictus Fr. Josephus
 à Marie Dei faciat suam professionem,
 facta informatione, de genere moribus
 et vita solū ex parte matris. Et Deus etc.

Sacra Congregatio Em^{mo} S. R. E. Car-
 dinalium negotij, et consultationibus Episc-
 coporum, et Regularium praeposita attē-
 tis narratis preces remisit ad Em^{mo}
 hujusmodi Ordinis apud hanc S^{ta}
 sedem Protectorē, qui veris expositis
 et quatenus expedire judicaverit pro
 suo arbitrio, et prudentia indulgeat,
 ac dispenset, ut petitur: Contrarijs
 quibuscumque non obstantibus.

Roma die decima sexta Janu-
 arij 1665 = Martius Card. Ginettus =
 loco I sigilli = Amilius Episc. Camer.
 Secretarius.

Martius Episc. Albanensis S. R. E. Car-
 din. Ginettus, SS^{mi} Dⁿⁱ n^{ri} Pope Vica-
 rius, ac totius Ordinis SS^{mae} Trinitatis
 Redemptionis Captivorum Protector: Ad
 petitam dispensationem ad cum jura-
 mento, et non alias: tenore praesentium
 concedimus. Dat. Roma ex Aedibus
 nostris die 28. Januarij 1665 = M. Car-
 d. Ginettus Protector = loco II sigilli-
 = Julius Julianus Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum authenticum avertatur in Archivo Conventus Barcino-
 nensis Nostrorum Discalceatorum; et adducitur à No^o Discalceato Josepho
 à Iesu Maria in suo Bullario. pag. 567.

Bulla XXVII

Sive Decretum Sacrae Congregationis Re-
 gularium committens Cardinali Pro-
 tectori declarationem numeri Religi-
 osorum requiritorum ad constituendum
 Conventum, juxta praescriptam Regula
 primitivae, pro nostris Discalceatis Galliae.

negotij, et consultationibus Episcoporum,
 et Regularium praeposita, ad qua^m SS^{mi}
 Dominus noster antea scriptas preces re-
 misit: attentis narratis, referet Emi-
 nent^{mo} Sanctae crucis censuit: committit
 tendum, prout praesenti decreto com-
 mittit Em^{mo} D^{no} Ginetto, Ordinis hu-
 jusmodi apud S^{ta} Sedem Protectori,
 ut

S. R. E.
 Sacra Congregatio Em^{mo} Cardinalium,
 nego-

ut ad formam constitutionum requisierunt
 septem Fratres in quolibet conventu, fa-
 cultatem prefatam arbitrio suo conce-
 dat, licet duodecim fratres in aliquibus
 conventibus non existant, et juxta pe-
 rita

titu, declararet, et deceret. Contrarij qui-
 buscumque non obstantibus.
 Roma die 17. Aprilis 1665.
 Martinus Card. Sinetti.
 C. Episc. Camer. Secretarius.

Notabilia

Hoc decretum adducitur a R. P. Fr. Jacobo a S^{to} Marco Discalceato Gallie
 Congregationis in suis Maximis Christianis 3^a parte post paginam 280.
 Pro intelligentia hujus decreti vide Bullam 33⁴ Hujus Pontificis, continetem
 Decretum Card. Sinetti in vim commissionis ipsi datae cum presenti de-
 creto. et 35.

Bulla XXVIII.

Declarat cultum immemorabilem sanctorum
P. P. N. N. Joannis, et Felicis.

Romana

Canonizationis Sanctorum Joannis, et
 Felicis de Valois Fundatorum Ordi-
 nis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivorum.

Sententia Em^{mi} et R^{mi} Romani
 Urbis Vicarij, qua pronuntiavit
 tum, ab immemoriali tempore exhi-
 tum fuisse dictis sanctis.

Christi nomine invocato: pro Tri-
 bunali sedentes, et solum Deum pra-
 oculis habentes. Per hanc nostram dif-
 finitivam sententiam, quam de Ju-
 risperitorum consilio ferimus in his
 scriptis, in causa Beadificationis, et
 Canonizationis Servorum Dei Joann-
 nis de Mata, et Felicis Valois, Or-
 dinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Cap-
 tivorum Fundatorum, vertente coram Nobis
 a Sacra Rituum Congregatione in Ju-
 dicem delegato, inter admodum R.
 P. Fr. Joannem a Conceptione, p^{ro}fa-
 Religionis in Urbe Procuratorem
 Generalem, a R^{mo} P. Fr. Leandro a
 SS^{mo} sacramento Ministro Generali,
 et toto Diffinitorio specialiter con-
 stitutum, ex una; et Ill^{mu} et R^{mu}

Dominum Petrum Franciscum de Ru-
 beis, Fidei Promotorem, ex altera,
 partibus: de, et super cultu a tem-
 pore immemorabili, hominum memoria
 excedente, eisdem tamquam sanctis
 exhibito, et paritione decretis a felicis
 recordationis Urbano VIII in Congre-
 gatione SS^{me} Inquisitionis, et per ejus
 litteras in forma Brevis respective
 editis, casuque in illis ~~excepto~~ re-
 busque alijs ~~ad~~. Visis notis de-
 putationis, alijsque decretis, super pro-
 rogatione termini a Sacrorum Rituum
 Congregatione emanatis, et a SS^{mo}
 approbatis: Visa constitutione Procur-
 ratoris: visis depositionibus testium
 visis scripturis, instrumentis, et juri-
 bus exhibitis, atque productis: Visis
 praedictis decretis Urbani VIII fa-
 licis recordationis, super non cultu,
 et casibus in eis exceptis, in Actis ex-
 hibitis. Item viso toto Processu: visis
 que videndis, et examinatis exami-
 nandis:

Christi nomine repetito: Dicimus,
 decernimus, declaramus, pronuntia-
 mus, et diffinitive sententiamus: quo
 ad titulum, iive nuncupationem sac-
 rorum, erectionem Altarium, publicam
 expositionem imaginum, lampadarum
 accen-

Notabilia

1. Pro hujus sententia, et decreti intelligentia notandum est: quod *N^o Sacri Ordinis Patriarcha*: Joannes Scilicet de Mata, et Felix de Valois, canonizati fuerunt solemniter ritu à felicis recordationis Urbano IV. juxta constantem traditionem nostri coelestis Ordinis *SS^{me} Trinitatis*: cum hac traditione (quia Bulla deperdita fuit) continuarent cultum dictorum Patriarcharum, ut verè ipsorum Filij, nati Religionis, ab Urbano IV. usque ad Alexandrum VII. per quatuor secula, quoad titulum, et nomenclationem sanctorum, erectionem Altarium, publicam expositionem Imaginum, Lampadarum accensarum recitationem, celebrationem missarum, recitationem Antiphonarum, et Orationum propriarum eorundem; et ita constat ex apponita sententia, decretis, et Confirmationibus, Sacrae Congregationis Sacrorum Rituum, et Alexandri VII.
2. Itaque verè digni sunt laude, et laudibus extollere debemus, illos antiquos Patres, qui ante erectionem, et foundationem Congregationis Discalceatorum Hispaniae, conservarunt cultum sanctorum Nostrorum Patriarcharum, invocando illos sanctos; Altaria illis erigendo; publice exponendo ipsorum Imagines; Lampades accensas ante illos conservando; celebrando ipsorum Missas; Antiphonas, et orationes eorundem proprias recitando, scripturas, instrumenta, et jura, quibus probari potest immemorialis cultus, et quibus probatus fuit, custodiendo. Haec omnia congregata, et disposita habebat Roma Patres Nostrum Calceati, ad impetrandum Officium proprium utriusque Patriarchae à Sacrorum Rituum Congregatione, non contenti cum solemnitate amborum, quam uno die, scilicet 17. Decembris, ab immemorable tempore celebrabant.
3. Sed digni sunt etiam laude *N^o Discalceati Hispaniae*, qui cum non haberent Instrumentum Apostolicum, in quo fundaretur cultus, quem ipsi nobiscum dabunt sanctis nostris Patriarchis, quia Bulla Urbani IV. non apparebat; impetrarunt hanc sententiam Diffinitivam, et Confirmationem apostolicam: ut devotio *SS^{im} Patrum nostrorum*, in nobis et in omnibus fidelibus, ferventior eret.
4. Adducit hoc Decretum Nostrum Discalceatus Josephus à Jesu maria in suo Bullario pag. 569. Videntur nunc discreti: an melius fuisset, officium proprium ipsorum Patriarcharum impetrare, an eorundem cultum immemorabilem declarare? *R^{mi}*, et Doctissimi Patres Ordinis Praedicatorum, non declarationem cultus immemorialis *S^{ti} Petri Gonzalez*, formaliter petierunt à Benedicto XIV.; sed recitationem officij cum Oratione et lectionibus propriis, quae est virtualis declaratio cultus; et istud obtinuerunt. Hoc ipsum intendebant Patres nostri Calceati; et ideo habebant congregata Roma instrumenta, scripturas, et actus immemorabiles cultus, quibus antiqui Calceati, ante erectionem, et foundationem, nostrorum Discalceatorum, conservare cultum *N^{ostri} Patriarcharum Nostrorum*: ut Officium proprium utriusque Patriarchae impetrarent. Desinant ergo Discalceati Calceatos despiciere; non enim actibus, scripturis, et instrumentis suis; quae non erant, nisi à Clément VIII. anno 1599. sed instrumentis, scripturis, et actibus Antiquorum Calceatorum, probare

Bulla XXX.

Concedit indulgentiam plenariam virginitatis usque ad occasum Solis Dominica huiusmodi devotè vintaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac S^{te} Mariæ Ecclesie exaltatione piam ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus pro unica vice tantum validuris.

Alexander Papa VII.
Universis Christianis presentes litteras inspecturis salutem, et Apostolicam benedictionem.

S. 1. Ad augendum Fidelium religionem, et animarum salutem, coelestibus Ecclesie thesauris pia charitate intenti: omnibus utriusque sexus Christianis verè poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesiam Convictus S^{ti} Spiritus Fratrum Ordinis S^{smæ} Trinitatis Redemptionis Captivorum Majoricensis civitatis, et Cappellam, sive Altare B^{te} Mariæ Virginis de Doloribus nuncupatum, quarta Dominica post Paschalis Festum Resurrectionis Dominica à 2^{is} Vesperis usque

S. 2. Volumus autem: quod si pro impetratione, presentatione, admissione, seu publicatione presentium aliquid, vel minimum detur, aut etiam spontè oblatum recipiantur, presentes nulla sint.

Dat. Roma apud sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die undecima Septembris 1665. Pontificatus nostri anno undecimo

Notabilia

Hoc Breve reperitur Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis; et licet fuerit pro unica sola vice devotio impetrandi tale Breve monet filios dicti conventus, ut sollicitè impetrare simile Breve ad septennium, et post aliqua septennia, ad perpetuam rei memoriam pro Dominica quarta post Paschalis festum; quia tali Dominica ab anno 1498 in quo fundata fuit dicta Cappella B^{te} Mariæ de Doloribus, usque nunc, celebratur solemnibus votiva Festivitas B^{te} Mariæ de Doloribus, et dicta die serò celebratur solemnibus Processio ejusdem B^{te} Virginis.

Bulla XXXI.

Confirmat Additiones, moderationes seu Reformationes constitutionum Generalium N^o sacri Ordinis.

Additiones, seu Reformationes constitutionum Generalium Ordinis S^{smæ} Trinitatis Redemptionis Captivorum, ex commissione S^{smi} Domini Alexandri VII. Pontificis Optimi Maximi.

lib: 1.

Cap: 3. S. 2. Ubi precipitur: quod Fratres teneantur tradere Prælato, quæcumque quovis modo acquirierint, statim ac ipsa receperint, addatur ad illa verba: statim Superiori tradantur; id est, intra viginti quatuor horarum spatium. Eodem Cap: ac S. 2. Ubi statutur: quod communis victus, et vestitus om=

68
omnibus provideatur; addatur: quod si
Minister necessaria Fratibus non suppe-
ditaverit juxta posse Domus, stricte sub-
iaceat correctioni.

Cap: 4. S. 2. Vbi dicitur: quod im-
pendendi, et accipiendi munus: a Ge-
nerali ita deponatur: mutetur, et dicat:
a Generali ita demandetur.

Cap: 5. S. 3. Vbi statutur: quod
statim ac se Frater cum licentia Superi-
oris presentaverit, censeatur conventus
alio: addatur: Debeat, praeterea, Minis-
ter, certiore facere Communitate, vel
saltem Patres a consilio de talis Fratris
assignati licentia, et assignatione: cate-
rum hujusmodi assignati conventualitas
in tali conventu, ab eo die, quo conven-
tum ingressus est, computetur.

Cap: 6. S. 3. Vbi dicitur: quod ali-
cum etiam minimam partem, pro Paupe-
ribus subveniendis reparent. Corrigan-
tur, ut dicat: aliquam partem. In
eodem Cap: S. 6. Ad illa verba: Una
pro trina Canonica monitione promi-
ssa: injungatur: et servatis servandis fi-
at declaratio: ut quacunque.

Cap: 8. S. 7. Deleantur illa verba
poenas in proprio motu foelicis recorda-
tionis Pij V. et Gregorij XIII. conten-
tas se noverit incurrisse: quatenus loco
ponatur: Ultra poenas in sacris Consti-
tutionibus summorum Pontificum con-
tentas lata sententia incurrant ex-
communicationem; et Patet Prov.

Cap: 9. S. 2. Vbi statutur: ne
quis Frater acceptet locum pro nova
Domo edificanda, nisi prius conside-
rit capitulo Provinciali, et Diffinitori-
bus, locum esse idoneum: mutetur,
ut dicat: nisi prius Provinciali, et dif-
finitoribus considerit.

In eodem Cap: 9. S. 4. Vbi prae-
cipitur sub poena privationis per sex
menses, ne quis Minister, vel Frater
habeat secum in Domo saecularem
conranguineum, nisi per tres dies.
Remaneat praeceptum, et tollatur
poena.

Cap: 12. S. 6. Vbi praecipitur: quod
Minister in deposito reponat pecunias,
quae ad ipsum provenerint, nam ac re-
cipiat; explicatur sicut vel uni ex Deposi-
tarijs tradat, saltem intra duorum dierum
spatium.

Cap: 24. S. 3. Vbi dicitur: quod zona
ex corio nigro, addatur: vel eringulum
album sit latitudinis.

Cap: 24. S. 1. Vbi statutur: quod
aliquis Religiosus, charitate fervens, des-
tinetur pro infirmis: addatur: aliquis
Religiosus sacerdos pius.

Eodem Cap: S. 2. ubi statutur: quod
si is solus non sufficit, detur ei coad-
jutor unus, vel etiam alius: addatur:
detur ei coadjutor unus, vel etiam alius
ex non sacerdotibus.

Eodem Cap: S. 3. Addatur in fi-
S. Arbitrio Superiorum localium.

Cap: 27. S. 2. Vbi statutur: quibus
horis pulsandum sit ad silentium
tollatur dictus S. 2. et loco illius re-
quens ponatur: In quolibet nostri
Ordinis Monasterio a die Resurrex-
tionis Dominicae, usque ad Exaltati-
onem S^{ae} Crucis pulsabitur hora mer-
ridiana ad silentium, quod durabit
diebus, quibus non jejunamus, usque
ad Nonam finitam: diebus autem je-
junij usque ad primum signum Ves-
perum. Noctu etiam semper hora op-
portuna post solis occasionem, juxta
consuetudinem cujuscumque Provin-
ciae pulsabitur ad silentium, quod du-
rabit usque ad Prateriam sequentis
diei. Atque vero temporibus, et locis
a supradictis, liceat Fratibus de ne-
cessarijs loqui, remissa voce, humiliter
et honeste.

Cap: 28. S. 5. Vbi dicitur: quod
si ad vitandum maximum periculum con-
tigerit aliquem saecularem, ad Eccles-
iam confugientem in noctis conventu-
ribus recipi, fiat de consilio majoris
partis communitatis: mutetur, et
dica: de discretionem Praelati localis fiat.

Cap: 30. S. 1. Vbi statutur dies pro
incipiendo Capitulo Generali, videlicet,
sabbatum

39 subatum ante Dominicam 4am post Pascha,
 39 cha, dicatur celebrari incipi debebat Sab-
 39 ato ante Dominicam quartam. Et eo-
 39 dem S. etiam dicatur infra: Quod de
 39 ante de sexennio in sexenniis celebrari
 39 incipiat Sabbato ante Dominicam quartam
 39 post Pascha, et in eo dñ.

39 Cap. 31. S. 3. Vbi dicitur: post hac-
 39 omnes vocales, qui debent, et possunt Ca-
 39 pitulo interere offerant instrumenta sua
 39 addatur: ut dicat: Post hac omnes vo-
 39 cales assignati in cap. 30. precedenti, qui
 39 debet, et possunt, capitulo interere.

39 In eodem cap. S. 14. Vbi dicitur
 39 ritus suffragandi, deleatur totus dicitur
 39 S. 14. et formetur, ut sequitur
 39 Ritus autem suffragandi hic erit.
 39 Unusquisque schedulam, in qua sua
 39 voluntatem manifestet, mittat in urnam,
 39 qua erit super mensam coram
 39 tribus scrutatoribus, ad ipsam mensam
 39 sedentibus, et nihil aliud aspicientibus
 39 nisi quod una tantum schedula ab
 39 unoquoque electore mittatur, in eam
 39 quod possint legere: quid in ea scriptum
 39 sit. Et ne fiat confusio in suffragiorum
 39 exhibitione, ita lente, et distincte
 39 to procedatur: ut nullus a suo loco ad
 39 suffragandum surgat, donec ad suum
 39 fuert locum reversus, qui illu in ceteris
 39 none antecedit dñ. Qua suffragatione
 39 one finita, omnes in silentio persis-
 39 tant; et scrutator, qui praesidet, ex-
 39 trahat ab urna omnes schedulas,
 39 et eas numeret in omnium electorum praesentia,
 39 et si tot inventae fuerint, quot fuerint
 39 electores praesentes, singuli scrutato-
 39 res illas legant, faciantque collationem
 39 numeri ad numerum, et ea facta, Praesidens
 39 publicet nomina eorum, qui fuerint electi,
 39 exprimendo suffragiorum numerum, quem unusquisque electus habuit.
 39 Quod si aliquis ex vocalibus reclamaverit,
 39 contra publicationem electionis dubitando, tres electores antiquiores
 39 ante die Professionis scrutatoribus su-

39 peraddantur, qui iterum suffragia cum
 39 tribus primis examinant, et secunda
 39 per hos sex facta declaratio, pro rata
 39 firmaque habeatur: ut autem tranquillitati,
 39 quietique animorum consulatur,
 39 atque iurgia, aliaque damna quae suboriri
 39 poterant evitentur; praecipimus, et ordinamus:
 39 quod electiones quaecumque, tam in Capitulis
 39 Generalibus, quam Provincialibus, faci-
 39 enda, intra viginti quatuor horarum
 39 spatium ab ea, qua vocales pro talibus
 39 electionibus Capitulum ingressi sunt, fiant,
 39 et abolvantur; intra quod dictum
 39 spatium tot possint fieri scrutationes pro
 39 qualibet electione, quot electoribus virum
 39 fuerit expedire, quousque canonice electio
 39 facta reperiat. Si vero (quod Deus avertat)
 39 vocales ita discordes fuerint, ut canonicam
 39 electionem non fecerint intra dictum
 39 viginti quatuor horarum spatium, electiones,
 39 quae in Capitulo Provinciali faciendae erant,
 39 devolvuntur ad Rmum P. N. Generale. Illae
 39 autem, quae in Capitula Generali debeant
 39 peragi, devolvuntur ad summum Romanum
 39 Pontificem. Si autem aliquis inventus fuerit
 39 canonice electus, Praesidens proferat decretum
 39 electionis, licet ipse suffragium electo non
 39 contulerit, hoc modo:

39 Ego Fr. N. iustus electio-
 39 nis Praesidens voce, et nomine praesentium
 39 Vocalium eligo P. N. Ministrum Gene-
 39 ralem Ordinis SSmae Trinitatis. In nomine
 39 Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen.

39 Cap. 32. S. 1. Ad illa verba: sub
 39 paena nullitatis: addatur: nisi aliqua
 39 necessitas urgeat, quae necessitas
 39 debetur a Provinciali cum diffinitorio,
 39 in quo casu poterunt ipsi aliam assignare
 39 diem, pro Capitulo celebr-

60
celebrando, dummodo sit intra quin-
decim dies, ante, vel post dictum sab-
batum.
Eodem Capite S. 2. Formetur dic-
tus S. 2. ut sequitur. Quod si in aliqua
Provincia contingat triennium comple-
ri eodem anno, quo Capitulum Gene-
rale est celebrandum, tunc differatur
Capitulum Provinciale ad sabbatum
ante Dominicam 4^{am} sequentis proximi
anni. Quod si Provincialis non
acceserit ad Capitulum Generale, non
censeatur ejus officium duraturum us-
que ad celebrationem dicti Capituli
Provincialis; sed illico accedente die
sabbato, in quo celebraretur Capi-
tulum Provinciale, nisi Generale tunc
celebraretur, Minister Provincialis si-
gillum, et regimen Provincia tradat
primo superstiti, ex quatuor Diffini-
toribus Provincialibus suo Ordine, do-
nec Diffinitorium Capituli Generalis
assignet, et nominet, unum ex Gra-
duatis in Praesidem illius Provinciae,
cujus Minister Provincialis non acce-
serit ad Capitulum Generale. Cui si
a Diffinitorio nominato Praesidi
Provinciali, teneatur primus Diffini-
tor, qui loco Patris Provincialis suc-
cessit, sigillum tradere, liberumque
regimen Provincia illi relinquere in
iis omnibus, quae ad Ministerium Pro-
vinciale pertinent, statim ac re-
quisitus fuerit litteris Diffinitorii
pro parte Praesidis Provincialis, as-
signati a Diffinitorio Generali; cu-
jus hujusmodi Officium durabit
usque ad sequentem sabbatum ante
Dominicam 4^{am} post Pascha.

Eodem Cap: S. 4. Ubi designa-
tur vocales Capituli Provincialis,
addatur, ut dicat: Vocem in dicto
Capitulo habebunt ad omnia, quae in
eo fuerint agenda, Patres, qui Provin-
ciales fuerunt, omnesque Graduati etc.

Cap: 34. S. 3. Ubi statuitur, quod
deficiente quavis ex causa aliquo

ex minister eligendis in Capitulo Provin-
ciali (dummodo non sit in semestri ante
dictum Capitulum Provinciale) Pater Pro-
vincialis cum Diffinitoribus ad id con-
vocatis de ministerio provideat: addatur:
quod si Diffinitores in Domibus ita
distantibus habitent, ut saltem duo
ex illis ad aliquam Domum a Patre
Provinciali designandam cum ipso
convenire non possint; teneatur tunc
praeteriti proximi triennij convocare
Diffinitores. Si autem nec duo ex
his, aut eorum aliquo, et aliter ac-
tualium, commode haberi non possint,
tunc Pater Provincialis cum Patribus
a Consilij illius Domus, in qua re-
pertus fuerit de hujusmodi ministerio
provideat.

Cap: 35. S. 2. Ubi dicitur: quod
in Provinciis, in quibus electiones minist-
rorum localium fiunt per suffragia Frat-
rum, et taxatur numerus vocalium pro
canonica electione, dicatur: Igitur Do-
mus senarium, aut quinarium nume-
rum vocalium pro canonica electione
habentes, electionem canonicam, tunc, et
in perpetuum etc.

Eodem Cap: S. 2. Ubi dicitur: scilicet
electores in hujusmodi electionibus erunt
vicarius ejusdem conventus, Graduatus
antiquior etc.: addatur: Juratores
in hujusmodi electionibus erunt: Vicar-
ius, id est Praesides ejusdem Con-
ventus, Graduatus antiquior etc.

Eodem Cap: S. 7. Ubi dicitur: Mi-
nistros, cum officia finierint, habere
vocem activam in electione ministerii
futuri: addatur: declaramus praeter-
ea, ministros, cum officia quovis mo-
do finierint, habere vocem etc.

Eodem Cap: S. 11. Ubi dicitur: quod
mutatus de una Domo in aliam ra-
tione alicujus officij careat voce ac-
tiva in Domo a qua exhibitus addatur:
tunc: nisi ratione gravis scandali, vel
Praelatura in aliquo conventu exercen-
da, in quo casu voce activa careat
in illa electione.

99 Cap: 36. S. 3. Delectantur illa ver-
 99 ba: ultra quod quicumque; usque ad fi-
 99 nem anni S.
 99 Secum est deinde a prefato R. P. M.
 99 cap: 36. De qualitatibus, seu conditio-
 99 nibus eligendorum ad Officia, et Minia:
 99 teria supra dicta: usque ad finem:
 99 ante octo annos ad minus non fiab:
 99 Inquirenteque, ut solet, Illmo Do-
 99 mino Praeside: inventum est: quod in
 99 S. 5. in medio, ubi habetur in impressis
 99 omnia, quae corrigenda fuerint: debet
 99 dici: omnia, quae corrigenda, et diffi-
 99 nienda fuerint: ut habetur in Origini-
 99 nali. Exorta est deinde difficultas
 99 circa S. 10: in quo praecipitur: quod
 99 in Principalioribus nostri Ordinis, id est
 99 in his, ubi sunt Ecclesiae Cathedrales
 99 vel Sedes Episcoporum, non possit es-
 99 se Minister, qui Graduatus non fu-
 99 erit. Accidit enim: quod in hujus-
 99 modi locis, Ecclesiae Cathedrales ha-
 99 bentibus, sint aliqua Domus, quae ex
 99 Principalioribus non sunt, Patres autem
 99 Graduati alijs distenti Officijs, vel ocu-
 99 pationibus, aut alios pretextibus propo-
 99 nentes, a similibus Ministeriorum onere
 99 se excusant; ita ut, valeat Domus semel,
 99 iterum, atque pluries, pro aliquibus Gra-
 99 duatis electionem facere, quin aliquis
 99 munus acceptet: interimque Domus
 99 sine Ministro existens damnis pluri-
 99 mis exposita est. Ac propterea, cum
 99 mens Constitutionis sit: ut in hujusmo-
 99 di locis, expectabiliores Ministri eligan-
 99 tur: idque assequi possit, si nimisum
 99 illi Ministri fiant, qui pro Gradibus
 99 obtinendis habiles sunt, etiamsi Gra-
 99 duati non sint; cum Gradus non praes-
 99 tent merita, sed merita Graduum: idcirco
 99 co decreverunt Patres Vocales: quod Prae-
 99 ter alias habiles, et pro gubernio idonei
 99 possint in Ministros eligi talium Domo-
 99 rum, etiamsi Graduati non sint. Sicut
 99 terminata est sessio nona, peractis
 99 Deo gratijs pro ipsa finienda; futuraque
 99 sessio eadem die hora circiter vigesima
 99 prima Messere R. P. Patribus Vocibus indicta est.

99 Item eodem Cap: S. 11. Delectur a
 99 verba: cui a Dominis, usque ad: Regula-
 99 ribus neque inclusive. Cujus loco debet
 99 poni: Decretum SSmi Dni nostri Urba-
 99 ni VIII.
 99 Cap: 42. S. 9. Delectantur Verba:
 99 et ex tunc incipiat: usque ad finem S.
 99 Capitulum cum Diffinitorio censuit
 99 non delecti.
 99 Eodem Cap: S. 13. Ubi dicitur: ad
 99 ipsum (videlicet Ministerium Convociale)
 99 etiam spectat in casibus emergentibus,
 99 quemcumque ex Fratribus in Notarium
 99 creare pro quolibet instrumento in
 99 forma, tam Domi, quam extra Do-
 99 mum conficiendo: Tollantur praedic-
 99 ta verba, et loco eorum inserantur
 99 ista: Ad ipsum etiam spectat in ca-
 99 sibus emergentibus aliquem ex Fra-
 99 tribus, ad id idoneis, Secretarium, aut
 99 Notarium instituire pro ijs instrume-
 99 ntis faciendis, quae in suo Conventu
 99 necessaria fuerint.
 99 Eodem Cap: S. 28. Ubi ordinatur:
 99 quod nullus Minister ultra tres annos
 99 sui Officij, tempus extendere possit. Ad-
 99 datur exceptio: Nisi aliquis ex his, qui
 99 ad Capitulum Generale concurrunt suff-
 99 fragari, aut contionem, vel publicas
 99 disputationes facturi, Minister sit ali-
 99 cujus Conventus, in quo initet elec-
 99 tio facienda tunc temporis, quando ipse
 99 se in eundo, stando, vel redeundo, est
 99 legitime impeditus, et detentus: tunc
 99 enim ipsius officium prorogabitur,
 99 sicut de Provinciale concurrente ad
 99 Capitulum Generale remanet dictum.
 99 Nisi forte in illis Provincijs etc).
 99 Eodem Cap: S. 20. Ubi dicitur:
 99 Iudicis competentis auctoritate: di-
 99 catur: Iudicis Regularis deputati
 99 a Communitate, auctoritate visitat
 99 etc).
 99 Cap: 43. S. 8. Tollatur totus S.
 99 et sequens loco illius ponatur: Offici-
 99 um Vicarij cum Ministeri officio de-
 99 bet finiri; taliter quod deficiente quo-
 99 vis modo Ministro, cujus Vicarius ali-
 99 quis



62
quis frater existit, nequeat ex vi pra
cedentis assignationis in tali officio ibi
sed cum sequenti ministro prosequi
sed deficiente quavis ex causa Minis
tro vicarij officium finiatur. Succedat
que Vicarius in Praesidem talis Con
ventus utque dum Minister de novo e
ligendus Ministerij possessionem acci
piat ab ipso; atque electionis faciendae
similiter praesideat; nisi casu quo P.
Provincialis Praesidem electionis insti
tuit (ut dicitur cap: 35. De electione
Ministorum in Conventibus faciendae)
tunc Praesidis munere non fungetur.
quod si ante Triennium completum
Minister moriatur, aut deponatur,
vel propter renuntiationem, ab offi
cio absolvatur, cum illa etiam Vicarij
officium finiatur. Potest tamen, si sub
sequenti ministro cum P.P. a consilij
vel P. Provinciali (quando Minister ne
gligens fuerit in assignando Vicario) ex
pedire virum fuerit, de novo in Vicari
um assumi, usque ad complendum
triennium in officio Vicariatus. Tran
sactis autem tribus annis, quibus Vi
carij officium functus fuerit, non pot
est in Vicarium ejusdem Conventus
eligi, nisi tribus annis elapsis.

Cap: 44. S. 4. Addatur in fine
S. Debet tamen praedictus R. mus
P. Generalis Visitatoribus Provincia
rum, a se personaliter faciendis, duos
recum habere Fratres, ex singulis Pro
vincijs, ad hoc in Capitulis Provin
cialibus eligendis, qui ipso Genera
li si in Visitatione assistant, unus
pro Consultore, et alter pro Secreta
rio: taliter quod invalidum prorsus
sit, quidquid praeter Consilium
dicti Consultoris, aut ante dictum
Secretarium non actum, in tali
visitatione factum fuerit.

Eodem Cap: S. 13. ^{ubi dicitur:} Declaramus
praedictum Visitatorem electum, et a suo
munere exequendo se, (quavis ex ju
stissima causa), exuvantem, pro sequenti
capitulo voce passiva careat debere
ad

omnes, et qualescunque electiones in eo
faciendas. Mutetur parenter, ut di
cat (nisi ex justissima causa)

Cap: 45. S. 11. Addatur in fine:
Nec possit Visitator, aut R. mus P. Gene
ralis, vel Judex alius contra Fratrem
aliquem procedere, propter delicta ul
tra decennium antea commissa, nisi
de licentia Sacrae Congregationis, vel
Capituli Generalis.

Cap: 47. S. 3. Ubi de sessionibus
sessionibus Fratrum in Capitulo Provin
ciali agitur, post illa verba: Diffinitor
Generalis, si in ea Provincia adsit, sub
jungatur: Patres Provinciae, id est, qui
Provinciales fuerunt, hinc inde divisi,
servata inter se antiquitate suae electio
nis ad Provincialatum. Post sessionem
autem Magistrorum ibidem immedia
te assignatam subjungatur: Patres Mi
nistri illarum Domorum, quae in unaqua
que Provincia habentur pro antiquio
ribus, et privilegiatis, quatuor, vel sex,
secundum usum cujuscunque Provinciae,
juxta antiquitatem unius cujusque
illarum, et postea subrequantur reli
qui Patres Ministri, juxta antiquitatem sua
rum professionum.

Eodem Cap: S. 4. Ubi assignatur
in Capitulo Conventuali, et caeteris acti
bus Communitatis ad illa verba: Dif
finitor Generalis; addatur: Deinde Pa
tres, qui Provinciales fuerunt juxta an
tiquitatem suae cujusque electionis
in Provincialatum; postea quatuor dif
finitores Provinciae etc.

Eodem Cap: S. 7. Ubi dicitur: quod
vicarius sessionem Ministri non occu
pet (licet alias vices gerat), nisi quando
Minister per unam diem abest a
conventu. Mutetur, et dicat: Nisi for
Ministeri Conventualis absentia per
octo, decemve dies duset; tunc enim,
si transacto dicto dierum numero, Do
minus non redierit, ipsius Ministri
locum, cum nomine Praesidentis, tenere
debet.

Cap: 48. S. 10. Ubi de informati
one praesentata ad receptionem Novitij
agitur

agitur addatur in fine dicti S. 20, quae sequuntur: Quod si tibi recipiendus ex Provincia longinqua a Conventu, in quo recipiendus est, sit natus; et in ea nullus conventus nostri Ordinis reperiat: neque ad illam nostri Fratres commodè mitti possint, pro faciendis informationibus: possit Minister de consensu Communitatis R. m. Ordinarium Diocesis illius loci rogare per litteras, ut predictas informationes ejus auctoritate, jureque factas, claudat, et sigillet; curetque Minister, sic Clavas, et sigillata sibi remitti: ut eodem modo examinentur, et approbentur.

Codem Cap: S. 18. totus dictus S. 18. tollatur, et formetur, ut sequitur: Deinde Minister precipiat ei, ut confiteatur, et comunicet, et post communionem (ut mos fuit) si clericus est, tonsa capite veniat ad Capitulum, ille vero qui non ad officium clericorum recipitur, non debet raso, nec tonsa corona venire: congregatis omnibus Fratribus in Capitulo, et Ministro superpelliceo, et stola induto, vel saltem stola, recipiendus coram eo genuflectat, et omnia fiant.

Cap: 49. S. 14. Ubi precipitur: quod Religiosi Clerici sint sub cura Patris Magistri Novitiorum, etiamsi sint Presbiteri, quoadusque quartum annum a die Professionis expleverint: sic mutetur, et dicat: Etiamsi sint Presbiteri dummodo quartum annum post ipsam Professionem emissam non adimpleverint, maneat sub cura sui Magistri, quam diu necesse fuerit pro disciplina, et ritibus regularibus addiscendis, pro ut S. Provincialis judicaverit expedire.

Codem Cap: S. 18. totus dictus S. mutetur, ut dicat: Quilibet vero Religiosus, qui decimum sextum annum a die Professionis compleverit, in tabula Officiorum immunis sit ab officio Subdiaconi; qui vero vigesimum quartum ab officio Diaconi; qui vero trigessimum secundum

exemptus maneat ab omnibus Officiis in tabula contentis: dummodo ex Religiosis, qui predictum tempus non compleverunt, sufficiens maneat numerus pro dictis exequendis officiis: alii nullus exemptus censeatur. Quo ad alia Officia, servetur usus unius cujusque Provinciae.

Cap: 54. S. 18. Ubi indulgetur Patribus, qui Provinciales fuerunt, magistris, et Actualibus lectoribus, quod votum quater in Hebdomada teneantur celebrare Missa sacrificium pro obligationibus conventus: addatur, ut dicat: Exceptis ijs, qui Provinciales fuerunt, magistris, Presentatis, et Actualibus lectoribus Theologiae Scholasticae, scripturae, et Philo-

In libro 2^o

Tract: 1. Cap: 2. S. 6. ubi de admittendis vestibus Regenti Studiorum, et alijs collegiorum Personis agitur: addatur, ut dicat: teneantur Patres Reclores, providerede vestibus, et calceamentis, juxta aliorum conventuum consuetudinem, et Collegiorum possibilitatem, ac secundum usum, in unaquaque Provincia super hoc hactenus observatum.

Codem Tract: cap: 2. S. 7. Ubi statutum: quod in collegijs absente Rectore succedat in Praesidem Reges Studiorum: addatur in fine S: quod intelligi volumus de his tantum Collegijs, quae ut tabula in omnibus gubernantur.

Codem Tract: cap: 3. S. 1. Ubi assignantur inter condiciones ammirationis ad officium lectoris: secunda est ut sit sacerdos: addatur ut sequitur: sed in hoc potius attendatur scientia ingenijque praestantia pro officio lectoris adimplendo, et sufficientia.

Codem Tract: et Cap: S. 25: Delectantur in fine illa verba: lectiones aliter instituta, usque ad finem S.

Tract:

64 27 Tract: 2. Cap: 1. §. 1. Vbi taxatur
27 numerus Graduatorum, ob predicta
27 tionis officium: constitutio mutetur, ut
27 dicat: Mandamus: ut octo Predica-
27 tores Generales creentur, et permaneant
27 perpetuo in magnaque Provincia no-
27 tri Ordinis.

27 Eodem Tract: et cap: §. 4. Vbi au-
27 tem inter condiciones amovendi ad
27 Gradum Predicatoris Generalis, tertio
27 ut quadriennium casus consentientia de-
27 ceat in aliquo Coenobio: addatur:
27 Quam casuum conscientia lectionem
27 intra duodecim, per quod Predicato-
27 ris conventualis officio fungitur, per
27 agere poterit.

27 Eodem Tract: cap: 2. §. 3. Vbi di-
27 citur, quod a completis requisitis ad
27 Praesentaturae Gradum promoveantur
27 ad loca, quae vacaverint antiquiores
27 a die professionis: explicetur, ut di-
27 catur sic: promoveantur ad loca, quae
27 vacaverint antiquiores a tempore
27 sua lectione: quod si in hoc aequa-
27 les fuerint; assumantur antiquiores
27 a die Professionis, dummodo sub obe-
27 dientia etc.

27 Eodem Tract: cap: 3. §. 1. Vbi
27 dicitur: quod promoveantur ad Gra-
27 dum Magistri attenda inter concu-
27 rentes antiquitate; addatur: atten-
27 da inter concurrentes antiquitate la-
27 torum, prout de Predicatoribus Ge-
27 neralibus, et Praesentatis remanet dictu.

27 Eodem Tract: et cap: §. 4. Vbi ta-
27 xatur numerus Praesentatorum et Ma-
27 gistorum; mutetur, ut dicat sic: Pro
27 illis Provinciis, quae numerum decimum
27 sextum Conventuum, aut plus habent,
27 assignamus decimum Octavum nume-
27 rum Praesentatorum, et Magistorum
27 duodecimum; in alijs vero Provin-
27 cijs, quae predictum numerum decimum
27 sextum conventuum non habent, Ma-
27 gistri sint sex, et Praesentati decem.

27 Eodem Tract: et Cap: §. 7. Vbi
27 praecipitur: quibus concedenda sit vox
27 Paternitas: circa id, sic dicat Constitua-

27 tio: Statuimus, juxta indelebilem nos-
27 trae Religionis usum: quod noster Romanus
27 P. Generalis titulo Fraternalitatis, Reve-
27 rendissimus Pater nominetur. Patres
27 autem, qui Provinciales fuerint, ex quo
27 ad tale officium assumuntur: titulo Pa-
27 ternitatis admodum Reverenda; Patres
27 autem Graduati, Diffinitoresque, et ac-
27 tuales Ministri, titulo Paternitatis no-
27 minentur. Nullus autem ex predicto-
27 ris titulis alteri a supradictis tribuatur.
27 si aliquis praeter nominatos consenserit
27 se talibus nominibus honorari, aut co-
27 cum aliquis eo titulo, qui ipsi non de-
27 betur: tam ille, quam qui cum sic
27 honoraverit etc.

27 Eodem Tract: et Cap: §. 17. Vbi
27 declaratur, non competere aliquam
27 praesminentiam in prejudicium vitae
27 Regularis, ijs, qui Majoribus Ordinis
27 Officijs functi sunt: tollatur totus die-
27 tus §. 17. et illius loco sequens ponatur:
27 Denique Constitutionibus S^{tae} memoriae
27 Clementis VIII. inherentes, declaramus:
27 quod illi, qui Provinciales fuerint, vel
27 Diffinitores Generales extiterint, aut
27 quovis alio munere Superioris functi
27 sunt, intuitu predictorum officiorum, nul-
27 la praesminentia quoad Chorum, ven-
27 fectarium, et victum, debent gaudere; sed
27 communem, in ijs, et alijs, Religiosam
27 vitam exequi debent, secundum hanc
27 veram constitutionum. Quoad alia
27 autem, quae communis vitae Observan-
27 tia non adversantur, ijs praesminen-
27 tijs gaudeant Patres, qui Provinciales
27 fuerint, quae secundum has Constitu-
27 tiones competunt ipsis, intuitu predicto-
27 rum officiorum: nempe: vox activa: et
27 tracto sexennio passiva in Capitulis
27 Provincialibus, sermo supra Magistros, et
27 alia, quae Magistris, ceterisque Gradu-
27 atis conceduntur.

27 Tract: 3. Cap: 2. §. 6. in fine ad-
27 datur: durante munere Predicatoris
27 tantum.

27 Eodem Tract: et Cap: §. 18. Deleantur
27 verba: Nisi Superior: usque ad
27 finem §.

99 Tract: 4. Cap: 1. S. 3. Vbi precipitur
 99 sub excommunicationis poena, ne libri ex-
 99 trahantur. e Bibliotheca: addantur se-
 99 quentia: et sub eadem excommunicationis
 99 poena similiter incurrenda, precipimus
 99 omnibus, et singulis Religiosis: ne ma-
 99 nuscripta Religiosorum Defunctorum ad
 99 specialem alicujus vsum assumat, vel
 99 applicent. Sed teneatur Prelatus illius
 99 Coenobij, in quo talia scripta extiterint,
 99 intra viginti quatuor horarum spatium
 99 post obitum Fratris, vel ejus notitiam,
 99 illa in Bibliotheca ponere, ut de illis, si-
 99 cut de libris impressis provideatur. Qd
 99 idem volumus de libris impressis fieri,
 99 ut remanet dictum lib: 1. cap: 44. de
 99 suffragij Fratrum Defunctorum, S. 13.
 99 Sub eadem poena similiter incurrenda
 99 precipimus: quod libri impressi, qui
 99 hucusque quoquomodo, ab aliqua cujus-
 99 vis Conventus Bibliotheca extracti sunt
 99 ipsi intra dictum viginti quatuor horarum
 99 spatium: restituantur ab illis, apud quos
 99 retinentur: denique nullo modo extra-
 99 hantur. Excipimus tamen libros, qui
 99 necessarii esse possunt, pro Fratribus
 99 alicui studio vacandis, vel ad ali-
 99 quod commune servitium Conventus
 99 V. S. Refectorij.

99 Eodem Tract: cap: 4 S. 3. vbi dicitur:
 99 quod qui litteras receperit, vel miserit
 99 occulte facti iudicio condemnatur: mu-
 99 tetur, ut dicat: si quis autem litteras
 99 receperit, vel miserit occulte, et no ma-
 99 nifestauerit Prelato poena gravis cul-
 99 pa subiaceat.

99 Eodem Tract: cap: 5. S. 3. vbi dicitur:
 99 quod, ut aliquis censetur incur-
 99 sus in poenis etiam ipso facto incur-
 99 dis procedere debet declaratio Prelati
 99 super facto hujus in particulari, ut ha-
 99 bebatur intra Parenterium (nisi sit poe-
 99 na excommunicationis lata sententiae,
 99 vel suspensionis): mutetur, et dicat:
 99 etiam si sit poena excommunicationis
 99 lata sententiae, vel suspensionis): nullo

99 lus omnino sit subjectus etc).
 99 Tract: 6. Cap: 2. S. 3. vbi agitur e-
 99 lectione Prioris: addatur dicto S. 3:
 99 Quod si nec in secundo scrutinio ali-
 99 qua inveniatur canonica electio, exe-
 99 quantur ea, quae in simile circa elec-
 99 tionem Ministri Conventus dicta sunt
 99 lib: 1. Cap: 35. SS. 9. et 10. proportio-
 99 ne servata; ita ut nulla monialis
 99 incepta electione cum aliqua persona
 99 extra Religionem loquatur quavis illa
 99 sit colloquatur. Quod si nihilominus
 99 intra octo dierum spatium aliquam
 99 canonicam non elegerint: electio devot-
 99 vatur ad Patrem Provincialem.

99 Eodem Tract: Cap: 3. S. 4. Vbi di-
 99 citur: quod potest Visitator ante Visi-
 99 tationem absolvendam semel tantum
 99 intra clausuram Monialium intrare:
 99 addatur in fine S. : ad illam visitan-
 99 dum, et recognoscendum, si necesse
 99 fuerit, clausuram recognoscere, et visi-
 99 tare.

99 Eodem Tract: Cap: 4. S. 1. Addatur
 99 in fine: Dummodo sint Confessarii
 99 approbati ab Ordinario, pro Monia-
 99 libus.

99 Eodem Tract: cap: 5. S. 1. Ad illa
 99 verba: ab ipso Vicario examinando,
 99 addatur sequentia: super quo serve-
 99 tur decretum sanctae memoriae Urba-
 99 ni VIII. expeditum duodecimo Kalen-
 99 das Decembris anno 1623. Monialis
 99 vero etc).

99 Sacra Congregatio E-
 99 minentissimorum S. R. E. Cardi-
 99 nalium negotij, et consultationibus
 99 Episcoporum, et Regularium prepo-
 99 sita: visis, ac mature consideratis
 99 moderationibus, additionibus, seu
 99 reformationibus Constitutionum Gene-
 99 raliu Ordinis S. S. moe Trinitatis
 99 Redemptionis Captivorum, impres-
 99 sarum Neapoli, et Martini, factis
 99 in Capitulo Generali ejusdem Or-
 99 dinis

66. dicit, nuper hoc praesenti anno in hac
Alma Urbe celebrato: referentibus Emi:
nentissimis: Branaccio, Franciatio, et
Otto bono, ab eadem Sacra Congrega-
tione ad id specialiter deputatis: con-
sultis eadem moderationes, additiones,
et reformationes, in antesciptam for-
mam, et tenorem ab ipsa Sacra Co-
gregatione correctas, et emendatas,
approbandas, et confirmandas esse, pra-
ut

ut harum vigore approbat, et confirmat;
et juxta illas in posterum intelligi,
et inviolabiliter observari debitas ge-
nerales Constitutiones, hasque non
nisi cum eisdem moderationibus, ad-
ditionibus, seu reformationibus imprimi
mandat, ac praecipit. Roma 25. Sep-
tembris 1665.
M. Cardinalis Sinetus.
Episc: Camer: Secretarius.

Notabilia

1. Ista Additiones auctoritate cum Decreto Originali Sacra Congregationis illarum confirmativo, in Archivo Conventus Matritensis notorum Calcatorum; et fuerunt primo impressae in Typographia Vincentij Suria, sine loco, nec anno impressionis. Deinde impressae fuerunt Matriti per Franciscum Martinez anno 1731 et insertae in Constitutionibus Generalibus, ac suis locis collocatae: inter duos asteriscos *.....*, ut clarius appareant dictae additiones.

2. Licet autem istae Additiones impressae sint in dictis Constitutionibus, illas necessario iudicavi apponere in hac Bullario; propter duo omnia in dicta Constitutionum impressione. Primo Omissus fuit sensus genuinus additionis ad S. 10. Capituli 36. Libri 1. Notuarum constitutionum; super quo in Capitulo Generali, Romae celebrato anno 1665, in quo factae fuerunt dictae Sacrae Additiones, Sessione 2^a exorta fuit difficultas; accidit enim: quod in locis Ecclesiarum Cathedralium habentibus, seu sedes Episcoporum, essent aliqua Domus, quae ex principalioribus non erant: pro quibus Patres Graduali semel, iterum, et plurimum: unde dicta Domus pluribus damnis expositae erant; et ut a talibus liberarentur dicta Domus, (quae non sunt ex principalioribus, licet sint Fratres aliam habiles, et pro gubernio idonei, possint in Ministros eligi viciale, celebratum Villafranca in N^a Aragonia Provincia anno 1736; Barcelona, Valentiae, S^{ti} Lamberti, et S^{ti} Spiritus Majoricarum: non possent Domibus, fundatis in locis habentibus Ecclesiarum Cathedralium, necessario ha-berent eligendi in Ministros, merita declarata ad aliquem gradum obtinendum, juxta Additionem dictam.

3. Secundo Omissum fuit: Decretum Urbani VIII. contra Regulares poenitentiales a S^{to} Inquisitionis Officio. Quod positum est Tomo 2. hujus Bullarii, in Urbano VIII, ad annum 1626. Quia Sacrae Additiones, super dictum Caput 36. nostrarum Constitutionum, ad S. 11. jubent, quod debeat poni a verbo: cui a Dominis, usque ad: Regularibus neque, inclusive: cujus in dicta impressione Notarum Constitutionum anni 1731.

Bulla XXXII.

omittit.

Committit Episcopo Oriolensi, ut servat
is servandis Nobis Discalceatis Hippa-
nia facultatem tribuat fundandi Con-
ventum in Oppido Novelda ejusdem
Diaecesis.

Venerabili Fratri Episcopo Oriolensi
Alexander Papa VII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam
benedictionem.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dis-
secta in Christo filia Moderna Marquis-
sa de la Carta, Comitissa de la Fran-
ca: quod ipsa pro eo, quem erga Ordi-
nis S^me Trinitatis, ejusque pium In-
stitutum redimendi captivos, gerit devoti-
onis affectum, Conventum Fratrum Excal-
ceatorum ejusdem Ordinis, in quadam
sua terra, Novelda nuncupata, Oriol-
ensis Diaecesis, in Regno Valentia
sita, in qua nullus alius Conventus
existit, fundare, illumque redditibus
pro tredecim Fratrum sustentatione suf-
ficiendis, dotare intendit

S. 2. Et hac nova conventus fun-
datio maximam memoratis Fratri-
bus Excalceatis Ordinis hujusmodi,
qui unum dumtaxat in Regno Val-
entiae praedicto Conventum habent,
commoditatem offert: quippe, qui dum
Algerium ad redimendum Captivos
navigabunt, indeque revertentur, ha-
bituri sunt ubi hospitari, et Christianos
nos a captivitate redemptos refocillare
possint; cum praedicta terra Novelda
a Portu de Alicante parum distet.

S. 3. Quare eadem Marquionisa
Nobis humiliter supplicari fecit: ut ex
eandem fundationem juxta dispositio-
nem Decretorum Concilij Tridentini,
ac constitutionum Apostolicarum facia-

endi, licentiam concedere de benignita-
te Apostolica dignoemur.

S. 4. Nos igitur pijs ipsius Mar-
quionisae votis, quantum cum Domini-
no possumus, favorabiliter annuere,
eamque specialibus favoribus, et gra-
tiji prosequi volentes, et a quibuscumque
excommunicationis, suspensionis, et in-
terdicti, aliisque ecclesiasticis senten-
tijs, censuris, et poenitis a jure, vel ab
homine, quavis occasione, vel causa
satis, si quibus quomodolibet innoda-
ta existit, ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum, harum sen-
tentiarum absolventes, et absolutam fore cen-
sentas, hujusmodi supplicationibus
inclinati: Facta nobis relatione de
praemissis: Fraternalitati tuae: ut ser-
vatis servandis, et verificatis verifi-
candis, ad fundationem Conventus
hujusmodi procedere valeas ad praes-
criptum Apostolicarum Constitutionum
facultatem Auctoritate Apostolica
tenore praesentium tribuimus, et
ad hunc effectum tantum, impedi-
mentum literarum felicis recorda-
tionis Innocentij Papae X. Praedeces-
soris nostri removemus.

S. 5. Non obstantibus, eadem
Innocentij Praedecessoris, et alijs, Cons-
titutionibus, et Ordinationibus Aposto-
licis, ceterisque contrarijs quibuscumque

Dat Rome apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris die decima septima Mar-
tij 1666. Pontificatus nostri
anno undecimo.

Notabilia

Hoc Breve custoditur Originale in Archivo Conventus Matritensis notitiorum Discalceatorum, et adducitur à N^o Discalceato Josepho à Teru Maria in suo Bullario fol: 567.

Bulla XXIII

Decernit Cardinalis Protector exco-
sione Sacrae Congregationis Regularium
Congregationis nostrorum Discalceatorum
Gallicae, numerum religionum ad praesentem
Regula primitiva, et facultatem con-
cedit celebrandi Capitulum Provinciale.

77 Martinus Miseratione Divina Episcopus
77 Sabiniensis S. R. E. Cardinalis Coadiutor
77 Ordinis SS^{mae} Trinitatis Protector.

77 Dilecti in Christo Superioribus ab-
77 ique Fratibus septem Domorum Con-
77 gregationis Reformatae ~~Sti Dionisij Aquen-~~
77 ~~sis Ordinis SS^{mae} Trinitatis, Gallicae, pro-~~
77 dicti Ordinis: videlicet: Romanae St^{ae} Dion-
77 isij, Aquensis SS^{mae} Trinitatis, Seder-
77 sis SS^{mae} Trinitatis, St^{ae} Quiridij, Mar-
77 silienis St^{ae} Mariae de Gratia, Prinoles-
77 sis SS^{mae} Trinitatis, Lucensis St^{ae} Ma-
77 riae de Consolatione. Salute in D^{no}.

77 S. 1. Cum pro parte vestra Sacrae
77 Congregationis Eminentissimorum S. R. E.
77 Cardinalium, negotij, et consultationis
77 eorum Episcoporum, et Regularium propo-
77 sita, humiliter supplicatum fuerit:
77 Quatenus dignaretur reducere nu-
77 merum duodecim Religionum pro qua-
77 libet conventu in Breve felicis re-
77 cordationis SS^{mi} Dⁿⁱ Urbani Papae
77 VIII. requisitis ad erectionem Provin-
77 cia, ad numerum sex Religionum
77 pro quolibet conventu, ut reduxit
77 felicis recordationis Innocentius X.
77 pro omnibus parvis Conventibus, aut
77 saltem ad numerum septem Reli-

77 giosorum, ut prescribit Regula dicti
77 Ordinis ab Innocentio III. tradita
77 S. 2. Quia nomine Procuratorum, ta-
77 Viritorum, quam Ministrorum, in prefa-
77 to Breve erectionis expressorum, et speci-
77 ficatorum, potest oriri difficultas, de-
77 clararetur: quod per Procuratores Viri-
77 tatorum intelligantur duo Assistentes, qui
77 semper habuit Viritorum hucusque: ut
77 Diffinitores, à Sacra Congregatione
77 Cardinalium cum Viritore confirmatos,
77 et per Procuratores Ministrorum intel-
77 ligantur singuli Deputati à quolibet
77 Conventu ad Capitulum Provinciale
77 cum Ministro; ita ut in quolibet Conve-
77 nu unus Deputatus eligatur; et hi habe-
77 ant vocem in Capitulo Provinciali ad
77 electiones tam Provincialis, quam diffi-
77 nicatorum, Ministrorum, et Procuratorum in
77 Romana Curia.

77 S. 3. Quod interim: dum octo sal-
77 tem Domo, seu Monasteria habueritis
77 juxta praefatum Breve ad erectionem
77 Provinciae, Capituli que Provincialis ce-
77 lebrationem desideratam, poteritis eligere
77 Viritorem cum duobus Assistentibus,
77 quos antea solum de triennio in trien-
77 nium nominabatis, seu presentabatis,
77 à Sacra Congregatione instituendos,
77 et confirmandos.

77 S. 4. Cumque eadem Sacra Co-
77 gregatio convenit committenda, prout
77 suam Nobis commisit Auctoritatem,
77 tamquam vestro, et totius Ordinis,
77 apud hanc S^{ta} Sedem Protectori ad ef-
77 fectum juxta à Vobis petita arbitrio
77 nostro concedendi, declarandi, et decernendi.

Nos

Nos speciali vobis affectu prosequentes, ma-
 joremque in dies Congregationi vestra sum-
 moperé desiderantes progressum.
 S. 5. Primò: concedimus, et decerni-
 mus: ut Contraxij quibuscumque non ob-
 stantibus, majorem deinceps numerum Re-
 ligiosorum in Conventibus vestris ha-
 bere non teneamini, quam septem jux-
 ta Regula vestra prescriptum; ubi plu-
 res, vel ob defectum Religionum; vel ob
 conventuum paupertatem, esse, ac susten-
 tari non poterunt.

S. 6. Secundo: Declaramus, et De-
 cernimus: quod Procuratores Visitatoris
 intelli debent duos Residentes, quos
 semper habuit dictus Visitator hucus-
 que, ut Diffinitores à Sacra Congrega-
 tione Cardinalium cum eodem Visitato-
 re confirmatos. Et Procuratores Minis-
 teriorum intelligantur Deputati, singu-
 li à quolibet conventu ad Capitulum Pro-
 vinciale cum Ministris: ita ut in quo-
 libet conventu unus dumtaxat deputetur,
 et hi habeant vocem activam in Capi-
 tulis Provincialibus, tam ad electiones
 faciendas, Provincialis, duorum Resi-
 dentium, seu Diffinitorum, Ministeriorum
 et Procuratoris in Romana Curia; quam
 ad alia quaecumque negotia, per secreta
 suffragia ibi tractanda, seu agenda, vel
 decidenda.

S. 7. Tertio Concedimus, ac decer-
 nimus: ut interim dumtaxat habe-
 atis octo saltem Domo, seu Monaster-
 ria, ut nova erigatur Provincia, juxta

prescriptum Previs felicis recordationis Ur-
 bani VIII; ponitis de triennio in triennium
 deinceps, ad Capitulum celebrandum Co-
 gregari, et in dicto Capitulo, tam Visi-
 tator, qui illi praeidebit, quam duo Re-
 sidentes, seu Diffinitores, necnon Mi-
 nistri ~~ultra Montes~~, et eorum Procurato-
 res, canonicè in singulis ultra Montes
 dumtaxat Dombus, ubi saltem septem
 fratres existent, electivam vocem, et
 locum habeant, ac Visitatorem dum-
 taxat, duosque ejus Residentes ex
 eisdem Fratribus Reformatis juxta Re-
 gula Ordinis instituta eligant. Ipse
 vero Visitator Officio proximè factus,
 visitatorem novitè electum confirmet;
 et tam ipse, quam ejus successores
 ubi contigerit novos in Dombus ultra
 Montes Ministros eligi eos quoque
 confirmabit: dummodo tamen in
 ipsis sic electis non reperiat defectus,
 qui de jure, dictam confirmationem
 impedirent. In ceteris omnibus re-
 manente in sua vi, ac robore Previs
 felicis recordationis SS^{mi} Dⁿⁱ n^{ri}
 Urbani VIII: necnon in eodem statu
 quod hucusque habuit Romana
 Domus S^{ti} Dionisij, quam pecu-
 liari quodam studio diligere, et
 protegere non cessabimus.

Die 10 Julij 1666.

M. Card. Ginethus Vic. et Prot.

Julius Julianus Secretarius.

Notabilia

Hoc decretum adducitur à R. P. F. Jacobo à S^{to} Marco Dircalceato Gallie in su-
 is Maximis Christianis Part. 3. post pag. 280. Virtute hujus decreti celebra-
 runt primum Capitulum Provinciale Nostrum Dircalceati Gallie, quorum primitiva
 Regulae Observantia tam exacta erat, ut adhuc in somno Fratrum uniuscujusque
 Domus illam observare voluerunt: in Habitu, in abstinentijs, in jeunijs, in vigilijs,
 in officio diurno, et nocturno; in separatione 3^{ae} partis, in operibus misericordiae
 illam observabant; et ideo Sacra Congregatio, et Cardinalis Protector illon specialiter
 favebat.

Bulla XXXIV.

Sacra Congregatio Regularium dat facultate
Cardinali Protectori N^{re} Religionis, ut con-
firmet primū Capitulum Provinciale pro-
vinciū Discalceatorū Gallie.

77 Sacra Congregatio Eminentissimorum S.
77 R. E. Cardinalium, negotij, et Consultar
77 tionibus Episcoporum, et Regularium pra
77 posita. attendis narratis, ac auditis
77 curatore Gen^{ti} Ordinis hujusmodi, eor
77 um preces remittit ad Eminentissimū
77 Sinellum ejusdem Ordinis apud hanc
77 sanctam Sedem Protectori, qui con
77 fite

77 constituto tibi de expositis pro mo P^{ro}bi
77 trio, et Prudentia suppleat omnes ju
77 ris, et facti defectus, qui in praefati pri
77 vici Capituli celebratione forean inter
77 venerunt, electiones in eo factas confir
77 met; et proximē futurū Capitulum
77 proroget ad Dominicā 4^{am} post Pas
77 cha anni 1670. Contrarij quibuscu
77 que non Obstantibus.

77 Roma 24. Januarij 1667.

77 M. Card^{us} Sinellus.

77 E. Episc^{us} Camer: Secretarius.

Notabilia

Affertur hoc Decretum a R. P. Fr. Jacobo a S^{to} Marco in suis Maximis
Christianis. Part: 3. post pag: 28.

Bulla XXXV.

Cardinalis Protector Auctoritate
Sac: Congreg^{onis} Confirmat primū
dictū Capitulum Pro^{vinciale}, et electiones in
eo factas: supplet defectus, et prorogat
capitulum futurū ad Dominicā 4^{am} post
Pascha anni 1670.

77 Martinus Misericordie divina Episcop
77 us Portuensis S. R. E. Cardinalis Si
77 nellus, SS^{mi} D^{omi}ni N^{ostri} Papae Vica
77 rius Generalis, ac totius Ordinis SS^{me}
77 Trinitatis Redēptionis Captivorum Pro
77 tector.

77 Dilecti in Christo Superioribz, ca
77 terisque Fratibus Congregationis Ren
77 formatae Gallie Fratrum Discalceatorū
77 SS^{me} Trinitatis in proximē celebra
77 to Capitulo congregationis salute in d^{omi}no.

77 Cum pro parte vestra Sacra Co
77 gregationi Eminentissimorum S. R. E.
77 Cardinalium, negotij, et consultatio
77 nibus Episcoporum, et Regularium pra
77 posita humiliter, juxta veterē insertū

77 libellū applicatū fuerit; eadem Sacra
77 Congregatio nam Nobis commiserit
77 Auctoritatem, tamquā vestro, et totius
77 Ordinis, apud hanc S^{an}ctam Sedem Protecto
77 ri, ad effectum concedendi a Vobis peti
77 ta arbitrio nostro:

77 Nos pro singulari erga Congregatio
77 nem vestram affectu, et speciali etiam
77 favore eam protequi cupientes: in primis
77 supplemus omnes juris, et facti defectus,
77 qui in praefati Capituli celebratione fore
77 an intervererunt. omnesque insuper
77 in eo factas electiones Confirmamus nec
77 non prorogamus usque ad Dominicā
77 cam 4^{am} post Pascha anni 1670, qua
77 Capitulum proximē futurum celebrari
77 debet, ceteraque deinceps de trien
77 nio in triennium. Contrarij quibus
77 cumque non obstantibus.

77 Roma ex nostra Palatio hac die
77 29. Januarij 1667.

77 M. Card^{us} Sinellus Protector.

77 Julius Julius Secretarius.

Notabilia

Adducitur hoc Decretum à R. P. Fr. Jacobo à S^{to} Marco in vis Maximis Christiani-
nit. Part. 3. post pag. 280. Hujus Provincialis Capituli fuerunt Capitulares: R.
 P. Fr. Angelus à Marie Dei Viritator. R. P. Jacobus à S^{ta} Anna Assisens. R.
 P. Lucas à S^{to} Joanne Assisens. R. P. Michael à S^{to} Ludovico Minister Aquensis. R.
 P. Jacobus à S^{to} Marco ejus Deputatus. R. P. Ignatius Minister Sedeneris. R.
 P. Archangelus à S^{to} Joanne ejus Deputatus. R. P. Bonaventura à S^{to} Augustino
 Minister S^{ti} Quiridij. R. P. Modestus à S^{to} Petro ejus deputatus. R. P. Lucas
 à S^{to} Joanne Minister Massiliensis lector Theologicæ. R. P. Andreas à Nativita-
 tate ejus Deputatus. R. P. Raphael ab Assumptione Minister Brincobensis. R.
 P. Clemens à Præsentatione ejus Deputatus. R. P. Franciscus à S^{to} Laurentio Minis-
 ter Lucensis, ejusque Deputatus. Ut refert Jacobus à S^{to} Marco ubi supra.

In hoc Capitulo electi fuerunt, et confirmati: R. P. Fr. Michael à S^{to} Ludo-
 vico in Viritatorum: et R. P. Fr. Raphael ab Assumptione; ac R. P. Fr. Ignatius
 à S^{to} Antonio, in Assisentes: ut refert idem Author.

Duo alia Diplomata expedita fuerunt in hoc Pontificatu, pro Dicalcea-
 tis Gallie: 1^{um} expeditum anno 1662: quo prohibitum fuit dictis Excalcea-
 tis transire ad Calceatos, et Dicalceatos Hispania. 2^{um} expeditum fuit 1663.
 quo declaratum fuit: non competere Clericis, nec laicis Excalceatis Gallie
 jus suffragandi in Capitulis. Sed hæc diplomata ad meas manus non venerunt.

CLEMENS IX.

Natione Nebruscus, Patria Pistoriensis, Hieronimi Rospigliosi filius, Ju-
 lius Rospigliosus antea nuncupatus S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S^{ti}
 Sixti: Romæ electus fuit summus Pontifex die 20. Junij 1667. et Co-
 ronatus voluit nominari Clemens IX. die 26. ejusdem mensis, et anni.
 Obijt ibidem die 9. Decembris 1669. sepultusque est in Basilica S^{te}
 Mariæ Majoris.

Bulla I.

Concedit indulgentia plenaria visitat
Eccliesiam Nostræ Conventus Setaban-
is, sive S^{ti} Philippi in die S^{te} Lucie
à 1^o Vesperis ad septennium.

communionem refectis, oppidi setabensis
 valentina Diocesis: cui Ecclesie et
 jusque cappellis, et Altaribus, sive
 omnibus, sive singulis, eamque, seu
 eas, vel ea, aut illocum, seu illarum
 singular, vel singula, visitantibus,
 nulla alia Indulgentia reperitur co-
 cessa: die festo S^{te} Lucie à primis
 vespers usque ad occam solis festi
 hujusmodi, singulis annis devotè
 visitaverint, et ibi pro Christianorum
 Principum concordia, hærem extirpa-
 tione, ac S^{te} matris Ecclesie exal-
 tatione pias ad Deum preces effu-
 derint

Clemens Papa IX.

Universis Christianis presentibus lit-
 terar inspecturis salutem, et Aposto-
 licam benedictionem.

S. L. Ad augendum fidelium Religio-
 nem, et animarum salutem, Cælestibus
 Ecclesie Theauris pia Charitate inten-
 di: Omnibus utriusque sexus Christi-
 fidelibus ^{vere} poenitentibus, et Confessis, qui
 Ecclesiam S^{ssmæ} Trinitatis, sacra etiam

72
derint plenariam omnium peccatorum
suorum indulgentiam, et remissionem
miseri corditer in Dño concedimus.
Præsentibus ad septennium tan-
tüm Valituris.

Dat: Rome Apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris. Die 19 Augusti 1667.
Pontificatus nostri anno primo.

Dat:
Notabilia.

Hoc Breve reperitur Originale in Archivo N^o Conventus Civitatis S^{ti}
Philippi, olim ville Setabensis.

Bulla II.

Concedit Altare S^{te} Lucie N^o Con-
ventus Setabensis, sive Civitatis S^{ti} Phi-
lippi esse privilegiatum.

Clemens Papa IX.
Ad perpetuam rei memoriam
S. 1. Omnium Saluti Paterna cha-
ritate intenti sacra interdüm loca spi-
ritualibus indulgentiarum muneribus
decoramus: ut christifidelium Defecto-
rum anima Dñi nri Ieruchæi Fi-
ejusque Sanctorum suffragia meritorum
consequi, et illis adjuncta ex Purgato-
rij pœnis ad æternam salutem per Dei
miseri cordiam perducere valeant.

S. 2. Volentes igitur Ecclesiam
Domus Fratrum Ordinis SS^{mi} Ieri-
mitatis Redemptionis Captivorum Oppidi
Setabensis Valentinae Diocesis, in qua
nullum aliud Altare privilegiatum

reperitur concernit, et in ea rite Altare
S^{te} Lucie hoc speciali dono illustrare, dñi
modo in ea septem Missæ quotidie cele-
bentur: Auctoritate Nobis à Dño tra-
dita, et de Omnipot. Dei Misericordia, et
B. Petri, et Pauli, Apostolorum ejus Aucto-
ritate confirmi: ut quocumque Sacerdos
aliquis dicte Ecclesie dumtaxat, Missam
defunctorum in die Commemorationis de-
functorum, et singulis diebus infra illig Oc-
tavam, ac feria 2^a cujuslibet Hebdoma-
de pro anima cujuscumque christifidelis,
que Deo in Charitate conjuncta ex hac
luce migravit, ad prædictum Altare cele-
braverit: Anima ipsa de Thesoro Eccle-
siae per modum suffragij indulgentiam
consequatur, ita ut ejusdem Dñi nri Ie-
ruchæi, ac B^{te} Virg^{is} Mariae, Sancto-
rumque omnium meritis sibi suffragan-
tibus à Purgatorij pœnis liberetur, co-
cedimus, et indulgemus. In contrariis

facientibus non obstantibus quibuscumque.
Præsentibus ad septennium tantüm Valituris.
Dat: Rome apud Sanctam Mariam Ma-
jorem sub Annulo Piscatoris die 17. Sep-
tembris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

Hoc Breve reperitur Originale in Archivo N^o Conventus Civitatis S^{ti}
Philippi, olim Ville Setabensis.

Bul-

Confirmat decretum Sacrae Congregatio-
nis Regularium, declarans licere nostris
Religionis Provinciae Baethicae deferre
Cappam Brunii coloris, et muzzetam aper-
ta in parte anteriori, rotundam vero in
posteriori.

Clemens Papa IX.

Ad futuram rei memoriam
S. 1. Nuper a Congregatione Vene-
rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
nalem negotijs, et Consultationibus Epis-
coporum, et Regularium preposita, in cau-
sa dilectorum Filiorum Fratrum Provin-
ciae Baethicae Ordinis SS^{me} Trinitatis
Redemptionis Captivorum, super de-
latione Habitus, emanavit Decretum
tenoris, qui sequitur.

S. 2. Sacra Congregatio Eminen-
tissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs
et Consultationibus Episcoporum, et Re-
gularium preposita, inherendo decre-
to ab ipsa Sacra Congregatione in hac
materia emanato die 16 Decembris
1665. reque auditis partibus, nimirum
Ordine Praedicatorum: habendam esse
differentiam Cappae Provinciae et Ordi-
nis, primodictarum, a secundo dicto
Ordine: Itemque ab ipso primodicto
Ordine in dicta Provincia Baethica ejus-
dem Ordinis deferri debere Cappam co-
loris Albi. Itemque ab Archiepiscopo His-
palensi representata, non deferri de-
bere in dicta Provincia Baethica muz-
zam rotundam super Cappam; ac de-
num Procuratore dictae Provinciae Ba-
ethicae, allegante: deferri debere, et posse in
eadem Provincia Cappam coloris Brunii,
Buriel monachati, et ejusdem coloris
muzzam figurae rotunda, ut est muz-
za alba in multis Provinciis Ordinis hu-
jusmodi gestari solita: respective praeter-

dentibus, mature discussa, et examinata,
ad relationem Em^{mi} Pallotti, censuit,
et decrevit.

S. 3. Licere dictis Fratribus Provin-
ciae Baethicae Ordinis SS^{me} Trinitatis
Redemptionis Captivorum, uti Cappam
Brunii coloris, qui in illis partibus vulgo
dicitur Buriel, non autem coloris ni-
gri, ad praescriptum litterarum Aposto-
licarum 1^{ae} memoriae Alexandri VII.
et Sacrae Penitentiarie sub Pio IV. quo
vero ad Muzzam forma praefata ser-
vandam esse decretum Visitationis
Apostolicae, et Diffinitivae dictae Pro-
vinciae, factum in Capitulo Provinci-
ali celebrato in Conventu Civitatis Ube-
tensis die 9. Junij 1666. Ubi dicitur:
praecipimus: ut Cappilla, seu Capudium
in forma triangulari a tergo gesta-
ri solitum a N^{ra} Provincia Religionis,
nullatenus deinceps gestetur; sed in
forma rotunda, ut vulgo dicitur muz-
za, seu muzzeta, pro parte anteriori
apperta, taliter ut Crux, quae in sca-
pulario supra pectus debet esse, ma-
neat discooperata. Et ita Eadem
Sacra Congregatio harum vigore
declarat, ac decernit: et Em^{mo} Gi-
netto primodicti Ordinis apud hanc
sanctam sedem Protectori committit:
ut ejusdem Sacrae Congregationis Auc-
toritate, sibi harum vigore attributa,
eisdem praesentes executioni mandari
jubeat, et faciat per eos ad quos
spectat: in contrarium allatis, ceteris-
que non obstantibus quibuscumque. Ro-
mae 9. Septembris 1667. = Cardi-
nalis Ginettus.

S. 4. Cum autem, sicut dilec-
tus filius Matthias de Paniagua Fe-
lix expressè Professor, ac Presentatus, et
in Romana Curia Procurator, ejusdem
Provin-

74
 Provincia Baetica Nobis subinde exponi
 fecit: quod ipse decretum huiusmodi pro
 firmitate illius subistentia Apostolica
 Confirmationis notitiae patrocinio co-
 munitari summopere desideret. Nos ip-
 sum Mattheum specialis gratiae favore
 protequi volentes; et a quibusvis Exco-
 municationis etc. usque ad: et absolute
 fore censes: supplicationibus eius no-
 mine Nobis humiliter porrectis inclinatis:
 Decretum praesertim Auctoritate A-
 postolica tenore praesentium Confirmamus,
 et approbamus, illique inviolabilis A-
 postolica firmitatis robur adijcimus.
 Salva tamen semper in praemissis Auc-
 toritate memoratae Congregationis Con-
 dinalium.

S. S. Decernentes praesentes lit-

teras

Notabilia.

Transcriptum impressum Authenticum huius Brevis asservatur in Archivo Conven-
 tus nostrorum Calceatorum Civitatis Roncha Provincia Baetica, cujus exemplar
 manuscriptum accepi per Tabellarium publicum a R. P. lectore Subilato de sup-
 rasco, et Bargas, Qualificatore Supremae Inquisitionis, Diffinitore Provinciae
 memoratae, et Ministro dicti conventus anno 1757.

Etiam Reverendissimi Patres Ordinis Praedicatorum in Civitate Valentiae
 anno 1666. pretendebant: Religiosos Trinitarios non posse licite uti cappis beurae
 coloris, vel nigri, virtute duorum Brevium: unum Urbani VIII. aliud vero
 Alexandri VII. sed haec duo Brevia retenta fuerunt; primo decreto Regiae
 audientiae Valentinae, et deinde decreto supremi Regij Consilij. Et sic lites
 inter utramque Religionem evanuerunt.

Bulla IV.

Decernit: quod Saepe Provincialium pro
Capitulo Generali nostrorum Discalce-
atorum Hispaniae eligantur in unaqua-
que Provincia ab universis Capitularibus
in suo Provinciali Capitulo.

Clemens Papa IX.

Ad futuram rei memoriam

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit
 dilectus filius Joannes a Coceptione
 Pro-

terat sepe firmas etc. sicque in praemis-
 sis per quoscunque Iudices etc. Ac verita-
 et inane etc.

S. 6. Non obstantibus praemissis,
 et quatenus opus sit, Ordinis, et Pro-
 vinciae huiusmodi, etiam juramento etc.

S. 7. Volumus autem ut praesen-
 tium transcriptis, etiam impressis, ma-
 nu alicujus Notarii publici etc.

Dat. Roma apud Sanctam
 Mariam Majorem sub Annulo
 Piscatoris die Viginti sexta
 Septembris 1667. Pontificatus
 nostri anno primo

imitate

Procurator Generalis Congregationis His-
 paniae Fratrum Discalceatorum Ordinis
 SSmae Trinitatis Redemptionis Captivo-
 rum: quod Capitulum Generale dic-
 ta Congregationis Toleti celebratum
 die 2. Maij 1665. decrevit huic S^{ta}
 sedi, nomine ejusdem Congregationis fore
 supplicandum: ut statuere dignaretur: quod
 socij Provincialium Congregationis huius-
 modi

27 modi, qui cum illis vadunt ad Capitulum
 28 Generale, in illoque habent votum, unus
 29 quis eligantur a sua Provincia, in Congre-
 30 gatione faciendâ a Provinciali, et Minis-
 31 tris conventualibus cujuslibet Provincia,
 32 anno antecedente ad Capitulum Genera-
 33 le, sabbato ante Dominicam 3am post Pas-
 34 cha, juxta dispositionem a Capitulo Gene-
 35 rali assignatam. Et quod ad defectum
 36 dicti socij, eligantur alij duo, qui juxta
 37 ordinem sua electionis sibi succedant.

38 S. 2. Cum autem, sicut eadem ex-
 39 positio subjungebat, per quardam felicis
 40 recordationis Alexandri Papae VII. Prae-
 41 decessoris nostri in simili forma Brevis
 42 litteras die 4. Februarij 1660. expedi-
 43 tas disponatur: quod in Capitulo Gene-
 44 rali Congregationis hujusmodi fiat ec-
 45 lectio socij pro unaquaque Provincia,
 46 post factas electiones Praelatorum, con-
 47 currentibus tandem ad dictam electionem
 48 Ministro Generali, duobus Diffinitoribus,
 49 Provinciali illius Provincia, et socio; No-
 50 bis propterea dictus Joannes Procurator
 51 Generali humiliter supplicari fecit: ut
 52 in praemissis opportune providere de
 53 benignitate Apostolica dignaremur.

54 S. 3. Nos igitur dictum Joannem
 55 Procuratorem Generalem specialibus fa-
 56 voribus, et gratijs protequi volentes;
 57 et a quibusvis excommunicationis

27 usque ad: et absolutum fore censentes: hu-
 28 jusmodi supplicationibus inclinati de
 29 venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
 30 Cardinalium negotijs, et consultationibus
 31 Episcoporum, et Regularium praepositorum
 32 consilio: attentis narratis memoratos
 33 socios Provincialium: unumquemque in
 34 sua Provincia, in Congregatione a Provin-
 35 ciali, et Conventualibus Ministris cujusli-
 36 bet Provinciae faciendâ, sicut praemittitur
 37 eligi debere: in defectum autem socij
 38 sic eligendi, alios duos, qui juxta ordi-
 39 nem sua electionis sibi succedat, eligendos
 40 fore, Auctoritate Apostolica tenore praes-
 41 sentium statuimus, et Ordinamus. Salva
 42 tamen semper in praemissis auctoritate Co-
 43 gregationis praedictorum Cardinalium.

44 S. 4. Decernentes eandem praeter
 45 litteras semper firmas ad sicque in
 46 praemissis per quoscunque Judices ad
 47 Ac irritum, et inane ad

48 S. 5. Non obstantibus praemissis
 49 Alexandri Praedecessoris nostri, alijque
 50 ad. Caterisque contrarijs quibuscu-
 51 que.

52 S. 6. Volumus autem ut praesentium
 53 litterarum transumptis ad.

54 Dat. Romae apud S. Mariam Majo-
 55 re sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris
 56 1667. Pontificatus nostri anno
 57 primo.

usque
 Notabilia

Hoc Breve extat Originale in Archivo conventus Matritensis nostrorum Discal-
 ceatorum; et adducitur a nostro Discalceato Josepho a Iesu Maria in suo Bul-
 lario pag. 568. licet executioni non mandatum fuerit; quia Congregatio Dis-
 calceatorum huic gratiae renunciavit, ut potuit: juxta notata a P. Josepho
 a Iesu Maria in scholijs hujus Brevis.

Bull

Bulla V.

Statuit, quod quando in Diffinitorio Generali Discalceatorum Hispanice si port tres sessiones, et tria scrutinia in una quaque, non fieret electio canonica ad obtinendum Officium vacans, Provis illius Provinciae in qua vacaverit habeat votum in tali electione.

Clemens Papa IX.

Ad futuram rei memoriam
 S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes a Conceptione Procurator Generalis Congregationis Hispanice Fratrum Discalceatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum: quod Capitulum Generale dictae Congregationis Toletae celebratum die 2. Maij 1665. decrevit, huiusmodi sedi, nomine ejusdem Congregationis fore supplicandum: ut statueret dignaretur: quod quando Diffinitorium Generale ipsius Congregationis (quod ex septem Fratribus, videlicet Ministro Generali, et sex Diffinitoribus Generalibus constat) extra Capitulum facit electionem, et in ejusmodi electionibus faciendis datur aequalitas votorum (quod solet contingere quando per obitum, renuntiationem, privationem, vel aliam ob causam, unus ex dictis septem fratribus deficiit) tunc si port tres sessiones, in quarum singulis tria scrutinia fieri debeant, electio canonica non emanat, habeat votum, et suffragium Provincialis illius Provinciae, in qua est Officium vacans.

S. 2. Cum autem, sicut eadem exponitur et inane, si quid secus super his a quoquam dicitur.

S. 5. Non obstantibus predictis Alexandri Praedecessoris nostri litteris alijsq3 constitutionibus d. ceterisque contrariis quibuscunque.

Dat. Rome apud S. Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

Reservatur hoc Breve Originale in Archivis Conventus Matritensis N. S. Discalceatorum et adducitur a No. Discalceatorum Josepho a Jesu Maria in suo Bullario pag. 571. X

omni...

exponitio subjungebat, per quasdam feliciter recordationis Alexandri VII Praedecessoris nostri in simili forma Brevis litteras die 22. septembris 1655. expeditas, disponatur: quod in cam paritatis votorum, et ex his videri Provincialibus dictae Congregationis successivè, et alternatim per hominum juxta antiquitatem suarum Provincialium, votum, et suffragium habeat in predicto Diffinitorio pro illa vice, absque tamen prerogativa vlla, nec denominatione Diffinitoris Gen. N. S. propterea dictus Joannes Procurator Gen. supplicari fecit: ut in praemissis opportune providere de benignitate Ap. dignaremur.

S. 3. Nos igitur ipsu Joanne Procuratorem Gen. specialibus favoribus, et gratiis protequi volentes: et a quibuscunque excommunicationis, et ab absolute fore censentes: hujusmodi supplicationibus inclinatis, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotij, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium, praepositorum consilio: attenti narratis: ut data paritate votorum in electionibus per praefatum Diffinitorium Generale extra Capitulum ut praefertur faciendis, si ex duobus sessionibus, in quarum singulis tria scrutinia fieri debeant, electio canonica non sequatur habeat votum, et suffragium Provincialis illius Provinciae, in qua est officium vacans. Auctoritate Ap. tenore praesertim statimus, et ordinamus. Salva tamen semper in praemissis Auctoritate Congregationis Praedictorum Cardinalium.

S. 4. Decernentes praesentes litteras semper firmas, et sicque in praemissis per quoscunque Indices d. ac irritum,

Sive littera Apostolica, per modum Pro-
visionis, decernentes continuationem celebra-
tionis Missarum, et aliorum divinarum Offici-
orum in Cappella B^{te} Virg^{is} Mariae de Do-
loribus Nⁱ Conventus Majoricensis, tempo-
re interdicti generalis publicati ab Epis-
copo Majoricensi.

Nicolaus Acciaiolus Protonotarius Apon-
tolicus, utriusque Signatura SS^{mi} Dⁿⁱ
nostri Papa Referendarius, necnon Cur-
ia causarum Camera Apostolica Ge-
neralis Auditor, Romanaeque Curia Ju-
dex Ordinarius, Sententiarum quoque, et
censurarum, tam in eadem Romana Cur-
ia, quam extra eam latarum, ac litte-
rarum Apostolicarum quarumcumque Uni-
versalis, et Merus Executor ab eodem
SS^{mo} D^{no} n^{ro} Papa specialiter elec-
tus, et deputatus.

Universis, et singulis in Dignita-
te Ecclesiastica constitutis, ubilibet
existerentibus, illique, vel illis, ad quem,
vel ad quos, praesentes nostrae litterae
pervenierint, seu quomodolibet presen-
tabuntur: Salutem etc.

S. 1. Pro parte, et ad instantiam
Admodum R. P. Magistri F^r Gabrielis
Pujol, Ministri Venerabilis Con-
ventus S^{ti} Spiritus Civitatis Majori-
centis, et Vicarii insignis Cappellae B^{te}
Mariae de Dolocibus, et S^{ti} Joannis
Lateranensis in eadem Civitate Majori-
centis, omni meliori modo, Personali-
ter, instanter, et debite requisiti; Vo-
bis omnibus, et singulis supradictis,
et verum cuilibet in solidum tenore
praesentium intimamus, notificamus,
et ad quorum interest noticiam dedu-
cimus, et deduci volumus, et mandamus:

qualiter hodie comparuit coram Nobis
in iudicio legitime idem R. P. Magister
F^r Gabriel personaliter, et petijt a censu-
ris in ipsum, et contra ipsum ad instan-

tiam Procuratoris Phiscalis Curiae Episco-
pali Majoricensis per R^{mu} Episcopum
Majoricentem, sub pretextu quod non serva-
verit interdictum universale in eadem Civita-
te publicatum, et celebraverit, et celebra-
verit missas, et alia divina officia in ea-
dem insigni Cappella, illatis, et promul-
gatis, nec (ut pretenditur) incurris, ab-
solvit; et respective interdictum in dicta
insigni Cappella, et coemeterio Campi
Sancti appositum, suspendi, cum reinci-
dentia; ad effectum, ut interim indulta
eidem Cappella, vti membro sacrosanta
Lateranensis Ecclesiae deducere, iuraque
sua tueri valeat; citra tamen prejudi-
cium attentatorum per curiam Episcopalem,
et aliorum quorumcumque iurium Litterae
Cappellae, illiusque Vicario, Officialibus,
et ministris quomodolibet competen-
tium.

S. 2. Et tunc Nos, sive R. P. Dominus
Bulgarrinus de Bulgarinis, noster
in Civilibus locumtenens inscrip-
tus, visis, et auditis precibus per dic-
tum R. P. magistrum Gabrielem porrec-
tis; ne interim celebratio missarum,
et aliorum divinarum officiorum retarde-
tur; et per modum Provisionis, ac
sine iudicio iurium partium; eum-
dem R. P. magistrum F^r Gabrielem
praesentem, et genuflexum, a praedictis
censuris absolvimus, ac univ^{er}sati S^{te}
matri Ecclesiae, et Christianis con-
silio reddimus, et restituimus, et pro
absolutis, et restitutos publicamus,
ac publicari, et mentiori mandamus
per praesentes, cum reincidentia ta-
me in eadem censuras arbitrio
nostro.

S. 3. Insuper interdictum in dic-
ta insigni Cappella, et coemeterio
Campi Sancti appositum, et publicatum
suspendimus; ac per Vos suspendi vo-
lumus

78
lumen, et mandamus; adeo ut in dicta
Cappella celebratio mirarum, et aliorum of-
ficiorum divinorum continuari possit, pro ut
antea fiebat, cum reinvidentia archie-
piscopi nostro, ut supra: cedulones que
defigatis et amoveatis, et per alios de-
figi, et amoveri faciatis: et super sus-
pensione hujusmodi vestras litteras pre-
sentes, seu instrumentum publicum supradictum
tamen petentis, et habere volentis, mandatis

et

et concedatis, abaque in premissis neces-
saria, et opportuna faciatis, curetis, et ma-
deatis, pro ut Nos per prelatos mandamus:
saliter etc. In quorum fide etc.

Dat: Rome in Aedibus nostris anno
Dni 1667. Indictione quinta; die vero 15.
Octobris. Pontificatus vero SS^{mi} in Christo
Patri, et Dni nri, Dni Clementis divina
Providentia Papa IX. anno ejus primo.

Bulgarinus de Bulgarinis Locutenens.
Marcus Attilius Monaldi Curia Causarum
Camere Apostolicae Notarius.

Notabilia.

Transumptum harum litterarum impressum in Typographia R^{ca} Camera Aposto-
lica conservatur in Archivo hujus conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis. In quodam
obtentione mirabile quoddam accidit notatum dignum.

Cum enim publicatum fuisset Interdictum universale in hac Majorice-
ni Civitate Episcopus hujus Diocesis, et curia Episcopalis ejusdem interdicerent,
quod in dicta Cappella Virg^{is} Mariae de Doloribus observaretur tale inter-
dictum; et cum minister hujus conventus debita cum reverentia, jura
dictae Cappellae, vicarii, et Ministrorum ejus presentaret, exemptionemque
ostenderet dicto Episcopo, noluit ipse acquiescere; imo censuras fulmi-
navit contra vicarium, et ministros prefatos, cappellamque interdicto subiace-
re publicari, cedulonesque affigi iussit per vias, et plateas hujus civita-
tis, quibus Populo asseverabat, Cappellam esse interdictam, et vicarium, ejusque
ministros, esse excommunicatos.

Quare dictus Magister Fr^{sc} Gabriel Pujol, tunc Minister hujus Conve-
ntus, et dictae Cappellae vicarius, cum vidisset, quod duo Procuratores, quos
ad Romanam curiam miserat, successive in itinere perirent; ipse Romam
veniens, has presentes attulit litteras, relicto Roma Potulatore, et Procuratore
non solum sustinuit contraria sententiam; sed fuit in expensis dam-
na sua Ill^{ma} Dominatio. Sed quod huic eventum magis mirabilem ved-
erunt captivitatem; ~~perierunt~~; sed Truxerunt Januenses, ipsum, et Navim,
in qua navigabat, a captivitate liberaverunt, fugientibus Mauris. Et totum
hoc accidit in brevissimo spatio Virginitatis, et unius diei. Haec P. Presentatus
virum Illustrem, quae in S^{ca} conservatur in Bibliotheca hujus conventus S^{ti}
Spiritus Majoricensis: loquendo de dicto R^{mo} Magistro Pujol. Anno sequenti
fuit data sententia favorabilis Cappellae Virginis Mariae de Doloribus, quae
continetur in Bulla sequenti

hinc sententia Apostolica in iudicio contra-
dictorio in favorem Cappelle B^{re} Virg^{is}
marie de Doloribus conventus Nⁱ Majorice;
contra Episcopum Majoricensem, qui in expe-
ditis condemnatus fuit.

ventus S^{ti} Spiritus, et Vicarius ejusdem Ve-
neranda Cappella S^{te} Marie de Doloribus,
Actorem, ex vna. et Ill^{mo} ac R^{mo} Do-
minum Episcopum Majoricensem, ejusque
Dominum Procuratorem Fiscalem, Reos
conventus, partibus ex altera; de, et super
competentia, et frustione Privilegiorum
Apostolicorum dicta S^{te} Ecclesie Laterane-
si a pluribus Romanis Pontificibus con-
cessorum; et eidem Veneranda Cappel-
la B^{re} Marie de Doloribus Comuni-
catorum etc. de quibus in Actis; ejus-
demque Veneranda Cappella S^{te} Marie
de Doloribus, illiusque Vicarij, ministri-
um, et officialium exemptione a iuris-
dictione Episcopi Majoricensis, et a
quolibet illius interdicto generaliter
seu particulariter, ex quavis causa
Relaxato, seu promulgato. Rebusq^{ue}
alijs etc. Introducta etc. Executo
contra Ill^{mo} D^{no}m Episcopum, illiusq^{ue}
D^{no}m Procuratorem Fiscalem monitorio
in partibus; relationeque facta, et pro
illius verificatione pro parte Venera-
da Cappella S^{te} Marie de Doloribus,
ejusque admodum R. P. Magistri Fe-
labielis Pujol Vicarij, exhibitis nonul-
tis iuris: servarique omnibus ver-
minis de stylo Curie servari solitis;
citato ad omnes actus D. Petro Bai-
lia, aucto Procuratore dicti Ill^{mi}
Dⁿⁱ Episcopi, et Promotoris; necnon
etiam per Audientiam litterarum
contradictoriarum, ut mox est: ta-
dem R. P. D^{ns} Bulgarinus de
Bulgarinis, utriusque signature SS^{is}
Dⁿⁱ n^{ri} Papae Referendarius Index
in hac causa a Nobis Deputatu, vi-
si Videndis etc. favere dicta Venera-
da Cappella S^{te} Marie de Dolori-
bus, ejusque admodum R^{do} Vicario,
ministriis, et officialibus, contra dictu
Ill^{mo} D^{no}m Episcopum Majoricensem,
ejusque

Flavius misericordie divina Tituli S^{te} Marie
de Populo, S. R. E. Presbyter Cardinalis Chi-
rius nuncupatus, sacrosancta Lateranensis
Ecclesie, omnium Urbis, et Orbis Ecclesiarum
Majoris, et Capituli Archipresbyter; causas
nam quoque ejusdem Basilice, vel ab ea
quomodolibet dependentium Index Ordina-
rius privative, quoad alios omnes etc.
Universis, et singulis R. R. Abbatibus,
Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis,
Theaurarijs, Sacristis, canonicis, Paro-
chialium Ecclesiarum Rectoribus, eorumq^{ue}
locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis,
Cappellanis curatis, et non curatis, quo-
cumque Generalibus, Provincialibus
bus, ministriis, Prioribus, Guardianis,
Vicarijs, Custodibus; necnon Comendato-
ribus, ceterisque Presbyteris, clericis, No-
tarijs, ac Tabellionibus publicis, per Civita-
tem, et Diocesim Majoricensem, ac alias
ubilibet constitutis, illique vel illis, ad quem,
vel ad quos presentes notitia presenta-
buntur, seu pervenerint. Salutem in D^{no}
sempiternam, et nostris huiusmodi, imo
verius Apostolicis firmiter obedire ma-
datis.

S. 1. Noveritis: quod lite, et causa
coram Nobis inter Veneranda Cappella
S^{te} Marie de Doloribus, ac S^{ti} Joannis
Lateranensis, in Ecclesia Regulari S^{ti}
Spiritus Ordinis SS^{ime} Trinitatis Re-
demptionis Captivorum Civitatis Majori-
ce, erectam in solo, et fundo dicta
sacrosancta Lateranensis Ecclesie; et
admodum R^{du} Patrem Magistru Fratru
Fabrielem Pujol, Ministru predicti Con-

80, ejusque Dñm Promotorem Ficalementem
am in scriptis promulgavit sententiã
tenoris sequenti; videlicet:

S. 2. Christi nomine invocato pu
Tribunali sedentes, et solum Deum pra
oculis habentes, per hanc nostrã diffi
nitivam sententiã, quam de Jurispe
ritorum consilio in his scriptis fecimus,
in causa, et causis, quæ, primo, et in
prima, seu alia veriori coram Nobis ver
sa fuerunt, et vertuntur, instãtia; in
ter Venerandã Cappellam S^{te} Mariae
de Doloribus, in Ecclesia Regulari S^{ti}
spiritus, Ordinis S^{ss}me Trinitatis Redemptio
nis Captivorum Civitatis Majoricæ, erectam
in solo, et fundo Sacro
sanctæ Basilicæ S^{ti} Joannis Lateranensis
Alma Urbis, eidem aggregatã, et
Admodum R. P. Magistrum Fabrice
Pujol, Vicarium ejusdẽ Cappellæ, Re
tores ex una: Et Ill^{ms} et R^{ms} Dñm
Episcopum Majoricensem, de, et super co
petentia, et frustione Privilegiorum
Apostolicorum à diversis Pontificibus
Romanis concessorum dictæ Sacrosac
tæ Basilicæ Lateranensis, de quibus in
actis; ejusdemque Venerandæ Cappellæ
S^{te} Mariae de Doloribus, illiusque Vi
carij, Ministrorum, et officialium exemp
tione à Jurisdictione Episcopi Majori
censis, et à quolibet illius interdicit
to generaliter, seu particulariter ex
quavis causa relaxato, seu promul
gato, vel pro tempore relaxando, seu
promulgando: rebusque alijs in
actis causa, et causarum hujusmo
di latius deductis, Rerum conven
tum, partibus ex altera:

S. 3. Dicimus, pronuntiamus, de
claramus, et definitivè sententiam
mus: omnia, et singula privile
gia, quomodolibet concessa, et attributa,
et ac respectivè competentia Sacro
sanctæ

sanctæ Basilicæ S^{ti} Joannis Lateranensis
Alma Urbis, competere, et suffragari
dictæ venerandæ Cappellæ S^{te} Mariae
de Doloribus in Ecclesia Regulari S^{ti} Spi
ritus Ordinis S^{ss}me Trinitatis Redemptio
nis Captivorum Civitatis Majoricæ, erectam
in solo, et fundo dictæ Sacrosanctæ
Basilicæ Lateranensis, eique aggregatæ et
junque Vicario, et officialibus; et pro effectu
frustionis, et competentia dictorum privile
giorum, eandem venerandam Cap
pellam S^{te} Mariae de Doloribus, ejus
que Vicarium, et officiales esse immu
nes, et exemptos à Jurisdictione Ill^{mi}
Episcopi Majoricensis; et tamquam ex
emptos, et immunes non posse aliquo mo
do molestari ab Episcopo pro tempore
Majoricensis; nec teneri ad observatio
nem alicujus interdicti generalis, vel
particularis quomodolibet relaxato, vel
promulgato: prout competere, suffragari,
non molestari, nec teneri: respectivè
singula singulis congruè referendo: vo
lumus, et mandamus: molestacionesq;
vexationes, et impedimenta quacumque
per dictum Ill^{ms} et R^{ms} Dominum
Episcopum Majoricensem, ejusque Curiam
Episcopalem, ejusdem Venerandæ Cap
pellæ S^{te} Mariae de Doloribus, ejus
que Vicario, et Officialibus quomodo
libet illatas, et præstitas contra formã
dictorum Privilegiorum, fuisse injustas, il
licitas, et indebitas, ac de jure infirmi
non licuisse, neque licere: et propterea
eamdem Venerandam Cappellam S^{te}
Mariae de Doloribus, ejusque Vicarium,
et officiales, à dictis molestacionib;
et ab impedimentis per dictum Ill^{ms}, et
R^{ms} Dominum Episcopum absolvendos,
et liberandos fore, et esse: prout ab
solvimus, et liberamus; ac perpetuum
silentiũ desuper imponimus; et quod
cumque mandatum de parendo, et ob
servando dicta privilegia Apostolica
Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensis de
Urbe in dicta Veneranda Cappellæ S^{te}
Mariae de Doloribus, et personis illius
Vicarij, et officialibus; ac presentis nos
tra

tra sententia, et aliud quodcuque deuri
 per nequam et opportuno decerni
 mus, et relaxamus, ac exequi mada-
 mus: Victum Victoribus in expensis
 Condemnamus, quarum taxationem No-
 bis, vel cui de jure in posterum reserva-
 mus. Et ita dicimus, promittimus, de-
 terminamus, declaramus, et definitive sen-
 tentiamus, non solum premisso, sed et
 omni meliori modo etc). Ita pronun-
 tiamus. Ego Bulgarinus de Bulgarinis
 Juxta deputatus.

99 cutione presentium nominandis, et cognomi-
 99 nandis respective sub censuris, et poenis
 99 in prefatis litteris Apostolicis comminatis,
 99 alijque artificio nostro, ne contra forma,
 99 et tenorem dicte sententie audeant, et
 99 presumant, seu eorum aliquis audeat,
 99 et presumat dictam Veneranda Cappel-
 99 lam S^{te} marie de Doloribus, ejusque
 99 Admodum R^{do} P. Vicarius, officiales,
 99 et ministros super, et circa premissa mo-
 99 lestare, vexare, inquietare, nec aliud quid-
 99 quam reiterare in Instantium prejudi-
 99 cium, ac nostre Jurisdictionis vilipendi-
 99 nec innovare, seu attentare: imo prefa-
 99 ta sententie, ac litteris Apostolicis in
 99 omnibus, et per omnia sub dictis cenn-
 99 ris, respective, et poenis debeat parere,
 99 et parere. Absolutionem vero etc)
 99 Nobis etc). Lata etc) lecta etc) In quo-
 99 rum fidem etc).

X 99 S. 4. Quam quidem preinsertam
 99 sententiam, ac omnia, et singula supra-
 99 dicta Vobis omnibus, et singulis intimam-
 99 mus etc) intimamus, et notificamus, ac
 99 ad vestram, et cujuslibet vestrum notitiam
 99 deducimus, et deduci volumus per prece-
 99 ter, ne de premissis ignorantiam aliquam
 99 pretendatis. Et insuper Vobis omnibus,
 99 et singulis supradictis, et vestrum cuilibet
 99 in solidum tenore presentium committimus,
 99 et in virtute S^{te} Obedientie stricte pre-
 99 cipiendo mandamus: quatenus statim
 99 visis, seu perceptis presentibus, seu postea
 99 quam presentium vigore fueritis requi-
 99 siti, seu alter vestrum fuerit requisitus,
 99 inhibeatis, et inhibendo expresse preci-
 99 piatis, et mandetis prefato R^{do} Episco-
 99 po Majoricensi, ejusque Domino Procu-
 99 ratori Fiscali, omnibusque alijs in exe-
 99 cutione

99 Dat: Romae ex Aedibus
 99 nostris hac die 24. Aprilis 1668.
 99 Indictione sexta. Pontificatus au-
 99 tem Sanctissimi in Christo Patris
 99 et Domini nostri, Domini Clemen-
 99 tis divina Providentia Papae IX. an-
 99 no ejus primo.

99 P. de Bulgarinis Index deputatus
 99 Pro Martio Dominicalimio Not.
 99 Honnphrius Precius Subst.

Notabilia

Haec Apostolica sententia custoditur Originalis in Archivo N^o Conventus
 S^{te} Spiritus Majoricensis; in Registro Bullarum, et litterarum Apostolicarum Cap-
 pella B^{te} marie de Doloribus. Maxima fuit haec contradictio, sed sollicitudo, di-
 ligentia, et constantia, vigilantis, et doctissimi Magistri Fr^o Fabricii Pujol, hujus
 conventus ministri, et Vicarij hujus lateranensis Cappella, hanc plausibile
 adquisivit victoriam. Videant successores quam excusationem habebunt, si ne-
 gligentia, deridia, vel ipsorum infueria, hoc exemptionis privilegium perde-
 retur, et precipue; quando nunc in Indicibus hujus Bullarum facile in-
 venient omnes Bullas, Brevia, et instrumenta Apostolica, que talem exemp-
 tionem statuerunt. Copia Roma impressa aervatur in Archivio nro. Matritenti.

Bulla VIII.

Comedit: Altare SS. PP. NN. Joannis,
et Felicis Ecclesie Conventus S^{ti} Spiritus
Majoricensis, esse privilegiatum.

Clemens Papa IX.

Ad futuram rei memoriam
S. 1. Omnium saluti Paterna
charitate intenti sacra interdum lo-
ca spiritualibus indulgentiarum mune-
ribus decoramus: ut inde fidelium
defunctorum animae Domini nostri
Iesu Christi, ejusque sanctorum suffragia
meritorum consequi, et illis adjuva-
re Purgatorij penis ad aeternam salu-
tem per Dei misericordiam perducere
valeant

S. 2. Volentes igitur: Ecclesiam
S^{ti} Spiritus Domus Fratrum Ordinis
SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Capti-
vorum Civitatis Majoricensis, in qua nul-
lum aliud Altare privilegiatum re-
peritur concessum; et in ea Altare
sanctorum Joannis de Mata, et Felicis
de Valois, nuncupatum, hoc speciali

doneo illustrare, dummodo in ea quatuordecim Missae quotidia celebrentur, auctoritate Nobis à D^{no} tradita, de Omnipotentis Dei misericordia, ac B^{ea}ti Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confiri: ut quaecumque sacerdos aliquis, ejusdem Ecclesiae dumtaxat, missam defunctorum, in die commemorationis defunctorum, et singulis diebus infra illius Octavam, ac 2^a et 6^a feriis cujuscumque Hebdomadae, pro anima cujuscumque fideles, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum Altare celebrabit, anima ipsa de Thesauris Ecclesiae per modum suffragij indulgentiam consequatur: ita ut ejusdem Dⁿⁱ nostri Iesu Christi, B^{ea}tissimaeque virginis Mariae, ac S^{trae} Omnium meritis sibi suffragantibus à Purgatorij penis liberetur concedimus; et indulgemus.

S. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad septennium tantum validuris.
Dat Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Maij 1668. Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

Hoc Breve aservatur Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus in registro Indulgentiarum Apostolicarum Civitatis Majoricensis.

Bulla IX.

Idem concedit Altari SS. PP. NN.
Ecclesiae Conventus B^{ae} Mariae de
Remedio civitatis Valentiae.

Clemens Papa IX.

Ad futuram rei memoriam
S. 1. Omnium saluti ad) ut in
antecedenti.

S. 2. Volentes igitur: Ecclesiam
Conventus B^{ae} Mariae de Remedio, ex-
tra

tra muros Civitatis Valentiae Ordinis SS^{mae}
Trinitatis Redemptionis Captivorum, in
qua ad) usque ad datam; quae in hac
sequitur, et talis est:

Dat: Roma apud sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris
die decima quarta Maij 1668
Pontificatus nostri anno primo.

Not-

Hoc Breve extat originale in Archivo N^o Conventus B^{ne} Virg^{is} de Remedio extra muros Valentie in Registro Indultorum Apostolicorum.

Bulla X.

una littera Apostolica confirmata privilegia, exemptiones, immunitates, et indulgentias sacrosanctae Ecclesiae Lateranensis, in favorem Venerandae Cappellae B^{ne} Mariae de Doloribus Conventus N^o S^{pi}ritus Majoricentis.

Ministro venerabili conventus S^{pi}ritus Civitatis Majoricavae dicti Ordinis, et Vicario venerabili Cappella B^{ne} Mariae Virg^{is} de Doloribus sita in dicto monasterio: Necnon ad instantiam Reverendorum Dominorum, Capituli, et Canonorum Sacrosanctae Basilicae Lateranensis praedictae, pro eorum jure, et interesse: Fuisse

alias dictam Cappellam erectam in membrum ejusdem sacrosanctae Basilicae Lateranensis, et illius jurisdictioni submissam, et suppositam ab eorum Antecessoribus, vigore Privilegiorum, et Indultorum Apostolicorum ipsius, dictaque Lateranensi Ecclesiae concessorum per plures summos Romanos Pontifices, et signanter: Honorium Papam III. Innocentium IV. Bonifacium VIII. Innocentium VIII. Nicolaum IV. Sixtum IV. Bonifacium IX. Gregorium XI. Paschalem II. et Leonem X. pro ut in erectione dictae Cappellae, et Indultis, et privilegij respectiva constat publicis Instrumentis, vel documentis tenore sequentibus.

Capitulum et Canonici ad ut in litteris erectionis Cappellae B^{ne} Mariae de Doloribus Tomo I. hujus Bullae vij in Pontificatu Leonis X. ad annum 1521.

S. 2. Et licet dicta Cappella B^{ne} Mariae de Doloribus, uti membrum dictae noxae Lateranensis Ecclesiae, et illius, et ministri respectiva, uti, fuisse ac potiri debeant gratijs, privilegij, indultis, praerogativis, exemptionibus, concessionibus, indulgentijs, immunitatibus, et alijs, per praefatos, et alios quoscumque summos Romanos Pontifices Ecclesiae, et Capitulo praedictis quomodolibet concessis, et attributis, et signanter, quod

Flavio misericordie divina Tituli S^{ae} Mariae de Populo S. R. E. Cardinalis Chisius nuncupatus, sacrosanctae Ecclesiae Lateranensis, omnium Urbis, et Orbis Ecclesiarum Mater, et Caput, Archiepiscopus, Causarum quoque dictae Ecclesiae, et ab ea quomodolibet dependentium Index Ordinarius, tam in Romana Curia, quam extra, privative quoad omnes alios.

Universis, et singulis R^{mi} Patribus, Dominis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Archiepiscopis, Plebanis, Viceplebanis, Rectoribus Curiarum, vel non Curatis, Thesaurarijs, Sacristis, Monachis, ceterisque Presbyteris, tam secularibus, quam Regularibus, quorumvis Ordinum: necnon Clericis, Notarijs, Tabellionibus publicis, quibuscumque, ceterisque Justitiis ministris ad quem, seu quos, praeter noxae litterae pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur: salutem in D^{no}: et noscitis hujusmodi, imo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis.

S. 1. Noveritis: fuisse nuper comparatum coram Nobis, et expositum, pro parte, et instante Admodum R. P. in sacra Theologia Magistro Jo. Gabriele Perol, Diffinitore, et Patre, Provincia Aragoniae, Ordinis Ssmae Trinitatis Redemptoris Captivorum, Theologo, ac Familiari Em^{mi} Dⁿⁱ Cardinali Sinetti, S^{smi} Dⁿⁱ n^{ri} Papae Vicarij Generalis; ac respective

84 quod interdici, et suspendi non possit, ad-
huc per litteras Apostolicas non facientes
expressam mentionem de dicta Ecclesia,
ac super predictis à nemine molestari
aut impediri possint

§. 3. Nihilominus nonnulli locorum
Ordinarii, neciter quo jure suffulti, in-
terdicti, et excommunicationis poenas in dic-
tam Cappellam, et illius officiales, et Mi-
nistros comminari, et promulgare, ac dic-
tos officiales, et ministros, de, et super
quieta, et pacifica fructione, et possessione
dictarum gratiarum privilegiorum, indul-
gentiarum, prerogativarum, exemptionum, con-
cessionum, indulgentiarum, immunitatum,
et aliorum, molestare, vexare, inqui-
etare, perturbare, et impedire; aut
molestari, vexari, inquietari, perturba-
ri, et impediri facere velle sese jacta-
runt, et jactant, ac forsitan molestant
vexarunt, inquietarunt, perturbarunt,
et impedierunt; ac de presenti mole-
stant, vexant, inquietant, perturbant,
et impediunt; super quo iidem Instan-
tes ad Nos recursum habuerunt, debitè
requirendo: quatenus eis in praemissis
de opportuno juri remedio providere
dignatemur.

§. 4. Nos igitur Flavius Cardi-
nalis Chivius Archipresbyter antedict-
us, attendentes, petitionem, et requi-
sitionem hujusmodi fore justam, ac
rationi consonam, quod iuxta petiti-
onem non est denegandus assensus: et ne in
praejudicium dictorum instantium, ac nos-
trae jurisdictionis, ac facultatum, ac distac-
tuum litterarum Apostolicarum contemptum
aliquid attentari contingat, providere
volentes: Vobis omnibus, et singulis
predictis, ac verum cuiuslibet in solidum
committimus, et in virtute Sanctae obedi-
entiae strictè precipiendo mandamus: qua-
tenus statim viris, seu receptis presen-
tibus, ac postquam praesentium vigore
fueritis requisiti, seu alter vestrum requi-
situs fuerit, sub mille ducatorum auri

de camera sacristiae lateranensis applicanda
et pro his mandati executivi carcerationis,
et in juri subsidium excommunicationis
suspensionis, et interdicti respectivè, abijq-
arbitrio nostro sententij, censuris, et poenis,
moneatis, et requisitis omnes, et quotcumque
Ordinarios locorum, et alias quascumque per-
sonas, cujuscumque gradus, praeminentiae,
Ordinis, status, et conditionis, vestri, seu al-
teri verum nobificandos, nominandos, et
cognominandos pro parte instantium: qua-
tenus infra sex dierum spatium, ab executi-
one praesentium, et requisitione nostra hui-
usmodi computandorum, debeant, et eorum
quilibet debeat ab omnibus, et quibusvis
jactationibus, molestationibus, vexationi-
bus, perturbationibus, et impedimen-
tis eidem instantibus, in, de, et super libe-
ra, et quieta, ac pacifica fructione, et pos-
sessione supradictarum gratiarum, privile-
giorum, indulgentiarum, prerogativarum, exemp-
tionum, concessionum, indulgentiarum immu-
nitatum, et aliorum per praefatos, et alios
quotcumque sumos Romanos Pontifices
Dichis R^{di} Dominis Capitulo et Cano-
nicis, et Ecclesia lateranensi, atque eorum
membriis concessorum, et attributorum quo-
modolibet illatis, datis, et praestitis, seu
fieri, et inferri comminatis, dandisq-
et inferendis quomodolibet in futurum,
verè, et realiter, ac ad effectum destitine,
cogasse, ac sese abstinuisse.

§. 5. Imò dictam Cappellam Be^{tae} Ma-
riae de Doloribus, illiusque officiales, ac Mi-
nistros in dicta quieta, et pacifica posses-
sione, utendi, fruendi, et potiendi dictis gra-
tias, prerogativis, exemptionibus, concessionibus,
Indulgentijs, immunitatibus, et alijs
predictis mantinuisse, conservare, et
defendisse; desistitque, cessari, et abstinere;
necnon mantineri, defendi, et conserva-
vari curasse, ac fecisse; sententiamque
etiam super predictis, quatenus opus sit,
ferri, ac promulgari, se in expensis, dan-
dis, et interesse passis, seu quomodolibet
passiendis condemnari, juro, et iustitiam

ministrari; mandatum de manutenendo,
et aliud quodcumque desuper necessariū
et opportunū fieri decernimus; ac rela-
xari, et exequi; et alia quacūque decu-
per quomodolibet necessaria, et oppor-
tuna fieri, exegi, et exerceri vidisse,
et audivisse, et presentibus omninō
paruisse; alioquin prefatos sic monitos
si vere fore gravatos senserint, preceptorie
citatis, et citari curetis, ac faciatis: pro
ut Nos citamus eisdem per prelatos:
quatenus, infra quatuor menses ab ex-
ecutione presentium computandos compa-
reant Roma in iudicio coram Nobis,
sen pro tempore nostro R^{do} Vicario cau-
sam eorum gravaminis allegaturi, et
iustitia complementum recepturi: certi-
ficantes sic monitos, et citatos; quod
sive in dicto termino compareant; sive
non: Nos nihilominus, vel Vicarius
noster in predictos ad supradicta, et
alia iuris remedia procedemus, sen
procedet, iustitia mediante; citatorum
condemnaciam, vel absentiam, in aliquo non
obstantibus.

S. C. Et insuper inhibeatis, et in-
hibendo expresse precipiatis, et mandatis,
pro ut Nos inhibemus, et expresse precipi-
endo mandamus: omnibus personis
quacumque auctoritate fungentibus, aut
functuris, ne sub antedictis, alijque ar-
bitrio nostro sententijs, censuris, et pœnis;

85
etiam sub contentis in dictis litteris Ap^{ost}.
soliti, audeant, sen presumant, aut eoru
aliqui audeat, sen presumat dictos Of-
ficiales, et ministros Cappella B^{ea} Ma-
riae de Doloribus, in, de, et super predictis,
quomodolibet molestare, vexare, in-
quietare, perturbare, sen impedire, aut
quidquam aliud in contrarium atten-
tare, sen innovare; attentatumve, sen
innovatum forsan ulterius prosequi, per-
sere, vel alium, sen alios, sub quovis
pretexu, ingenio, causa, sen quovis
colore. Quod si secus per vos, sen ali-
quem vestrum, sen alios prefatos contra
premissa actum fuerit, vel fuerit ges-
tum, tentatum, sen innovatum omnes,
et quoslibet sententias, censuras, et
pœnas prefatas, in eum, sen eos, qui con-
travenierint canonica monitione pre-
missa ferimus et promulgamus in his
scriptis. Absolutionem vero omnium
et singulorum supradictorum, Nobis, vel
superiori nostro tantummodo reservamus.

Dat: Roma anno Dⁿⁱ 1668.
Indictione 6^a die vero 30. mensis
Januarij; Pontificatus autem S^{mi}
in Christo Patris, et Domini nostri,
Domini Clementis divina providentia
Pape Noni anno ejus primo.
F. Card^{is} Chirius Archiepiscopus
Pro Marco Dominico Simio Not^{ario}.
Monachus Prebiterus

Notabilia

littere iste Apostolica auctoritate Originali in Archivio N^o Conventus S^{ti} Spiritus Ma-
joricensis. sunt citatoria in Episcopo majoricensi, qui promulgavit sententiam excom-
municationis, et interdicti contra venerandam Cappellam B^{ea} Mariae de Doloribus, sa-
cratam Basilica Lateranensi aggregatam, et contra ejus Vicarium, officiales, et mi-
nistros; et dictus Episcopus per suum Procuratorem comparuit Roma ad hanc
suam causam, quicquidem Procurator nominatus in sententia Apostolica, que
posita est supra Bulla 7^a hujus Pontificis; sed per dictam sententiam
fuit in expensis damnatus dictus Episcopus.

Bul^{la}

Bulla XI.

Sacra Rituum Cong^o et SS^{mi} concedit
officium, et missam SS. PP. NN. Joan-
nis, et Felicis, de Comuni Confessorum
non Pontificum.

” Urbis.

” Sacra Congregatio Rituum ad preces Re-
” giae maiestatis Catholicae per Exc^m
” Marchionem de Astorga, ejus orato-
” rem, peractas, eidemque Sacra Congre-
” gationi remissas; censuit: concedi pot-
” re.

” posse: ut ab universo Ordine SS^{me} Tri-
” nitatis Redemptionis Captivorum, utrius-
” que sexus, recitetur officium cum missa
” de Comuni Confessorum non Pontificum,
” Sanctorum Joannis de Mata, et Felicis Va-
” lois, praefati Ordinis Fundatorum: si SS^{mo}
” vicum fuerit: hac die 23. Martij 1669.

” Et facta de praedictis SS^{mo} relatione per
” me Secretarium, Sanct^{ae} sua benigne annuit.
” Die 1. Aprilis 1669.

” M. Episc^o Portueni. Card^o Sinetti.

” loco H^{is} sigilli.

” Bernardus Cavalini S. R. Congⁿⁱ Secret^o

Notabilia

Reservatur hoc Decretum Originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum
Discretorum, et adducitur a N^o Discretorio Josepho a Jesu Maria in suo Pub-
lario pag: 573.

Bulla XII.

rive Breve, quo Clemens IX. idem
concedit.

” Clemens Papa IX.

” Ad perpetuam rei Memoriam
” S. L. Sacrorum Apostolatus of-
” ficium, quod inscrutabilis divina Sa-
” pientiae, atque bonitatis Altitudo hu-
” militati nostrae, meritis licet, et viri-
” bus longe impari, imponere digna-
” tus est, salubriter exequi adjuvante
” Domino satagentes Sanctorum, et Elec-
” torum Dei in Caelis Regnantium, eo-
” rum praesertim, qui Religiosos Ordi-
” nes pietatis, et laudabilis conversatio-
” nis, ac Christianae Charitatis meritis
” conspicuos, divina inspirante, et coo-
” perante gratia, fundavit, et insti-
” tuerunt, cultum, et veneratione au-
” gere, atque promovere studemus, ac
” in id ipsum tendentia Principum
” Christianorum vota libenter exaudi-
” mus, sicut ad SS^{me}, et Individuae
” Trinitatis gloriam, ac fidelium aedifica-
” tionem, cognoscimus in D^{no} expedire.

” S. 2. Itaque pijs Charissimi in
Christo

” Christo filij nostri Caroli, Hispaniarum
” Regis Catholici nomine Nobis per dilec-
” tum filium Nobilem Virum Moderatum
” Marchionem de Astorga, ipsius Caroli,
” Regis apud Nos, et Sedem Apostolicam
” Oratorem, humiliter prorectis precibus
” favorabiliter annuentes, de venera-
” bilium Fratrum nostrorum S. R. E. Car-
” dinalium Sacris Ritibus Praepositorum
” Consilio: ut ab Universis Ordinibus SS^{ae}
” Trinitatis Redemptionis Captivorum
” Fratribus, et Honorabilibus, de Sanctis
” Joanne de Mata, et Felice de Valois,
” ejusdem Ordinis Fundatoribus, recitetur
” Officium, et missa celebretur de Comuni
” Confessorum non Pontificum, juxta Rubricas
” Praeviarum, et Missalis Romani Rectoris
” late Ap^{ca} tenore praesentium Concedimus, et
” indulgemus.

” S. 3. Non obstantibus et ceteris con-
” trariis quibuscumque.

” S. 4. Volumus autem ut praesentium Praesentium
” sit ad.

” Dat: Romae apud S. Petrum sub annulo
” Piscatoris die 12. Aprilis 1669. Pontificatus
” nostri anno secundo.

NOT=

Amervatur hoc Breve Originale in Archivo Conventus Matritensis nostroru
 discalceatoru; et adducitur a No. Discalceato Josepho a Seru Maria in suo Pul-
 lario. pag. 574; et a Rmo Baro Minorita in suis Annalibus N-ri Ord-
 nis. pag. 38.

Bulla XIII.

Confirmat Decretum Congregatione Sacro-
 rum Rituum, quo ipsa indulget sacerdoti-
 bus secularibus, quos Regularibus, posse
 celebrare Missas de SS. PP. NN. Joanne
 et Felice, in ipsorum Festis diebus, in omni-
 bus Ecclesijs Ordinis nostri, tam Fratrum,
 quam Monialiu.

Clemens Papa IX.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Emanavit nuper a Congre-
 gatione Venerabilium Fratrum nostroru
 S. R. E. Cardinalium, sacris Ritibus pro-
 positu, ad instantia dilecti filij Joann-
 nis a Conceptione, Diffinitoris Genera-
 lis, et Procuratoris Generalis Fratru Dis-
 calceatoru Congregationis Hispanie Or-
 dinis SSme Trinitatis Redemptionis Cap-
 tivoru, Decretum tenoris, qui sequitur,
 videlicet:

§. 2. Sacra Rituum Congregatio ad pre-
 ces P. Fr Joannis a Conceptione Diffinito-
 ris Generalis, et Procuratoris Generalis
 Fratrum Discalceatoru Congregationis His-
 paniarum, Ordinis SSme Trinitatis
 Redemptionis Captivoru, concessit: ut sa-
 cerdotes, tam seculares, quam Regula-
 res possint de Sanctis, Joanne de Mata,
 et Felice de Valois, dicti Ordinis Funda-
 toribus, celebrare Missas de Comuni Co-
 fessorum non Pontificum, in dictoru
 Sanctorum Festis diebus in Ecclesijs
 Universi predicti Ordinis Fratru, ac
 Monialium. Hac die 20. Julij 1669.
 M. Episc. Posuensis, Card. Linetus.

§. 2. Cum autem, sicut Joannes

Procu-

Procurator Generalis predictus Nobis sub-
 inde exponi fecit, ipse Decretum hu-
 jusmodi, quo firmitus subsistat Apot-
 tolica confirmationis nostra patrocinio
 comuni sumopere desideret: Nos
 ipsius Procuratoris Gen-^{lis} voti hac in
 re favorabiliter annuere Volentes, eun-³
 a quibusvis excommunicationis et vi-
 que ad: et absolutum fore censentes:
 supplicationibus ejus nomine super
 hoc Nobis humiliter porrectis incli-
 nati: Decretum preinsertum Auc-
 toritate Apostolica tenore presen-
 tiu approbamus, et confirmamus,
 illique inviolabilis firmitatis robur
 adjicimus. Salva tamen semper
 in premissis Auctoritate predicta
 Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes presentes lit-
 teras semper firmas et si que in
 premissis per quoscunque Judices,
 et alios. De irritum, et inane et.

§. 4. Non obstantibus et Ca-
 terisque contrarijs quibuscunque.

§. 5. Volumus autem, ut pres-
 entium transcriptis, etiam impres-
 sis et.

Dat: Roma apud Sanctam
 Mariam Majorem sub Annulo Pis-
 catore die 26. Augusti 1669. Pon-
 tificatus nostri anno secundo.

Not.

Notabilia

Hoc Breve extat Originale in Archivo Conventus Martini notiorum Discalceatorum; et adducitur à N^o Discalceato Josepho à Jeru Maria in suo Bullario pag: 575.

Bulla XIV.

Hujus Clementis ad preces serenissimo Duci Sabaudie, nunc Regi Sardinie, qua indulget prædictum Officium et Missam SS. PP. N^o Joannis et Felicis, pro omnibus Christianis, qui ad Horas Canonicas tenentur, tam secularibus, quam Regularibus, utriusque sexus, degentibus in ditionibus, subjactis dicto serenissimo Duci, et Regi; ac etiam in loco Fulconij Ebrodunensis Diocesis; ubi

Sancti

Sanctus P. N. Joannes natus fuit. Super quo extat Decretum Sacrorum Rituum Congregationis impressum de die 8. Octobris 1669. In Archivo Conventus Martini notiorum Discalceatorum. Ut testatur N^o Discalceatus Josephus à Jeru Maria in suo Bullario, in scholijs ad Bullam 5^æ hujus Pontificis pag: 576. Sed cum hujusmodi Bullam et Decretum non apponat in suo Bullario; neque possit, illa in hoc apponere.

Clemens X.

Romanus, Amisius antea dictus, Laurentij de Alterijs filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, nondum accepto galero, nec titulo, ad summum Pontificatus apicem erectus fuit die 29. Aprilis, et coronatus die 11. Maij anno 1670. Migravit autem ab hac vita die 22 Julij 1676. Sepultusque fuit in Basilica Principis Apostolorum.

Bulla I.

Absolvit omnes Praelatos, et Superiores Notiorum Discalceatorum Congregationis Hispania à poenis foris incuris, propter defectum observantiae Constitutionis Clementis VIII. de largitione munerum; et Declarationum à sacra Congregatione emanatarum, et ab Urbano VIII. confirmatarum. Item, et Decretorum circa Regulares Apostatas, et ejectos; et super celebratione missarum, emanatarum à sacra Congregatione Consilij interpretum, et annuente, et approbante Urbano VIII. omnesque electiones dictorum Praelatorum, ac ab ipis gesta, et acta; atque Professiones Religiosorum revalidat, et confirmat; suppletque defectus etc.

Clemens Papa X.

Ad futuram rei memoriam.

¶ S. 1. Exponi Nobis nupèr fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Hispania Fratrum Discalceatorum Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum; quod licet felicis recordationis Clemens Papa VIII. Praedecessor noster per quamdam Constitutionem suam, cujus initium est: Religiosas Congregationes, etc. 13. Kalendas Julij anno Incarnationis Dominicae 1594. editam, prohibuerit omnibus utriusque sexus Regularibus largitionem munerum, sub poenis ibidem contentis. Et successiva recolenda memoria Urbanus Papa VIII. noster praedecessor, per quamdam suam in forma Brevis litterarum die 16. Octobris 1640. expeditam, quae incipiunt: Nupèr à Congregatione etc.

27 confirmaverit nonnullas declarationes su-
 28 per dicta Constitutione Clementis Prædecesso-
 29 ris à Congregatione particulari, per eum de-
 30 putata factas, in quibus sub poena pri-
 31 vationis officij, vocisque activæ, et passivæ
 32 ipso jure incurrenda, præcipitur Superiori-
 33 bus: ut singulis annis mense Januario
 34 in perpetuum, non solum prædictam Con-
 35 stitutionem Clementis Prædecessoris, sed eti-
 36 am dicta decreta, in aliqua publica Con-
 37 gregatione, vel saltem in publica mensa
 38 perlegi facere teneantur. Ac die 21. Sep-
 39 tembris 1624, annuente, et approbante eo-
 40 dem Urbano Prædecessore, emanaverint
 41 à Congregatione tunc existentium S. R. E.
 42 Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum,
 43 quedam Decreta circa Regulares aposta-
 44 tas, et ejectos; per quæ præcipitur om-
 45 nibus Superioribus Regularibus omni-
 46 moda illorum observantia, et executio: ma-
 47 daturque: dicta decreta bis saltem in
 48 anno perlegi in publica mensa, sub pœ-
 49 na privationis omnium officiorum, vocis-
 50 que activæ, et passivæ, ac perpetuæ in-
 51 habilitatis ad illa, et illas in posterum
 52 obtinendas. Et tandem eadem Congre-
 53 gatio Cardinalium ex peculiari auctori-
 54 tate dicti Urbani Prædecessoris decreta
 55 ediderit super celebratione Missarum sub
 56 pœnis ibidem contentis, mandaveritque
 57 illa pariter perlegi in publica mensa
 58 feria 6^a post primam Dominicam Ad-
 59 ventus, et Feria 6^a post octavam Corpo-
 60 ris Christi, sub poena privationis Offi-
 61 ciorum, vocisque activæ, et passivæ ipso
 62 facto incurrenda, et aliis, prout in Con-
 63 stitutione Urbani, et litteris Clementis
 64 Prædecessorum prædictorum, ac Declaratio-
 65 nibus, et Decretis hujusmodi uberius
 66 continetur.

27 S. C. Nihilominus dilecti filij
 28 tam Generales, quam Provinciales, et
 29 Ministri locales, ac forsan etiam Ca-
 30 pitula Generalia, et Diffinitoria supra-
 31 dictæ Congregationis Fratrum Discalce-
 32 atorum

27 atorum Hispania præmissa non adim-
 28 plexerunt, nec prædictam Constitutionem
 29 Clementis Prædecessoris de largitione
 30 munerum, illiusque Declarationes; lit-
 31 terarumque Urbani Prædecessoris super ea-
 32 rumdem Declarationum Confirmatione
 33 emanatas; neque Decreta de celebra-
 34 tione Missarum hujusmodi, perlegi, et
 35 publicari unquam. Prædicta vero De-
 36 creta de apostatis, et ejectis, in eadem
 37 Congregatione Fratrum Discalceatorum
 38 Hispania, nec lecta, aut publicata, nec
 39 servata, aut executioni mandata fuerunt
 40 sed tantummodo anno 1655 in Capit-
 41 ulo Generali ipsius Congregationis
 42 Tolædi celebrato ordinatum, et Decre-
 43 tum fuit: ut eadem decreta de aposta-
 44 tatis, et ejectis servarentur: obtentaque
 45 fuit à pie memoria Alexandro VII.
 46 etiam Prædecessore nostro absolutio à
 47 pœnis forsan incurris, propter inobedi-
 48 entiam ipsorum Decretorum de aposta-
 49 tis, et ejectis, cum rehabilitatione, et
 50 reintegritate, ac supplementatione omnium
 51 defectuum à dictis pœnis dependentium.
 52 Et adhuc post dictum Capitulum Gene-
 53 rale, obtentaque à dicto Alexandro
 54 Prædecessore supplementationem defectuum
 55 hujusmodi eadem decreta de apostatis,
 56 et ejectis in Congregatione hujusmodi
 57 non in omnibus servata fuerunt.

27 S. 3. Cum autem, sicut eadem
 28 expositio subjungebat dilecti filij mo-
 29 derni Superiores dictæ Congregationis
 30 prædicta omnia, eorum, et successivis et-
 31 poribus, ut patet, servari, et totali ex-
 32 ecutioni mandari, intendant: ve-
 33 rum occasione hujusmodi inobservantia,
 34 à nonnullis Regularis discipline forsan
 35 minus amatoribus sparsus fuerit rumor
 36 quod omnes Superiores Generales, eisdem
 37 Congregationis, Provinciales, Diffinitores,
 38 Ministri locales, et alij, tam præteriti, quam
 39 moderni, fuerint eorum officij, et voce
 40 ipso jure privati, et respective sint omnes
 41 illegitimè,

90
illegitimé, et nullité electi: et consequen-
ter: quod tales etiam remaneant om-
nes Professiones tot annorum spatio
emissæ, unacum actibus subsecutis, uti
provenientibus à dictis Superioribus. Ex
quibus multa damna relaxationis, et
indobrevantia votorum substantialium
sequuntur, et majora sequi possunt. No-
bis propterea dictus Procurator Genl^{is}
de mandato Capituli Generalis dicte
Congregationis die 28. Aprilis 1668.
in Oppido de Torrejon de Velasco
celebrati Toledane Diocesis; nec non
Diffinitorii Generalis eodem anno
die 13. Septembris in Oppido Madri-
ti ejusdem Diocesis habiti humiliter
supplicari fecit, ut pro pace, et quie-
te, bonoque gubernio spiritali, et
temporali ejusdem Congregationis,
opportune in præmissis providere,
et ut infra indulgere, de benigni-
tate Apostolica dignaremur.

¶ S. 4. Nos igitur ipsum Procura-
torem Generalem specialibus favo-
ribus, et gratijs prosequi volentes, et
à quibusvis excommunicationis et
vique ad: et absolutum fore cientes.
hujusmodi supplicationibus inclinati,
de Venerabilium Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium negotijs, et con-
sultationibus Episcoporum, et Regula-
rium præpositorum Consilio: omnes
et singulos prædicte Congregationis
Superiores Fratrum Discalceatorum His-
panice, tam præteritos, quam moder-
nos, à quibusvis poenis, quas propter
enarratas causas, seu indobrevantias
quovis modo incurrerent, se incurrisse,
dici, censei, vel prætendi, possent, auc-
toritate Apostolica tenore præsentium
absolvimus, et totaliter liberamus: dic-
tisque poenas eis remittimus, et con-
donamus: ac illos, et eorum quemlibet
adversus præmissa, ad vocem activam,
et passivam: necnon quæcumque mune-

ra, officia, et dignitates, etiam Generalatū
dicte Religionis opportunè revalidamus,
habilemque, et capacei facimus, et declaramus.
¶ S. 5. Præterea eodem modo su-
periores Congregationis hujusmodi in
suis respectivè muneribus, seu officijs,
ita ut illa per temporis spatium à Cons-
titutionibus ejusdem Congregationis præ-
scriptum gerere, et exercere libere, et li-
cite possint, et valeant, auctoritate,
et tenore præsentium confirmamus:
omneque actus ab eisdem modernis,
et præteritis Superioribus, tam in
Capitulis Generalibus, quam in Dif-
finitorijs, ac particularibus, et privatis
tractatibus, seu instrumentis, aut alias
quomodolibet factos, et gestos: necnon
omnes, et singulas Professiones in eā-
dem Congregatione hactenus emissas,
adversus quoscumque juris, et facti de-
fectus; qui propter præmissa quovis mo-
do intervenisse, dici, censei, intelligi,
vel prætendi valerent: revalidamus;
ipiosque defectus supplemus, tollimus,
et sanamus, et abolemus. Ne perpe-
tuum quibuscumque, super omnibus,
et singulis supranarratis, silentium im-
ponimus. Ita tamen: ut dicti moderni
et pro tempore existentes Superiores
Congregationis hujusmodi, et alij ad
quos spectat, et pro tempore spectabit,
prædictas, constitutionem Clementis,
et litteras Urbani, Prædecessorum: nec-
non Declarationes, et decreta supradic-
ta religiose observare, non prætermittat.
Ne salva semper in præmissis aucto-
ritate Congregationis eorundem Car-
dinalium.

¶ S. 6. Inhibentes præterea omni-
bus, et singulis ejusdem Congregatio-
nis Hispanice Superioribus, Fratribus,
et Personis in Virtute S^{te} Obedientiæ,
ac sub excommunicationis late sen-
tentia poena, ac privationis vocis ac-
tive, et passive, ac officiorum, per eos obten-
torum

77 forum, perpetuoque in habitatu ad illa in
 77 posterum obtinenda ipso facto, absque alia
 77 declaratione, ne adversus presentes litteras
 77 seu in eis contenta quaecumque reclamare,
 77 aut illas sub quocumque pretextu, colore,
 77 vel ingenio impugnare audeant, quovis
 77 modo, vel praesumant.

77 §. 7. Ac decernentes eadem praesentibus
 77 litteras semper firmas ad huc sicut in
 77 praemissis per quoscumque Iudices etc. Ac
 77 irritum, et inane etc.

77 §. 8. Non obstantibus constitutionibus
 77 et Ordinationibus Apostolicis etc.
 77 ceterisque Contrariis quibuscumque.
 77 §. 9. Vobis autem: ut ipsarum
 77 praesentium litterarum transumptis etc.

77 Dat: Roma apud Sanctam
 77 Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris
 77 die undecima Julij
 77 1670. Pontificatus nostri an-
 77 no primo.

Notabilia

Conservatur hoc Breve Originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum
 Discalceatorum; et adducitur a N^o Discalceato Josepho a Jesu Maria in suo Bul-
 lario pag: 577. Utinam: quod fecerunt N^o Discalceati in impetratione hujus
 Brevis, fieret ab omnibus Religionibus, ab omnibus congregationibus Regu-
 larium, ab omnibus Religionis Ordinibus, et ab omnibus eorum Provinciis.
 Non possunt sufficienter deplorari damna, in quibus precipitantur Religiosa
 Familia, propter inobservantiam Constitutionis Clementis VIII de largitio-
 ne munerum: declarationum, et decretorum Congregationis Concilii Tridenti-
 ni: et litterarum eorundem, et earundem, Confirmatarum Urbani VIII. Ne talis
 inobservantia in Religionibus introduceretur; praecipuerunt dicti Pontifices, et praesentibus
 Congregatio: ut talis constitutio, et hujusmodi Declarationes, et Decre-
 ta perlegerentur quotannis, statutis diebus, saltem in Communi Mesa. Sed
 in quampluribus Domibus Religiosis, ^{non leguntur;} quia nolunt intelligere, ut bene agant. Ex-
 emplum Nostrorum Discalceatorum imitare debent, et absolutionem impedirent
 praeteritarum privationum, censurarum, et poenarum, et in posterum observantiam procu-
 rant.

Bulla II.

Confirmat decretum Capituli Generalis nos-
 trorum Discalceatorum, quo statutum fuit: quod
 duo Fratres Germani non possint sibi im-
 mediate succedere in eodem Officio Mi-
 nistri Generalis, Diffinitoris, Provincialis,
 aut Socij.

omittat.

77 Clemens Papa X.
 77 Ad futuram rei memoriam etc.
 77 §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilec-
 77 tus filius Philippus a Jesu Procurator Ge-
 77 neralis Congregationis Hispaniae Fratrum
 77 Discalceatorum Ordinis S^{ae} Trinitatis
 77 Redemptionis Captivorum: quod Capitulum
 77 Generale dictae Congregationis in Oppido

77 de Torrejon de Velasco Tolitana Dioece-
 77 sis, celebratum die 28. Aprilis 1668.
 77 decretum edidit: quod unus Frater
 77 Germanus non possit succedere alteri
 77 Fratri germano in eodem Officio Gene-
 77 rali, Diffinitoris, Provincialis, nec Socij.
 77 cum autem sicut eadem expositio sub-
 77 jungebat, Capitulum Generale praedictum
 77 Confirmationem decreti hujusmodi, pro-
 77 firmiori illius subsistentia, et observati-
 77 one, ab hac Sancta Sede impetrari ma-
 77 laverit: Nobis propterea praedictus Phi-
 77 lippus Procurator Generalis nomine
 77 Congregationis hujusmodi, supplicari fe-
 77 cit: ut in praemissis opportunè provide-
 77 re

92 re de benignitate Apostolica dignare.
91 max.

91 S. 2. Nos igitur ipse Philippus Pro-
91 curatorem specialibus favoribus, et gratijs
91 protequi volentes, et a quibusvis excom-
91 municationis ad urque ad: et absolutum
91 fere censes: huiusmodi supplicationi-
91 bus inclinati: de Venerabilium Fratrum nos-
91 trorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, et con-
91 sultationibus Episcoporum, et Regularium pra-
91 positum concilio; attenda Relatione ejus-
91 dem S. R. E. Cardinalis, dicti Ordinis Pro-
91 rectoris apud Nos, et Sedem Apostolicam, eius-
91 dem Cardinalibus facta: enarratum de-
91 cretum Capituli Generalis dictae Congre-
91 gationis auctoritate Apostolica, tenore pra-
91 sentium confirmamus, et approbamus,
91 itaque inviolabilis Apostolica firmitatis

91 robur adjicimus. Salva tamen semper in
91 praemissi auctoritate Congregationis praedictae
91 domo Cardinalium.

91 S. 3. Decernentes: eandem praeter lit-
91 teras semper firmas esse. Siquae per quos-
91 cumque Iudices etc. Ac irritum, et
91 inane etc.

91 S. 4. Non obstantibus Constitutioni-
91 bus, et Ordinationibus Apostolicis etc. Ce-
91 terisque contrarijs quibuscumque.

91 S. 5. Votum autem: ut eandem
91 praesentium transumpti etiam impensis
91 etc.

91 Dat: Romae apud Sanctam
91 Mariam Majorem sub Annulo Piscis
91 caeteris die decima quinta Octobris
91 1670. Pontificatus nostri an-
91 no primo.

Notabilia

Extat hoc Breve Originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum; et adducitur a N^o Discalceato Josepho a Jesu Maria in suo Bul-
lario pag: 582.

Bulla III.

concedit indulgentiam plenariam in per-
petuum omnibus utriusque sexus Christi-
delibus, qui conferri ac sacra communi-
one refecti visitaverint Ecclesias nostri
ordinis, et ibi preces conuectas ad Deum
effuderint in diebus festis S. P. N. N. m
Joannis, et Felicis.

Clemens Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam

91 S. 1. Redemptoris, et Domini nos-
91 tri Iesu Christi, qui gloriosam saluberrimam
91 vitam, qua Nobis reliquit, exempla-
91 rum sectatores altis decoravit honori-
91 bus, et caelestis beatitudinis consortes
91 effecit, vices (licet immeriti) gerentes
91 in terris, spiritualium munerum the-
91 sauros, quorum dispensatores a D^{no}
91 constituti sumus, libenter erogamus,
91 sicut ad fovendam, et excitandam fide-
91 lium devotionem salubriter in D^{no}
91 expedire arbitramur.

91 S. 2. Itaque praedicta Sanctorum
91 Joannis de Mata, et Felicis de Valois,

91 Fundatorum Ordinis SS^{mae} Trinitatis Re-
91 demptionis Captivorum, merita devote
91 recolentes, ac ad augendam fidelium Re-
91 ligionem, et animarum salutem, caele-
91 stibus Ecclesiae thesauris pia charitate
91 intenti: necnon de Omnipotentis Dei
91 misericordia, et Beatorum Petri et Pauli,
91 Apostolorum ejus auctoritate confisi:
91 omnibus, et singulis utriusque sexus Chris-
91 tianis, vere poenitentibus, et confessis,
91 ac sacra ^{fratrum} communionem refectis, qui aliqua
91 ex Ecclesijs, tam Calceatorum, quam Discal-
91 ceatorum, et Monialium dicti Ordinis, hac
91 tenus erectis, et in futurum quandocumque
91 erigendis, ac ubicumque locorum existen-
91 tibus, eorundem Sanctorum, Joannis de
91 Mata, et Felicis de Valois festis diebus,
91 a primis Vesperis, usque ad occasum Solis
91 festorum huiusmodi, singulis annis de-
91 vote visitaverint, et ibi pro Christianorum
91 Principum Concordia, haereticorum extirpatione,
91 ac S^{tae} Mariae Ecclesiae exaltatione pias ad
91 Deum preces effuderint, quo die festo pra-
91 edictorum id egerint, plenariam omnium pec-
91 catorum

calorum suorum indulgentiam, et remissionem, misericorditer in Dño concedimus presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

11 S. B. Volumus autem; ut ipsarum presentium litterarum transumptis etiam am

11 Dat. Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima Decembris 1670. Pontificatus nostri anno primo.

Loco sigilli.
J. P. Slusius.

Notabilia

Custoditur hoc Breve Originale in Archivo Conventus Matritensis notorū Discalceatorū; et adducitur à Nō Discalceato Josepho à Jesu Maria in suo Bullario pag: 584. Et Commisarius Generalis Apostolicus S^{ta} Cruciate dedit licentiam hanc Indulgentiam publicandi in Hispania die 9. Julij 1671. in Archivo nro. Matritensi asservatur copia impressa in typographia

Bulla IV.

Annunte SSmo Sacrorum Rituum Congregatio decrevit N. P. N. Joannem et Felicem, apponendos esse in Martyrologio Romano; et approbavit verba, quibus exprimendū erant, proprijs diebus ipsorum Obitus. Nempe S. P. N. Joannes die 17. Decembris, et S. P. N. Felix die 4. Novembris.

Rev. Camerae Ap^{ca} = item transumption authenticum, et sigillatum, in pergamento scriptum.

11 cum dicti Ordinis, Congregationis Hispaniae, supplicavit pro illorū approbatione, quae per eandem Congregationem approbabantur, ut infra.

11 Die decima septima Decembris: sexto decimo Kalendas Januarij: Roma S^{ti} Joannis de Mata Fundatoris Ordinis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum.

11 Die quarta Novembris: Pridie Novembris: In Monasterio Celsigidi Territorij Meldensis S^{ti} Felicis de Valois, Fundatoris Ordinis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum.

11 Hoc die 24. Januarij 1671. M. Episcopus Portuensis Cardinalis Sinellus.

Loco sigilli

11 Bernardinus Casalius S. Rit. Congregationis Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum asservatur Originale in Archivo Conventus Matritensis notorū Discalceatorū; et adducitur à nostro Discalceato Josepho à Jesu Maria in suo Bullario pag: 584. Praefata verba apponita fuerūt in Martyrologio Romano impresso Venetijs anno 1673. Et licet festa N. P. Notorū translata sint, scilicet S^{ti} P. N. Joannis à die 17 Decembris ad diem 8. Februarij: et S^{ti} P. N. Felicis à die 4. Novembris, ad diem 20. ejusdem Mensis: adhuc tamen pronuntiandi sunt in die Obitus ipsorū sicut antea: et rursus in diebus translationis primo loco, quia videntur festivitate. In Archivo nro. Matrit. habetur copia impressa typis Rev. Camerae Ap^{ca} Bullae

Bulla V.

Approbat, et Confirmat Indulgentias à Paulo V. concessas Nobis Confraternitatibus, et aliis concedit: Notroque Generali, et Procuratore Gen^{li} in Romana Curia facultatem concedit, confraternitates Nⁱ Ordinis erigendi.

Clemens Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Ex injuncta Nobis celsitudo dispensationis munere spiritualium gratiarum largitiones, ad excitandam, fovendamque fidelium pietatem, à Romanis Pontificibus pia, prudentique pietate, liberalitate factas; et firmiter subsistentis Apostolici muniminis nostri presidio libenter roboramus, eaque pari eisdem Pontificia Charitatis benignitate interdictam annullamus, et alia de super Ordinamus, sicut omnibus mature consideratione perpensis, ad Christiani Populi edificationem salubriter expedire in D^{no} judicamus.

S. 2. Dudum siquidem felicis recordationis Paulus papa V. Praedecessor noster, qui certas cuique Archiconfraternitati, et Confraternitati indulgentias, et gratias spirituales, quibus de cetero fruerentur duxerat precibendos, omnes, et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes Confratribus sub invocatione SS^{me} Trinitatis Redemptionis captivorum, erectis, et erigendis, illarumque Confratribus, et consociis, eatenus per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores suos concessas, revocans, ac nullius roboris, et momenti fore declarans: Omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, qui Confraternitates sub invocatione ejusdem SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum ubivis locorum, tam eatenus erectas, et canonice institutas, quam deinde instituendas in posterum ingrederebantur,

et Habitum, sive Scapularium Religionis benedictum, de manu alicujus Superioris ejusdem Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum, sine alicujus voti emissionem susceperint, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi SS^{mu} Eucharistia Sacramentum susceperint: Plenariam. Nec tam ipsis, hunc, et protempore describendis, quam jam descriptis dictarum Confraternitatum Confratribus, et consociis, in cujuslibet eorum mortis articulo, si pariter vere poenitentes, et confessi, sacrae Communionis refecti, et scapularium dicti Ordinis deferentes, nomen Jesu ore, si posse, in minus corde, devote invocaverint: etiam Plenariam. Necnon ejusdem Confratribus, et consociis, qui similiter vere poenitentes, et confessi, ac sacra Communionis refecti die festo SS^{me} Trinitatis Ecclesias, vel Cappellas, seu Oratoria dicti Ordinis, vel Confraternitatum hujusmodi devote visitarent, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticorum extirpatione, ac SS^{ae} Mariae Ecclesiae exaltatione, oraverint: Plenariam similiter. Eisdem etiam Confratribus, et consociis, qui pro Captivorum Redemptione faciendam, ad partes infidelium proficiscuntur, si ante discessum vere poenitentes, et confessi, idemque SS^{mu} Eucharistia Sacramentum sumpsissent: plenariam pariter. Necnon imprimet Captivis, Redemptis: si idem post reditum intra Mensem egissent: plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in D^{no} concessit.

S. 3. Imper eisdem Confratribus, et consociis, quidam Habitum, sive Scapularium benedictum, cum signo Redemptionis nocte pio cordis affectu gestarent, et semel in die sexies orationem Dominicam cum Versiculo Gloria Patri Ad, et totidem vicibus salutationem Angelicam cum eodem versiculo, pro Pace, et concordia Christiano-

Christianorum Principum, & Mater Ecclesie
 exaltatione, et heretorum extirpatione recitaret.
 septem annos, et totidem quadragenas. Qui
 vero in Festo Nativitatis, et Resurrectionis
 Dni nri Jesuchristi, ac Assumptionis Bie
 Virg. Mariae, et Sae Agnetis 2^o; in quo
 die dictus Ordo, nutu divino fuit Institutus,
 Ordinis, vel Confraternitatu predictaru
 Ecclesiar, vel Cappellar, seu Oratoria vi-
 sitarent, et ibi ut praefertur oravissent.
 septem annos, et totidem quadragenas.
 Necnon etiam dictis Confratribus, et con-
 soribus, qui unico cujuslibet mensis Do-
 minico die, a Superioribus dicti Ordinis
 praescribendo, in quo de Ordinarij licentia
 Processio fieret, quam appellant scapula-
 rij, eidem Processioni vere poenitentes,
 et confessi interfuerint: septem annos,
 et totidem quadragenas. Ipsi similiter
 confratribus, et consoribus pia opera
 exercendibus, tam spiritualia, quam tem-
 poralia in peccatoru suoru remissionem,
 pro Redemptione Captivoru a Turcaru
 et alioru infideliu servitute, septem
 annos et totidem quadragenas. Illis ver-
 zo utriusque sexus confratribus, vere
 poenitentibus, et confessis, ac sacra com-
 munionem receptis, qui quotidie per annu
 recitarent ter orationem Dominicam,
 et totidem vicibus salutationem Angeli-
 cam, et in fine semel versiculu Gloria
 Patri etc). cum versiculis, et responsorijs
 ac oratione a predictis Superioribus praes-
 cribendis, et oravissent pro eis, qui
 Captivi apud Turcas detinentur, ne no-
 men Salvatoris nostri abneget, sed
 foveret in fide persistant, et quandovis
 a servitute liberentur, semel quotannis
 et anni die quo mallerent, septem an-
 nos, et totidem quadragenas. Ne eide
 Confratribus, et consoribus, qui dictos
 Captivos processionaliter recepissent, et
 ad Ecclesiam, vel Cappellam, seu orato-
 riu dicti Ordinis, vel confraternitatu
 attulerant, si confessi esset vel saltem
 confitendi proponitu haberet dicto tem-

poro, septem annos, et totidem quadra-
 genas. Ipsi quoque utriusque sexus
 confratribus, qui cum lumine, si poterent,
 vel sine eo, SSm Eucharistia sacramen-
 tum, quando ad Infirmos deferretur com-
 mitati fuerint, et pro ijs infirmis pias
 ad Deum preces effuderint, quinque
 annos, et totidem quadragenas.
 S. 4. Necnon, qui corpora defuncto-
 rum, tam confratru, et consoruu, qua
 alioru ad sepultura Ecclesiastica usor-
 ciaverint, et pro eoru animas oravisse-
 rent: centum dies. Quoties vero missis,
 et alijs divinis officijs, in Ecclesia, vel
 Capella, seu Oratorio Ordinis, vel dicta-
 rum Confraternitatu pro tempore ce-
 lebrandis, et recitandis: seu congrega-
 tionibus publicis, vel privatis earunde Con-
 fraternitatum interfuerint; aut pauperes
 hospitio recepissent; aut quodcumque
 aliud pietatis, et Charitatis opus exercu-
 isent, pro quolibet predictoru operum
 centum dies de injunctis, vel alijs quo-
 modolibet debitis poenitentijs in forma
 Ecclesie consueta relaxavit.
 S. 5. Praeterea tunc, et pro tempore
 existenti Ministro Generali dicti Or-
 dinis, seu ejus Generali Procuratori
 in Romana Curia commoranti, ut hu-
 jusmodi confraternitates sub invocatio-
 ne SSm Trinitatis Redemptionis Cap-
 tivoru ubivis locoru erigere, et institu-
 ere, illisque omnes supradictas indul-
 gentias communicare, servata tamen
 forma Conditionis recolende memo-
 riae Clementis Papae VIII. Praedecesso-
 ris pariter nostri, in praefata
 erectionibus, et aggregationibus adite,
 libere, et licite possit, et Valeret aucto-
 ritate Apostolica, facultatem concessit,
 et imperditus est.
 S. 6. Ne postmodum idem Paulus
 Praedecessor: volens, Confraternitates sub
 eisdem SSm Trinitatis, et Bie Ma-
 riae Virginis de Remedio nuncupata,
 invocationibus, in Ecclesijs, Domorum
 Regula-

poro

96
Regularium Fratrum Ordinis prefati, per
universum Orbem (ut assereretur) canoni-
ce institutas, illarumque confratres, et
consores, qui (sicut dicitur Paulus Prae-
decessor acceperat) in una Dominica cui-
libet mensis solemnem Processionem mag-
na cum Populi frequentia peragere sole-
bant, speciali dono decorare, omnibus, et
singulis dictarum Confraternitatum Confra-
tribus, et consoribus, vere poenitentibus,
et confessis, ac sacra Communione refectis,
qui Processioni per eandem Confraternita-
tem in una Dominica cujuslibet Mensis
in Ecclesija predictis fieri solita inter-
fuerint, et ibi pro Christianorum Princi-
pum concordia, haeresum extirpatione,
ac S^{tae} Matris Ecclesiae exaltatione pi-
as ad Deum preces effuderint, quod eis
id egissent: Plenariam similiter om-
nium peccatorum suorum indulgentiam,
ac remissionem misericorditer in D^{no}
concessit. Et alias, pro ut in binis lit-
teris ipsius Pauli praedecessoris, unis
die 6. Augusti 1608. et alteris die
6. Novembris 1620 respective, in simi-
li forma Brevis, deinceps expeditis, quae
perpetuis futuris temporibus valere
voluit, et quarum tenores praesentibus
pro plenè, et sufficienter expressis, ac
de verbo ad verbum insertis, haberi
voluimus, uberius continetur.

S. 7. Cum autem, sicut dilectus fi-
lius Petrus Mercier Minister Genera-
lis, et Dominicus Tafuri in Romana Curia
Procurator Generalis, dicti Ordinis
Fratrum SS^{mae} Trinitatis Redemptionis
Captivorum, Nobis nuper exponi fecerunt,
nuper indulgentijs, et peccatorum remis-
sionibus, quae Confratribus prefatis aucto-
ritate Apostolica concessae, seu commu-
nitatae esse assererentur, varia in di-
versis mundi partibus exorta sint con-
troversiae, quae et Christianifideles magno-
perè perturbant, et gravibus scandalis
causam dederunt: ut vero ejusmodi
controversijs, et scandalis ansa prae-
cludatur, omnisque dubietatis tollatur oc-
casio: ijdem Petrus Mercier Minister

Generalis, et Dominicus Procurator Gen^{lis}
plurimum cupiant opportune in praemis-
a Nobis provideri;
S. 8. Nos ipsorum Petri Minister
Generalis, et Dominici Procuratoris Ge-
neralis votis, hac in re, quantum cum
Domino possumus, favorabiliter annu-
ere volentes, et eorum singulares personas
a quibuscumque excommunicationis (s^{ed}) usque
ad: et absolutas fore censentes: supplica-
tionibus eorum nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinatis: Omnes, et
singulas indulgentias, et peccatorum remis-
siones, ac poenitentiarum relaxationes
quas memoratus Paulus Praedecessor
Confraternitatibus, tam erectis, quam
erigendis prefatis, earumque Confratri-
bus, et consoribus, aliisque personis
supradictis, per binas suas litteras praefatas,
sicut praemittitur, concessit: ipsas-
que litteras cum omnibus, et singulis
in eis contentis, et expressis, Auctoritate
Apostolica tenore praesentium perpetuo
confirmamus, et approbamus, ac inno-
vamus, illasque eisdem Confraternitati-
bus, tam erectis, quam erigendis infu-
turum quascumque: earumque con-
fratribus, et consoribus, de novo con-
cedimus.

S. 9. Praeterea eisdem Confratres,
et consores, ad pietatis, et Christianae cha-
ritatis, erga Christianifideles, qui dura Tur-
carum, et aliorum infidelium servi-
tute opprimuntur, exercenda opera, ve-
teriorum gratiarum spiritualium, quarum
dispensationem Nobis commisit
Deus, largitione, incitare cupientes: ac
de Omnipotentis Dei misericordia, et
Beatorum, Petri, et Pauli, Apostolorum ejus
auctoritate confisi: Omnibus et singulis
dictarum Confraternitatum Confratribus
et consoribus, canonicè erectarum, et
in futurum quascumque erigendarum:
vere poenitentibus, et confessis, ac sacra
Communione refectis, qui aliquam ex
Ecclesija dicti Ordinis, vel suarum respec-
tive confraternitatum Ecclesiarum, vel ora-
toriarum: in Nativitatis, et Purificationis B^{tae}
Mariae

11 Maria Virginis immaculata, et *S^{ti} Mi-*
11 caelis Archangeli, *S^{ti} Clementis* Papa, et
11 Martiris, Inventionis *S^{te} Crucis*, et Na-
11 tivitatis *S^{ti} Joannis Baptiste* festis
11 diebus devote visitaverint, et ibi pro
11 honorum Principum concordia, heresum
11 exheritatione, ac *S^{te} Mariæ* Ecclesie exal-
11 tatione, necnon captivorum liberatione, eo-
11 rumque perpetua perseverantia in Christi-
11 ana Religione, catholicaque fidei profes-
11 sione, pias ad Deum preces effuderint,
11 quo die predictorum id egerint: Plenari-
11 am omnium peccatorum suorum indulgen-
11 tiam, et remissionem misericorditer in do-
11 mino concedimus

11 S. 10. Illis vero, qui aliquam ejus-
11 dem Ordinis Ecclesiam, aut suam vel
11 peccatæ Confraternitatem Ecclesie, seu O-
11 ratoria hujusmodi, in diebus Stationum
11 *Rome* Urbis nostræ, pro ut in *Missa*
11 Romano exprimentur pariter devote
11 visitaverint, et ibidem, sicut jam dictum
11 est, oraverint: ut omnes, et singulas in-
11 dulgentias, et peccatorum remissiones con-
11 sequantur, quas consequentur, si eandem
11 Ecclesiam Urbis in diebus Stationum hujus-
11 modi personaliter, et devote visitarent,
11 dicta auctoritate harum serie, concedi-
11 mus, et indulgemus.

11 S. 11. Ceterum alias, omnes, et
11 singulas indulgentias, et peccatorum re-
11 missiones, ac poenitentiarum relaxationes
11 si quæ præter eas, quas ut præferimus
11 firmavimus, et de novo respective conce-
11 dimus, confraternitatibus præfatis quo-
11 vis modo generaliter, concessæ, et non
11 dum revocatae sint, aut quomodolibet
11 prætendantur, auctoritate, et tenore præ-
11 fatis perpetuo revocamus, irritamus,
11 et annullamus, nulliusque roboris, et mo-
11 menti esse, et fore decernimus, et de-
11 claramus.

11 S. 12. Ac tam præfatis, Petro, et
11 Dominico, modernis, quam pro tempore
11 existentibus, ministro generali, et in Roma-
11 na curia Procuratori generali Ordinis præ-

11 fatis: ut hujusmodi confraternitates sub in- 97
11 vocatione *S^{me} Trinitatis Redemptionis*
11 captivorum ubique locorum erigere, et insti-
11 tuere; illisque omnes, et singulas supra-
11 dictas, à Nobis confirmatas, et de no-
11 vo respectivè concessas; non autè ullas
11 alias indulgentias, et peccatorum remis-
11 siones, ac poenitentiarum relaxationes
11 communicare libere, et licite possint, et
11 valeant; servata tamen ceteroquin præ-
11 fatis constitutionis Clementis Prædeces-
11 soris forma, et dispositione, facultatem
11 dicta auctoritate, eandem tenore con-
11 cedimus, et impertimur.

11 S. 13. Porro in functione quadam
11 quam communicationem indulgentiarum
11 vocant, quæque à Fratribus Ordinis præ-
11 fatis certis anni diebus in eorum Eccle-
11 sijs fieri solet, abrogata veteri formula,
11 quæ dudum à tunc existente Roma-
11 ni Pontificis in Urbe præfata Vicario
11 in spiritualibus generali composita,
11 et per quoddam decretum Congrega-
11 tionis tunc existentis S. R. E. Car-
11 dinalium Sacris Ritibus præpositorum,
11 in aliqua sui parte correctæ fuit, post
11 Antiphonas, versiculos, et orationes ibi-
11 dem expressas, de cætero servari vo-
11 luntas formulam infra scriptam: Domini-
11 num nostrum Jesum Christum humil-
11 liter deprecamur: ut gratia sua lumi-
11 ne illibatur cordibus vestris, vobisque
11 benigne concedat omnes, et singulas
11 indulgentias, et peccatorum remissiones,
11 consequi, quas felicis Recordationis
11 Paulus V. et ejus successores Summi
11 Pontifices Ordini nostro, cum specifi-
11 ca facultate, eas Confraternitatibus
11 nostris communicandi, concesserunt:
11 juxta privilegiorum Apostolicorum teno-
11 rem, ac *S^{te} Sedis Apostolicæ* Decreto-
11 rum dispositionem. Misereatur ver-
11 te Omnipotens Deus, dimittat om-
11 nia peccata vestra, liberet vos ab omni
11 malo, conservet, et confirmet in omni
11 opere bono, et perducatur vos ad vitam
11 eternam.

98 eternam. Qui in Trinitate perfecta vi-
 97 vit, et regnat, in secula seculorum. Amen.
 97 S. 14. Decernentes praesentes eadem
 97 literas sempex firmas ad). Sicque per
 97 quoscumque Iudices ad). Ac irritum
 97 et inane ad).
 97 S. 15. Non obstatibus Constitu-
 97 tionibus, et Ordinationibus Apostoli-

97 cis ad). Ceterisque contrariis quibuscumque.
 97 S. 16. Volumus autem, ut praesen-
 97 tium Transumptis ad).
 97 Dat: Roma apud Sanctam
 97 Mariam Majorem sub Annulo
 97 Piscatoris die undecima Februarij
 97 1673. Pontificatus nostri an-
 97 no tertio

Notabilia

Transumptum huius Brevis impressum in Typographia R. C. A. avertatur in
 Archivo huius nostri Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis; et adducitur a N^o Dis-
 calceato Josepho a Iesu Maria, insertum, in simili Brevis, quod postea concessit
 idem Clement X. nostris Discalceatis ad instantiam suorum, Generalis et Procura-
 toris Generalis: in suo Bullario pag: 589. Ponam hoc Breve Discalceatorum
 hic Bulla 7^a.

Bulla VI.

Sacrorum Rituum Congregatio, approbat
 Orationes, et Lectiones 2^{ae} Nocturni, pro-
 prias S^{mi} PP. NN, recitandas a
 Noctis Fratribus.

97 Hic apponuntur prius: Oratio et Lectiones:
 97 2ⁱ Nocturni, S. P. N. Joannis: deinde Ora-
 97 tio, et Lectiones 2ⁱ Nocturni S. P. N. Fe-
 97 licis, ut in pluribus Breviarijs, et in Qua-
 97 terno proprio Ordinis nostri. Quae propter
 97 brevitatem hic omittuntur.

97 Ordinis Sanctissima Trinitatis Redemp-
 97 tionis Captivorum.
 97 Em^{mi} et R^{mi} Domini.
 97 Cum Religiosi Ordinis S^{ma} Trinita-
 97 tis Redemptionis Captivorum, ex indul-
 97 to Apostolico habeant facultatem reci-
 97 tandi, et Missas celebrandi de Sanctis,
 97 Joanne de Mata, et Felice de Valois die-
 97 ti Ordinis Fundatoribus. Quae facul-
 97 tas etiam ad preces Ducis Sabaudiae
 97 concessa fuit Omnibus Ecclesiasticis
 97 Personis sua Ditionis. Nunc vero
 97 S^{mo} Domino nostro Serenissima
 97 Hispaniarum Regina instantiam
 97 facit propriarum orationum, et Lec-
 97 tionum dictorum Sanctorum pro Religi-
 97 osis supradicti Ordinis: quare Fe-
 97 Philippus a Iesu Procurator Genera-
 97 lis Discalceatorum dicti Ordinis Con-
 97 gregationis Hispaniae Em^{mas} Vestras
 97 supplicat: ut dignentur dictam gratiam
 97 sua Religioni concedere, et Orationes, ac
 97 lectiones approbare, modo sequenti:

97 Sacra Rituum Congregatio ad preces
 97 Serenissimae Hispaniarum Reginae S^{mo}
 97 porrectas per Em^{mi} Dominum Cardi-
 97 nalem Nitardo, suum Oratorem a-
 97 pud Sanctitatem suam, censuit: su-
 97 pradictas Orationes, et Lectiones pro-
 97 prias Sanctorum, Joannis de Mata,
 97 et Felicis de Valois, Ordinis S^{ma}
 97 Trinitatis Redemptionis Captivorum,
 97 Fundatorum, diligenter revisas, et
 97 relatas ab Em^{mo} Domino Cardinali
 97 de Maximis, posse approbari, et concedi,
 97 ut a Religiosis praedicti Ordinis recitari,
 97 et imprimi valeant: si Sanctitati sua-
 97 vium fuerit. Hac die 6. Maij 1673.
 97 Et facta de praedictis S^{mo} relatione
 97 per me Secretarium, Sanctitas sua an-
 97 nuit. Die 17. Maij 1673.
 97 F. M. Episcopus Portuensis Cardi-
 97 nalis Brancatius.
 97 Loco Hⁱ sigilli. Bernardinus Ca-
 97 salius Saer: Rituum Congreg^s Secretarius.

Hoc Decretum extat originale **Notabilia** in Archivo Casetus Insuperioris 99.
nostorum Discalceatorum et adducitur à Nostro Discalceato Josepho à Jesu
maria in suo Bullario pag. 586. et apud Baro in Annal. Ord. pag. 9. anno 1.

Bulla VII.

Omnia, quae concesserat Trinitarij au-
dignioris Observantiae; concedit in hac
Trinitarij excalceati Congregationis His-
paniae.

Clemens Papa X.

Ad perpetuam rei memoria.

S. 1. Alias Nos supplicationibus
dilectorum filiorum, Petri Mercier Mi-
nistri Generalis, et Dominici Tafuri Pro-
curatoris Generalis in Romana Curia Or-
dinis Fratrum SS^{me} Trinitatis Redemp-
tionis Captivorum nomine, Nobis super
hoc humiliter porrectis inclinatis certis
indulgentias, et peccatorum remissiones
ac poenitentiarum relaxationes Confrater-
nitatibus sub invocatione ejusdem SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum erectis,
et erigendis, dudum à felicis recorda-
tionis Paulo Papa V. predecessore nostro
concessas ac demum emanatas ipsius Pau-
li Praedecessoris litteras auctoritate Aposto-
lica confirmavimus, et approbavimus.
Necnon earum Confraternitatum, tam erec-
taturam, quam erigendarum Confraternitas
et consociationibus, certa tunc praescripta
pietatis opera peragentibus nonnullas
alias indulgentias, et peccatorum remis-
siones, ac poenitentiarum relaxationes dic-
ta auctoritate concessimus.

S. 2. Alias vero indulgentias, et
peccatorum remissiones, ac poenitentiarum
relaxationes, si quae praeter sic
confirmatas, et de novo concessas, co-
fratibus praefatis quovis modo, genera-
li, et concessa, et nondum revocata
essent, aut quomodolibet praeter de-
rentur, eadem auctoritate perpetuo
revocavimus, et annullavimus. Praeterea
praefatis Petro, et Dominico, et pro tem-

poris existentibus, Generali ministro, et
Procuratori Generali dicti Ordinis, hujus-
modi confraternitates ubivis locorum
erigendi, et instituendi, illisque praefa-
tis indulgentias, et peccatorum remissio-
nes, ac poenitentiarum relaxationes, ser-
vata tamen caeteroquin Constitutionis
recolenda memoria Clementis Papae
VIII Praedecessoris pariter nostri super
confraternitatum erectionibus, et aggre-
gationibus edita forma, communicandi
facultatem impertivimus. Ac novam
formulam in functione quadam, quam
communicationem indulgentiarum vocant,
quaque certis diebus à Fratribus dicti
Ordinis in eorum Ecclesijs fieri solet,
de caetero servandam praescripsimus: et
alias, prout uberius continetur in nos-
tris demum in simili forma Brevis
expeditis litteris tenoris, qui sequitur:
videlicet:

S. 3. Clemens Papa X. Ad
perpetuam rei memoriam. Ex injuncta
Nobis cohibitis ad) Ut in Bulla V. ejus-
dem Pontificis; post cujus datam pro-
requiritur praesens Breve sic:

S. 4. Cum autem sicut dilecti
filij, Antonius à Conceptione Minis-
ter Generalis, et Philippus à Jesu
in eadem Romana Curia Procurator
Generalis Congregationis Hispaniae Fra-
trum Discalceatorum nuncupatorum dicti
Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
captivorum, Nobis nuper exponi fecerunt:
quod Congregatio praefata, ejusque Super-
iores, et Fratres quicumque, à jurisdic-
tione, et superioritate ministri Generalis
aliorumque quorumvis Superiorum Ordinis
praefati Apostolica Auctoritate perpetuo
exempti

200
exempti reperiantur; ac ipsius Congregatio-
nis Minister Generalis, et in Romana Cu-
ria Procurator Generalis, ejusmodi Consta-
tates sub invocatione SS^{me} Trini-
tatis Redemptionis Captivorum erigendi,
illisque certas indulgentias, et peccatorum re-
missiones, ac poenitentiarum relaxationes
communicandi potestatem; et functio predicta,
quam communicationem indulgentiarum
vocant, à Fratribus dictae Congregationis His-
paniae in eorum Ecclesijs pariformiter fieri
soleat: Ipsi vero Antonius Minister, et
Philippus Procurator Generalis, difficulta-
tes, et dubitationes super indulgentijs,
et gratijs spiritualibus, quae confrater-
nitatibus hujusmodi ab eadem sede con-
cessae sunt, seu pretenduntur, exortas,
pariter recidi plurimum desiderant:
Nobis propterea humiliter supplicari
fecerunt: ut in praemissis opportunè
providere de benignitate Apostolica dig-
naremur.

S. 5. Nos igitur: ipsorum Antonij
Ministri Generalis, et Philippi Procura-
toris Generalis desiderio, hac in re, qua-
tum Nobis ex Alto conceditur, favora-
biliter annuere volentes: et eorum sin-
gulares Personas à quibusvis excom-
municacionis ab. usque ad: et abso-
lutas fore censentes: hujusmodi sup-
plicationibus inclinati: omnes, et singu-
las indulgentias, et peccatorum remissio-
nes, ac poenitentiarum relaxationes, quas
per litteras praesertim confirmavi-
mus, et de novo concessimus respecti-
vé, omnibus, et singulis Confraterni-
tibus sub invocatione ejusdem SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum, per
Ministrum Generalem, et in Romana Curia
Procuratores Generales dictae Congrega-
tionis Fratrum Discalceatorum Hispaniae
hactenus, ceteroquin canonicè erectas,
et infirmum quandocumque erigendis,
illisque confratribus, et Conventibus,
servata tamè praesertim litterarum forma

dispositione, auctoritate Apostolica teno-
re praesentium concedimus, et perpetuò
concessa esse, et fore, decernimus, et
declaramus.

S. 6. Alias vero omnes, et singu-
las indulgentias, et peccatorum remissio-
nes, ac poenitentiarum relaxationes, si qua
praeter sic à Nobis confirmatas, et de
novo concessas, his Confraternitatibus
quovis modo generaliter concessae, et
nondum revocatae sint, aut praeter-
dantur dicta auctoritate, harum serie
itidem perpetuò revocamus, irritamus,
et annullamus, vivibusque, et effecti pe-
nitentibus, et omnino vacuamus.

S. 7. Porro tam Praefatis Antonio,
et Philippo, Modernis, quam pro tempore
existentibus, Ministro Generali, et in Ro-
mana Curia Procuratori Generali dictae
Congregationis Fratrum Discalceatorum
Hispaniae: ut hujusmodi Confraternita-
tes sub invocatione SS^{me} Trinitatis
Redemptionis Captivorum pariter erigere
et instituire: illisque omnes supradictas,
à Nobis confirmatas, et de novo respecti-
vé concessas; non autem alias ullas, in-
dulgencias, et peccatorum remissiones, ac
poenitentiarum relaxationes communi-
care libere similiter, et licite possint, et
valeant, servata pariter supradictae con-
stitutionis Clementis Praedecessoris forma
et dispositione, facultatem auctoritate
et tenore praefatis tribuimus, et imper-
dimus.

S. 8. Ceterum in functione praefata,
quam communicationem indulgentiarum
vocant per Fratres Discalceatos dictae
Congregationis Hispaniae, posthac obe-
unda, formulam in praesentibus nostris
litteris, sicut praemittitur, praescriptam, de
cetero servari volumus.

S. 9. Decernentes pariter easdem
praesentes litteras semper firmas ab. sic:
que per quoscumque Iudices ab. sic: irrita,
et inane ab.

S. 10. Non obstantibus constitutioni-
bus, et Ordinationibus Apst, et illis, quae in praesentibus
litteris volumus non obstantes, Ceteris
et

X 27 ritque contrarij quibuscumque.
28 27 S. 11. Volumus autem: ut presertim
29 hinc transumptis, etiam impressis, et
30 manualibus Notarij Publici ad.

27 Dat: apud S. Mariam Majorem sub annulo¹⁰¹
28 Piscatoris die tertia Junij 1673.
29 Pontificatus nostri anno ter-
30 tio.

Dat:

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo conventus Matritensis nostroru Discal-
ceatorum, et adducitur a No Discalceato Josepho a San maria in suo Bul-
lario. pag. 587.

Bulla VIII.

Concedit Votum in Capitulo Provinciae
Portugaliae, Procuratori Generali dictae
Provinciae, in Curia Lusitaniae.

Clemens Papa X.

Ad futuram rei memoriam.

27 S. 1. Exponi Nobis nuper fecit di-
28 lectus filius Antonius Feireira Mi-
29 nister Provincialis Provinciae Portugaliae
30 Ordinis Fratrum S^{me} Trinitatis Redemp-
31 tionis Captivorum: quod cum in dicta
32 Provincia ex aprioribus illius Religionis,
33 ad agenda in Curia Portugaliae negotia,
34 non solum Provincia hujusmodi in Com-
35 muni, sed etiam cujuslibet conventus in
36 particulari, constitui soleat: Officium vero Pro-
37 curatoris hujusmodi in eadem Provincia
38 sit summe necessarium, et valde laboriosum,
39 nec nisi gravibus Religionis committatur,
40 rationi congruum videtur: ut quoad mo-
41 dum Procurator Generalis Ordinis hujus-
42 modi habet; ita Procurator dictae Pro-
43 vinciae voti prerogativa in Capitulo
44 Provinciali dictae Provinciae gaudeat.
45 Nobis propterea dictus Antonius Mi-
46 nister Provincialis humiliter supplica-
47 ri fecit: ut in praemissis opportunè pro-
48 videre, et ut infra indulgere de benigni-
49 tate Apostolica dignaremur.

27 S. 2. Nos igitur ipsius Antonij
28 Minister Provincialis votis hac in re quan-
29 tum cum Domino possumus favorabiliter

27 annuere volentes: eumque a quibusvis
28 excommunicationis et vique ad: et abro-
29 bidum fore consentes: hujusmodi supplica-
30 tionibus inclinati Procuratoriam Provinciae
31 praefatae Portugaliae pro tempore existenti
32 ut vocis, sive suffragij prerogativa in
33 Capitulis Provincialibus ejusdem Provin-
34 ciae, ad instar ceterorum Vocalium,
35 uti, frui, et gaudere libere, et licite
36 possit, et valeat, Apostolica Auctorita-
37 te tenore praesentium concedimus, et
38 indulgemus.

27 S. 3. Decernentes easdem praesentes
28 litteras firmas, validas, et efficaces ad.
29 Sicque per quoscumque Judices Ordi-
30 narios, et Delegatos ad. Ac irritum
31 et inane ad.

27 S. 4. Non obstantibus Constitutioni-
28 bus, et Ordinationibus Apostolicis,
29 ac Provinciae, et Ordinis hujusmodi, et
30 tiam juramento ad. Ceterisque Con-
31 trarij quibuscumque.

27 Dat: Roma apud Sanctam
28 Mariam Majorem sub Annulo
29 Piscatoris die vigesimatercia Decem-
30 bris 1673. Pontificatus nostri
anno quarto.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo No^o conventus Ulyssiponensi, cujus transump-
tum accepi per Tabellarium publicum a R. P. Magistro Fe Emanuele a S^{ta} Lucia, anno 1760.

Bul-

Bulla IX.

Confirmat Confraternitatem S^{ti} Simphoriani erectam in Ecclesia Conventus N^{ri} Arelatensis, eique indulg^{iam} concedit.

Clemens Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Cum, sicut accepimus, in Ecclesia Fratrum SS^{me} Trinitatis Redemptoris Captivorum Civitatis Arelatensis una pia, et devota utriusque sexus Christianifidelium Confraternitas sub invocatione S^{ti} Simphoriani, non tantum pro hominibus unius specialis artis, canonicè erecta existat, cujus confratres, et consocios quamplurima pietatis, et charitatis opera exercere consueverunt. Nos: ut confraternitas hujusmodi majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi: omnibus utriusque sexus Christianifidelibus, qui confraternitate hujusmodi in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si verè poenitentes, et confesi SS^{mi} Eucharistia Sacramentum sumpserint; Plenariam.

S. 2. Ac eisdem, tam descriptis, quam pro tempore describendis, in dicta Confraternitate confratribus, et consociis in cujuslibet eorum morbi articulo, si verè poenitentes, et confesi, ac sacra Communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint saltem conditi, nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus, corde, devotè invocaverint; etiam plenariam.

S. 3. Ac eisdem nunc, et pro tempore existentibus dicta Confraternitatis Confratribus, et consociis, etiam verè poenitentibus et confesis, ac sacra Communionem refectis, qui predicta Confraternitatis Ecclesiam seu Cappellam, vel oratorium die festo ejusdem Sancti Simphoriani à 12^{ta} Vesperis usque ad occasum Solis festi hujus Sancti, singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hærentium exaripatione, ac S^{te} Johannis

in Ecclesia exaltatione pias ad Deum preces effuderint: Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

S. 4. Insuper dictis Confratribus, et consociis, etiam verè poenitentibus, et confesis, ac sacra Communionem refectis, Ecclesiam, seu Cappellam, vel oratorium hujus Sancti, in alij quatuor anni feriatis, vel non feriatis, seu Dominicis diebus, per Confratres semel tantum eligendis, et ab Ordinario approbandis, ut supra visitantibus, et ibidem Orantibus: quo die predictorum idegerint: Septem annos, et totidem quadragenas.

S. 5. Quoties vero Misi, et alij divinis officij in Ecclesia, seu Cappella, vel oratorio hujusmodi, celebrandi pro tempore vel recitandi: seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis, uti vis faciendis intersuerint: aut Pauperes hospitio suceperint: vel pacem inter inimicos compoverint, seu componi fecerint, aut procuraverint: vel etiam qui corpora defunctorum, tam confratrum, et consociorum hujusmodi, quam aliorum, ad sepulturam associaverint: aut quascumque Processiones, de licentia Ordinarij faciendas SS^{mi}que Eucharistia Sacramentum, tam in Processionibus, quam cum ad infirmos, alias, ubicumque, et quodcumque pro tempore deferretur committati fuerint, aut si impediti campana ad hoc signo data semel Orationem Dominicam, et salutationem Angelicam dixerint: aut quinquies orationem, et salutationem eandem pro animabus Defunctorum confratrum, et consociorum hujusmodi recitaverint: aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint: et ignorantes precepta Dei, et ea, que ad salutem sunt, docuerint: aut aliud quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint: toties pro quolibet predictorum operum exercitio: sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis poenitentij in forma Ecclesie consueta relaxamus. S. 6.

77 S. 6 Praeentibus perpetuis futuris
 77 temporibus Valituris.
 77 S. 7. Volumus autem: ut si alias die-
 77 bus confederatus, et consociatus aliqua alia
 77 indulgentia ad. Atque si dicta Confederata
 77 alicui Archiconfraternitati aggregata sit, vel
 77 posterum aggregetur ad)

77 Dat: Romae apud Sanctam
 77 Mariam Majorem sub Annulo Pisc-
 77 catore die decima octava Junij
 77 1674. Pontificatus nostri anno
 77 quinto.

Notabilia

Hoc Breve cuiusdmodi Originali in Archivio N^o Conventus Arelatensis, cuius tra-
 ruptum accepi per Tabellarium Publicum a R. P. Fr. Ludovico Sicolle Conventus Tharazco-
 nensis Alumno anno 1759.

Bulla X.

Praecipit Archiepiscopis, et Episcopis, et a-
 liis locorum Ordinariis, et Superioribus quo-
 rumvis Ordinum in Italia, ut saltem
 in anno Populis proponant calamitates
 Captivorum, ad instantiam Discalceatorum
 Galliae.

Clemens Papa X.

Ad futuram rei memoriam.
 S. L. Cum sicut dilectus filius An-
 dreas a Nativitate B^{ae} Mariae, in Ro-
 mana Curia Procurator Generalis Con-
 gregationi Fratrum Discalceatorum Natio-
 nis Gallicanae Ordinis S^{mae} Trinitatis
 Redemptionis Captivorum, Nobis nuper ex-
 poni fecit, ipse dilectum pariter filium
 Ludovicum a S^{to} Joanne Ministrum Liber-
 ti in Hedusia, ejusdem Congregationis,
 et actualem Redemptorem, qui a bien-
 nis circiter Tripoli Africa, ubi Deo fa-
 vente, captivorum Redemptione fecerat,
 quantum sibi possibile fuerat, non si-
 ne lacrymis referentem audiverit, qua-
 to numero illic Christi fideles sub du-
 ra Barbarorum servitute, cum gemino,
 corporis, et animae, periculo detinentur,
 et quam gravibus ibidem arumnis assi-
 due conflictentur. Quia vero his tempo-
 ribus refrigerante multorum Charitate, mo-
 dica in Redemptionem dictorum Captivo-
 rum subsidia conferuntur: unde horum
 calamitates, et pericula in dies ingravescunt,
 dictus Antonius Procurator Gene-
 ralis Christianissimum pietatem ad opus
 adeo primum excitari plurimum desideret.

S. 2. Nos ipsius Andreae Procura-
 toris Generalis votis hac in re, quantum
 cum D^{no} possimus benigne annuere vo-
 lentes: cumque a quibusvis excommunica-
 tionis ad) usque ad: et absolutum fore
 censentes: supplicationibus ejus nomine
 Nobis super hoc humiliter porrecti incli-
 nati: de Venerabilium Fratrum nostrorum
 S. R. E. Cardinalium, negotiorum, et Consulta-
 tionibus Episcoporum, et Regularium pre-
 positorum consilio: Venerabilibus Patri-
 bus, et Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis,
 Et Episcopis, ceterisque locorum Ordinariis,
 Italia: necnon dilectis filijs Superioribus
 Generalibus quorumvis ordinum, Congre-
 gationum, et Institutuum Regularium,
 harum serie Auctoritate Apostolica pra-
 cipimus, et mandamus: ut saltem du-
 abus vicibus quolibet anno, Adventus
 scilicet, et Quadragesimae temporibus, in
 suis Respective Ecclesijs, tam per Verbu-
 Dei Praedicatorum in sacris concionibus,
 quam in alijs actionibus, et functionibus
 publicis, praefatorum Christianissimum Capivo-
 rum miseriam, et calamitates Populo propo-
 ni, et commendari, curent, et faciant: ut eo-
 rum exortationibus stimulentur Christianis-
 les ad eleemosinas largiter conferendas,
 quibus praefatus Ludovicus, et alij Redep-
 tores dictae Congregationis Gallicanae eor-
 dem Captivos a dura servitute hujusmo-
 di, redimere, ac illorum spirituali, corpora-
 lique saluti Domino benedicente valeant
 providere: salva tamen semper in praemis-
 sibus

99 Auctoritate congregationis eorumdem
99 Cardinalium
99 S. 3. Non obstantibus constitutionibus,
99 nibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque
99 contrariis quibuscunque.
99 S. 4. Volumus autem: ut prædictum

99 litterarum transumptis ad)
99 Dat. Romæ apud Sanctam
99 Mariam Majorem sub Annulo
99 Piscatoris die tertia Januarij
99 1675. Pontificatus nostri anni
99 no quinto.

Notabilia

Hoc Breve refert R. P. Fr. Raphael à S^{to} Joanne in suo lib: de Redemptione
Captivorum pag: 509. nu: 649. et illud adducit N^o Discalceatus Josephus à Sem
maria in suo Bullario pag: 597. Nunc autem frigerente mundo in opere Re-
demptionis, convenientissimum foret, statutum, præceptum, et mandatum hujus Brevis
extendi ad omnes, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, et Ordinarios totius
Universalis Ecclesie.

Bulla XI.

Fratres N^o Ordinis Regni, et Civitatis Val-
entiae à censuris absolvantur, et jubentur
Imagines S^{ti} Petri Paschati cum Ha-
bitu S^{ss}me Trinitatis depictas, et sculp-
tas delere.

Clemens Papa X.

Ad futuram rei memoriam.

99 S. 1. Nuper ad instantiam dilec-
99 ti filij Matthie de Cardona Vicarij
99 et Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum
99 B^{te} Mariae de Mercede Redemptionis
99 Captivorum Congregationis Venerabilium Fra-
99 trum nostrorum S. R. E. Cardinalium
99 Sacris Ritibus præposita decretum edidit
99 tenoris, qui sequitur: videlicet:

99 S. 2. Valentina Censurarum, et
99 Picturarum. Pro parte, et ad instantiam
99 P. M. Fr. Matthie de Cardona Vicarij,
99 et Procuratoris Generalis Ordinis B^{te}
99 Mariae de Mercede Redemptionis
99 Captivorum, tam nomine proprio, quam
99 sue Religionis, instatum fuit apud
99 Sacram Rituum Congregationem pro
99 relaxatione Censurarum contra Patres
99 Conventus Ordinis S^{ss}me Trinitatis Redep-
99 tionis Captivorum Civitatis Valentiae; eo
99 quod habuerunt recursum ad Iudices
99 Laici Tribunalis Valentiae, et ab eo inhi-
99 bitionem extraxerunt, contra predictos
99 Patres de Mercede, ad impediendum, ne
99 isti uterentur decretis ejusdem Sacrae Ri-
99 tum Congregationis, et Previsus Apostoli-

99 cis, pro celebratione diei festi B. Petri Pas-
99 charij Martiris, olim Episcopi Liennensis,
99 et Religiosi Professi Ordinis de Mercede, de-
99 picti, et sculpti à præfatis fratribus Trini-
99 tarij in eorum Habitu.

99 S. 3. Et vice versa, supplicanti-
99 bus Trinitarij præfatis (absolutis prius à cen-
99 suris, et pœnis Ecclesiasticis quibuslibet,
99 propter recursum habitum ad Iudices laicos) pro
99 concessione litterarum remissorialium, et
99 compulsoariarum, servatis servandis, ex-
99 aminandi testes, et compulsandi scriptu-
99 ras; tam respectu possessionis, quam pe-
99 titoris; et probandi B. Petrum Paschati
99 prædictum fuisse Religionis Trinitariæ
99 et alias; pro ut ex rationibus, tam in facto,
99 quam in jure; ab utraque parte, hinc inde
99 plene informante: Allegatis deductis, et
99 discussis: proponente Em^{mo} et R^{mo} Car-
99 dinali Portocarrero. Et eadem Sacra
99 Congregatio inherendo Decreti, alias in
99 causa prædicti Beati editis 3. Septembris
99 1661, et 30. Maij 1670: censuit: litteras
99 remissoriales non esse concedendas: et Pic-
99 turas B^{te} Petri Pascharij, depictas, et sculp-
99 tas à prædictis Fratribus Trinitarij in
99 eorum Habitu, esse delendas. Et ita
99 declaravit, atque decrevit. Die 30. Maij
99 1675. V. Episc^o Portuensis, Cardinalis
99 Carpinens. = loco II sigilli.

99 S. 4. Cum autem, sicut dilectus
99 filius Mathias Procurator Generalis Nobis
99 subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi,
99 quo

quo firmiter iurabit, et servetur exactius
 Apollonica notitia confirmationis patrocinio
 communiri summopere desideret.
 S. 5. Nos ipsius Matrice votis ad eum
 a quibus excommunicationis ad Decretum pre-
 insertum approbamus, et confirmamus ad sal-
 va tamen in premissis Auctoritate prefata
 Congregationis Cardinalium.

S. 6. Devenientes easdem prorety litteras
 semper firmas ad.
 S. 7. Volumus autem: ut excude pre-
 tin litterarum transumptis ad.
 Dat. Rome apud Sanctam Mariam Mayo-
 rem sub Annulo Piscatoris die 20. Aprilis
 1675. Pontificatus nostri anno
 quinto.

Notabilia

Hoc Breve adducitur ab Ill^{mo} et R^{mo} D^{no} D. Fr. Josepho Linae Archiepiscopo
 Tarracoenis in Bullario sue Religionis B^{te} Mariae de Mercede. pag: 357. Illudque
 in nostro Bullario apponitur; ne Trinitarij pro tempore exhiberi contra Decretum, et
 Breve huiusmodi, vlla unquam tempore operentur.

Bulla XII.

Concedens facultatem omnibus, tam Fra-
 tribus, quam Monialibus N^o Ordinis
 recitandi, et respective celebrandi singu-
 lis annis die 13. Novembris Officium
 et Missam Omnium Sanctorum N^o Sacri
 Ordinis.

Ordinis Discalceatorum SS^{me} Trinitatis
 Redemptionis Captivorum Congregationis
 Hispaniae.
 Sacra Congregatio Rituum ad preces E-
 rimentissimi Domini Cardinalis de Ma-
 ximis, Protectoris predictae Religionis, ins-

tante pariter Fr. Didaco a Jesu Procura-
 tore Generali Discalceatorum dicti Ordinis
 nomine totius sui Ordinis, indulxit Fratri-
 bus, et Monialibus, tam Calceatis, quam Dis-
 calceatis dicti Ordinis facultate recitandi, et
 respective celebrandi singulis annis die de-
 cimatercia Novembris Officium, et Missam
 Omnium Sanctorum sue Religionis, ad ins-
 tax similis concessionis, alias factae Ordi-
 ni Eremitarum S^{ti} Augustini, et alij. Die
 18. Maij 1675.
 V. Episc: Portuensis Card: Carpinens.
 locoff sigilli.
 Bernardinus Carabus Sacr: Rit: Cong: Secret:

Notabilia

Hoc Decretum extat Originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Dis-
 calceatorum; et adducitur a N^o Discalceato Josepho a Jesu Maria in suo Bullario
 pag: 399. sub Ritu Duplici 2. Classis celebrandum est; quia hoc indultum nobis
 concessum fuit ad instax indulti Alji Ordines concessi; et Discalceatis B^{te}
 Mariae de Monte Carmelo, iam concessum erat sub dicto Ritu.

Bulla XIII.

Concedens facultatem recitandi Domini-
 nica tertia post Pascha quolibet anno
 officium, et celebrandi Missam de S^{cto}
 Raphaelle Archangelo.

Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivorum.
 Sacra Rituum Congregatio ad preces Emi-
 nentissimi Domini Cardinalis de Maximis

Protectoris dictae Religionis, supplicite quo-
 que Fr. Angelo Augustino Trotto, Procua-
 ratore Generali dicti Ordinis, benigne
 indulxit, atque concessit eidem Ordini
 quod possit Dominica 3. post Pascha
 quolibet anno, recitare officium, et Missam
 celebrare de Sancto Raphaelle Archan-
 gelo: alias approbata, et ab eadem Sacra
 Cong-

106
congregatione pro tali die aliquibus
concessa. Die 28. Maij 1675.
V. Episcopus Portuensis Cat.

Cardinalis Carpinensis
Loco sigilli
Bernardinus Cavalinus Sec.
ord. Rituum Congreg^{onis} Secretarius.

Notabilia

Transumptum huius Decreti impressum in Typographia R. C. M. reperitur in
Archivo Conventus Marticensis nostrorum Discalceatorum; et adducitur à nostro
Discalceato Josepho à Iesu Maria in suo Bullario pag. 600.

Bulla XIV.

Tam Nobis, quam confratribus, et Conso-
roribus, nostrarum Confraternitatum, me-
ritatim Orantibus eo temporis spatio,
quod prescribit certas concedit indul-
gentias, adiciens plenariam quolibet
mense, confectis, ac sacra communio-
ne refectis.

Clemens Papa X.

Ad futuram rei memoriam,
S. 1. Ad ea, per quae animarum
Christifidelium salus promoveri potest,
libenter intendimus, et eorumdem
Christifidelium devotionem, ut spiritu-
alibus exercitijs ferventius incum-
bant, caelestium munerum largitio-
ne libenter fovemus, et incitamus.

S. 2. Itaque de Omnipotentis
Dei misericordia, ac Beatorum, Petri,
et Pauli, Apostolorum eius auctoritate
Confiri: omnibus, et singulis Fratibus
Ordinis S^{an}ctae Trinitatis Redemptionis
Captivorum, Excalceatis nuncupatis, et
alijs utriusque sexus Christifidelibus,
Confratribus, et consozoribus, quolibet
Oratorum, Congregationum, Societatum,
et Confraternitatum, tam hactenus in
eorumdem Fratrum ejusdem Ordinis
Ecclesijs executorum, quam in posterum
erigendorum, qui per quadrantem horae
orationi mentali vacaverint; pro qualibet
vice centum dies; qui per duos
quadrantes continuos, septem annos
de injunctis eis, aut alias quomodolibet
debitis poenitentibus in forma Eccle-
siae consueta relaxamus. His vero, qui
devotioni huiusmodi per duos quadrantes

Continuos, vel saltem quadrantem horae
singulis diebus daverint operam, et inter-
dum, vere poenitentes et confessi, SS^{im}
Eucharistia sacramentum sumpserint,
plenariam, semel quolibet mense omnium
peccatorum suorum indulgentiam: quam
per modum suffragij animabus Chris-
tiffidelium, quae Deo in charitate conjun-
te ab hac luce migraverint, applicare por-
sint, Apostolica Auctoritate tenore
praesentium misericorditer in Domino
Concedimus.

S. 3. Insuper: quod dicti Fratres
pro oratione mentali, ad quam ratione
eorum Regulae, et Constitutionis, in duabus
vicibus quolibet die tenentur, praedictarum
omnes indulgentias, et peccatorum re-
missiones, ac poenitentiarum relaxatio-
nes proportionaliter lucrari, et consequi
possint, et valeant: Auctoritate, et te-
nore praesentium indulgemus.

S. 4. In contrarium non obsta-
bitur quibuscumque.

S. 5. Praesentibus ad septennium,
cetera annum Jubilei, tandem validuris.

S. 6. Volumus autem: quod praedi-
centium transumptis, etiam impressis
S^{an}ctae.

Dat: Romae apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris die duodecima Septem-
bris 1675. Pontificatus nostri
anno sexto.

Not=

Notabilia

conservatur hoc Breve originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum; et adducitur à No Discalceato Josepho à Jesu Maria in suo Bullario pag: 600.

Bulla XV.

sive Decretum Sacra Rituum Congregationis extendens officium, et Missam SS. P. P. N. N. Joannis, et Felicis cum orationibus et lectionibus proprijs, ad omnes Sacerdotes, et Regulares Hispaniarum sub ritu duplici.

Hispaniarum.

SS. Dominus noster Clemens Papa X. ad pias preces serenissimi Regis Hispaniarum, per Eminentissimum Dominum Cardinalem Nitardum, suum Oratorem Ordinarium Sanctitati sue portecitas: supplicante ^{pariter} etiam Pate Fe Didaco de Jesu, Procuratore Generali Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis Redemptoris Captivorum, Congregationis Hispaniae, nomine totius sui Ordinis, benigne inclinatus, gratiam extendendo, concessit: ut in posterum singulis annis etiam in tota Hispania tantum, ab omnibus utriusque sexus, tum secularibus, tum

Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari, ac respective celebrari possit, et valeat, Officium, et Missa de Communi Confessoris non Pontificis Sanctorum Joannis de Mata, et Felicis de Valois, Fundatorum predicti Ordinis, cum orationibus, et lectionibus proprijs, approbatis, et concessis praefatae Religioni à Sacra Rituum Congregatione die 6. Maij 1673. annuente eodem SS. die 17 ejusdem mensis Maij, et anni, in festo eorumdem Sanctorum dictus in Martyrologio Romano appositis, et descriptis: nempe de S. Joanne de Mata die 17. Decembris, et de S. Felice de Valois die 4. Novembris, sub ritu duplici. Hac die 13. Novembris 1675.

V. Cardinalis Carpinens

Loco Sigilli

Bernardinus Cavalus Sac. Rit. Congreg. Secretarius.

Notabilia

Custoditur originale hoc Decretum in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum; et adducitur à No Discalceato Josepho à Jesu Maria in suo Bullario pag: 602. Qui in scholijs hujus Decreti notat: quod in dicto Archivo extat aliud Decretum Sacrae Cong. Rituum expeditum die decimatertia Februarij 1677. emanatum ad instantiam R. P. Synatij à S. Antonio Procuratoris Generalis Regularium Galliae, quo eadem gratia concessa fuit pro toto Clero seculari, et Regulari Regni Galliae. Postea eadem Sacra Congregatio die 21. Januarij dictam gratiam extendit anno 1690. ad Universum Clerum Regni Poloniae. Tandem ipsa die 21. Januarij eandem gratiam concessit ipsa Sacra Rituum Congregatio Ecclesiarum Catholicis, secularibus, et Regularibus Regni Angliae, ad instantiam Eminentissimi Cardinalis Northfolia. Et omnia haec decreta custodiuntur in citato Archivo.

Bull-

Bulla XVI.

Confirmat Constitutiones notarum
Discalceatorum Congregationis His-
panice.

Clemens Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Inscrutabili divina Provi-
dencia arcano ad Pastoralis Dignitatis
fastigium, meritis licet imparibus, et
veteri, illa, quae pro feliciter governa-
dis, et salubriter dirigendis Congrega-
tionibus Religiosorum virorum, leve Chris-
ti jugum sub arctioris disciplinae ob-
servantia laudabiliter portantium, ac pro-
priae, alienaeque, non spirituali tantum
sed etiam corporali saluti studiosa cha-
ritate jugiter incumbentium, in Ecclesia
Dei pie, sancteque institutis, providē-
tē prudentēque disposita, atque ordina-
ta esse noscuntur, ut firma semper,
atque illibata persistant Apostolici mu-
nimis praesidio, cum id a Nobis
petitur libenter roboramus, sicut ad
SS^{mae} et individuae Trinitatis gloriam,
Religionis incrementum, et felicem pro-
gressum, et animarum salutem, in
Domino expedire arbitramur.

S. 2. Exponi siquidem Nobis nu-
per fecit dilectus filius Didacus a Jesu
Procurator Generalis Congregationis His-
paniae Fratrum Discalceatorum Ordinis
SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum.
quod Fratres dictae Congregationis in
suis Capitulis Generalibus aliquas cons-
titutiones pro felici, prosperoque ipsius
congregationis regimine, et gubernio
fecerunt, quas etiam nuper Diffinito-
rium Generale ejusdem Congregatio-
nis revidit, auxit, et correxit, et ad
hanc sanctam sedem transmitti curavit,
ut Nostrae, et ejusdem sedis patrocinio
munirentur.

S. 3. Nos vero eandem Constitutio-
nes Nobis exhibitas nonnullis Roma-
nae Curiae Praelatis, quorum fides, et pru-
dencia, ac factorum Canonum peritia Nobis
perspecta est discutendas commisimus.

qui mandatis nostris prompto obsequio
morem gerentes, illas mature, diligenterque
examinarunt, et nonnullis sublati, non-
nullis adjectis, abjunctis, ubi opus fuit,
correctis, et emendatis, Constitutiones
ipsas in unum volumen redigi cura-
runt, tenore, qui sequitur videlicet:

Hic apponuntur in ipso Breve Constitu-
tiones predictae, quarum plurima
inveniuntur Volumina impressa. Post
quas prosequitur hoc Breve sic:

S. 4. Quare praefatus Didacus, Pro-
curator Generalis, Nobis humiliter sup-
plicari fecit, ut Constitutiones hujus-
modi Apostolica Confirmationis mu-
nimine, et patrocinio communitate de be-
nignitate Apostolica dignaremur.

S. 5. Nos igitur ipsius Didaci
Procuratoris Generalis votis hac in re, qua-
tum cum Domino possumus favorabi-
liter annuere volentes; eumque a qui-
busvis excommunicationis et usque ad
et absolutum fore censentes; hujusmodi
supplicationibus inclinati: Omnes, et sin-
gulas Constitutiones praemissas, et in
eis contenta quaecumque, Auctoritate
Apostolica tenore praesentium perpetuo
approbamus, et confirmamus; illisque
inviolabili Apostolica firmitate ro-
bur adjicimus. Ne omnes, et singulos
juris, et facti defectus, ac solemnitatum
quorumcumque, in similibus etiam de
necessitate observandam, aliosve quos-
libet, etiam formales, et substantiales de-
fectus, si qui in praemissis principaliter,
vel accessorie, aut alias quovis modo
intervenerint, seu intervenire, dici, cen-
seri, vel pretendi possent plene, et om-
nino supplemus, et sanamus.

S. 6. Certificantes: eandem praeter
litteras semper firmas et sicque inpra-
missis per quoscumque Iudices et Ac-
tuum, et inane.

S. 7. Non obstantibus Constitutioni-
bus, et Ordinationibus Apostolicis ceter-
isque contrariis quibuscumque.

S. 8.

99 S. S. Volumus autem: ut earumdem 99 Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris 109
99 presentium litterarum transcriptis etiam 99 die 2. Julij 1676. Pontificatus nos-
99 impressis ad 99 tri anno septimo.

99 Dat: apud Romae apud sanctam
99 Mariam

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale Romae in Archivo S^{ti} Caroli ad quatuor Fontes;
notitiam Discalceatorum. et adducitur à N^o Discalceato Josepho à Jesu Maria in
no Bullario pag: 603.

Innocentius XI.

Lombardus, ex Civitate Como, Benedictus Oderchalchi antea dictus,
Livij Oderchalchi Filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S^{ti} Onphrij
die 21. Septembris anno 1676. electus fuit summus Pontifex, corona-
tus vero die 4. Octobris ejusdem anni. Cujus electionem singulari
Dei Providentia factam, eventus ipse comprobavit; quia et Catholicae
Religionis, et Ecclesiasticae Disciplinae, ac immunitatis zelo ardentissi-
mo fuit; Mahometanaeque perfidiae infensissimus insectator. Sed illo
disponente, cujus incomprehensibilia sunt judicia: dum Ecclesia Sancta
tanto Pastore amplius indigere videbatur, e medio sublatus est, summe
dolentibus rectis, ac probis; perveris autem, et hostibus valde exultan-
tibus. Obijt igitur, non sine magna sanctitatis opinione, et signis, ut
fertur: die 12. Augusti 1689. Sepultusque est in Basilica Principi-
pis Apostolorum.

Bulla I.

Decretum Sacrae Congregationis de
Propaganda Fide eligens in Missionarium
Apostolicum in Civitatem de Fez R. P.
Fr Joannem à Jesu Maria Discalceatum
Hispaniae; sub directione R. P. Didaci à
S^{to} Bernardo.

99 Decretum Sacrae Congregationis Generalis
99 de Propaganda Fide, habita die 11. Decembris
99 1676.

99 Referente Em^o D^{no} Cardinali de Ma-
99 ximis Sacra Congregatio Missionarium
99 Apostolicum ad triennium declarat
99 ut Fratrem Joannem Jesu Ma-
99 riae Ordinis sanctissime Trinita-
99 tis Redemptionis Captivorum in Civita-
99 te Fez in Africa, sub directione

99 Joannem, et Praefectura Fe Didaci S^{ti} Ber-
99 nardi, vel alterius pro tempore Praefecti,
99 à Sacra Congregatione deputandi, cui
99 omnino parere debeat, ac necessarias
99 facultates ad missionem exercendam
99 ab eodem juxta sibi tributam Aucto-
99 ritatem in totum, vel in partem ve-
99 cipiat, servata semper ipsius Praefecti
99 tam circa facultates, quam circa lo-
99 cum, et tempus, easdem exercendi
99 moderatione: nullo modo vero ex-
99 tra fines suae missionis uti queat
99 ipsi. Dat: Romae die 22. Decembris
99 1676.

99 P. Card^s de Alterijs Praefectus.
99 loco et sigilli.

99 J. Ferrus Secret.

Bul-

Bulla II.

Eadem Sac: Congreg: Fr Joannem Bapt-
tytam de SS^{mo} Sacramento Missionari-
um Apostolicum constituit in Civitate
Tetuani sub directione Fr Andree à S^{to}
Joseph, Discalceati nostri Hispania.

97 Secretum Sac: congreg^{onis} de Propaganda
97 Fide, habita die 11. Decembris 1676.

97 Referente Em^{mo} D^{no} Cardinali de Ma-
97 ximis Sacra Congregatio Missionarium
97 Apostolicum ad triennium declaravit
97 Fr Joannem Baptistam de SS^{mo} Sacra:
97 mentis Ordinis Sanctissima Trinitatis
97 Redemptionis Captivorum in Civitate
Tetu-

97 Tetuani in Africa, sub directione tamen, et
97 Prefectura Fr Andree à S^{to} Joseph, vel
97 alterius pro tempore Prefecti, à Sac: Con-
97 greg^{one} deputandi, cui omnino parere de-
97 beat, ac necessarias facultates ad missio-
97 nes exercendas ab eodem juxta sibi tributa
97 auctoritatem in toto, vel in partem recipiat:
97 servata semper ipsius Prefecti, tam circa fa-
97 cultates, quam circa locum, et tempus eandem
97 exercendi moderatione, nullo modo vero ex-
97 tra fines sue missionis ipsi vā queat.
97 Dat: Roma die 11. Decembris 1676.

97 P. Card: de Alterijs Prefectus.

97 loco  sigilli

97 J. Ferrus Secret:

Bulla III.

Eadem Sacra Congregatio constituit Fr
Andream à S^{to} Joseph Prefectum Mis-
sionum in Civitate Tetuani.


97 Decretum Sacrae Congreg^{onis} Generalis
97 de Propaganda Fide, habita die 15.
97 Decembris 1676.

97 Referente Em^{mo} D^{no} Cardinali de
97 Maximis Sacra Congregatio Prefectum
97 missionum Fratrum Discalceatorum
97 Ordinis Sanctissima Trinitatis Redep-
97 tionis Captivorum in Civitate
Tetu-

97 Tetuani in Africa ad triennium declaravit
97 Fr Andream à S^{to} Joseph ejusdem Ordinis,
97 cum facultate, ea, quae ad missionis ré-
97 gimen pertinent, ad praescriptum Decre-
97 torum Sac: Congregationis, et facultat-
97 tum eidem concessarum, exercendi, et
97 non alias

97 Dat: Roma die 15. Decembris 1676.

97 P. Card: de Alterijs Prefectus

97 loco  sigilli

97 J. Ferrus Secret:

Bulla IV.

Sacra eadem Congregatio constituit Prae-
fectum Missionum in Civitate de Fez
Fr Didacum à S^{to} Bernardo Discalcea-
tum Hispania.

97 Decretum Sac: Congreg^{onis} de Propagan-
97 da Fide, habita die 15. Decembris 1676.

97 Referente Em^{mo} D^{no} Cardinali de
Maxi-

97 Maximis Sacra Congregatio Prefectum
97 Missionum Fratrum Discalceatorum Ord-
97 nis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Cap-
97 tivorum in Civitate Fezza in Africa
97 ad triennium declaravit Fr Didacum
97 S^{ti} Bernardi ejusdem Ordinis, cum
97 auctoritate, ea, quae ad missionis régi-
97 men pertinent, ad praescriptum Decre-
97 torum Sac: Congregationis, et facultatum,
97 eidem concessarum exercendi, et non
alias

Alias.

Dat. Roma 23 Decembris 1676.

P. Card. de Alterij Prefectus.

locus sigilli.

J. Cerrus Secret.

Notabilia

1. Haec quatuor Decreta extant Originalia in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum; et adducuntur a No. Discalceato Josepho a Jesu Maria in suo Prullario pag: 607. y 608. Pro quorum intelligentia notat pag: 613. quod sua ^{congregatio} Discalceatorum Hispaniae intendit Hospitalia instituire in Africa in Civitatibus de Tetuan, et de Fez, pro ministrandis sanctis Ecclesiae Sacramentis fidelibus Christianis Captivis, pro curandis infirmis ex eis, et pro illorum omnium spirituali, et temporali solatio, ac perseverantia in fide catholica. Quae Hospitalia non modicis redditibus locupletavit Nobilissimus, atque Excellentissimus Dominus Dominus Petrus Folch de Aragon, et praclarissima, et antiquissima Familia Ducum de Cardona, et de Segobe, a Regibus Aragonum originem ducente.

2. In hunc igitur sanctum, et heroicum finem, Diffinitorium Generale Congregationis nostrorum Discalceatorum Hispaniae ad finem anni Domini 1666, atque initium anni 1667, elegit, et misit in Africa penominatos Patres, Fratrem Andream a S^{to} Joseph, et Fratrem Diolacum a S^{to} Bernardo, Fratrem Joannem a Jesu Maria, et Fratrem Joannem Baptistam a S^{mo} Sacramento, simul cum duobus Fratribus laicis. Pro praefatis ergo Patribus impetrata fuerunt a Nostris Discalceatis haec Decreta, et istudata. Sed cum Mauri illius Regionis, inter Barbaros Barbarissimi sint, et inter infideles infidelissimi dignoscantur, licet Sacerdotes Religiosos susceperunt, benignosque erga ipsos se exhibuerunt in principio; tamen non multo post avaros, crudeles, atque foedifragos se ostenderunt, tot, tantisque molestiis Missionarios affligentes, et praesertim tot, tantaque nova auxilii et argenti tributa ab eis exigentes; ut omnino impossibili fieret Hospitalium conservatio; unde et illa deserere coacti fuerunt.

3. Hinc laudibus extollenda est Provincia castella Nostrorum Calceatorum, quae Algerij, et Tunisij fundavit Hospitalia, et illa conservat in gloriam S^{mae} Trinitatis, honorem Religionis, et utilitatem spiritualem, et Temporalem Pauperum, et infirmorum, Christianorum Captivorum. Imo non solum Christianorum Captivorum, sed etiam Captivorum Protestantium, et Haereticorum, ex quibus multi in infirmitatibus corporalibus ad dicta Hospitalia convolantes, non solum corporalem, sed spiritualem etiam animarum suarum salutem adepti sunt, nos errores abjucando, et cum Ecclesia se reconciliando, doctrinis, et exemplis Religiosorum illis assistendi, et ministrantium; de quorum infirmitatibus dici poterat. Infirmitas haec non est ad mortem, sed ut manifestentur opera Dei. Gratia tribuantur S^{mae} Trinitati in secula seculorum. Amen.

Bulla V.

Procipit: ne libri, nec folia impressa, nec manuscripta extrahantur ex Bibliotheca Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum.

Innocentius Papa XI.

Ad futuram rei memoriam

S. L.

S. 1. Conservationi, et manutentioni librorum Conventus Fratrum Ordinis S^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum Oppidi Matriti, Toletanae Diocesis, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, et dilectos filios

112
 112 *Sancti Didaci de Ieru Procuratoris Generalis*
 11 *dicti Ordinis, et Moderni Ministri, et Fra-*
 11 *tres dicti Conventus specialibus favoribus, et*
 11 *gratijs protegi volentes, et eorum singula-*
 11 *res personas a quibusvis excommunicationis*
 11 *et usque ad: et absolutas fore consentes:*
 11 *Supplicationibus eorundem Procuratoris Gene-*
 11 *ralis, et Moderni Ministri, et Fratrum nomi-*
 11 *ne Nobis super hoc humiliter porrectis in-*
 11 *clinati: ne de cetero quisquam quavis aucto-*
 11 *ritate, superioritate, et officio fungens, li-*
 11 *bricos, quinterna, folia, sive impressa, sive ma-*
 11 *nascripta, tam hactenus per quoscunque Chri-*
 11 *tifideles dicto Conventui donata, quam in*
 11 *posterum forsitan donanda, et assignanda,*
 11 *quibusvis personis commodare, aut sub quo-*
 11 *vis quavis colore, ingenio, causa, ratione,*
 11 *aut occasione, e Conventu predicti Bibli-*

11 *otheca magna extrahere, et asportare, seu ut*
 11 *commodentur, et extrahantur, ac asportentur*
 11 *permittere, aut consentire audeat, seu presu-*
 11 *mat, sub excommunicationis lata sententia pe-*
 11 *na, ac privationis vocis active, et passive, eo-*
 11 *ipso, absque alia declaratione incurreda: aucto-*
 11 *ritate Apostolica tenore presentium interdic-*
 11 *mus, et prohibemus.*

11 *S. 2. Non obstantibus Constitutionibus*
 11 *et Ordinationibus Apostolicis et ceteris-*
 11 *que contrarij quibuscumque*

11 *S. 3. Volumus autem: quod presen-*
 11 *tis prohibitionis copia in aliquo dicti Con-*
 11 *ventus conspicuo loco, quo ab omnibus cerni*
 11 *possit, continuis affixa remaneat.*

11 *Dati Roma apud S. Petrum sub annu-*
 11 *lo Piscatoris die Vigesima prima Jan-*
 11 *uarij 1677. Pontificatus nostri an-*
 11 *no primo.*

otheca

Notabilia

Custoditur hoc Breve Originale in Archivo Conventus Matritensis notiorum Discal-
ceatorum; et adducitur a Notario Discalceato Iosepho a Iesu Maria in suo Bullario
pag: 614.

Bulla VI.

Concedit Noster Discalceatis Hispanice
quot annis die 22. Novembrii, in confes-
se sacra communione refecti, renovaverint
sua[m] professionem, et oraverint in Ecclesia
vel in Choro pro Christianorum Principum
Concordia et indulgentiam Plenariam.

11 *ti: omnibus, et singulis ejusdem Ordinis, et*
 11 *Congregationis vere poenitentibus, et Confessis*
 11 *ac sacra Communione refectis: quoties in Ecce-*
 11 *lesia, vel Choro quisque sui Conventus respective*
 11 *dicto die Professionem renovaverit, ut profe-*
 11 *sur, et ibi pro Christianorum Principum Concor-*
 11 *dia, harenum extirpatione, ac S^{te} Mariæ Ecc-*
 11 *lesia exaltatione pias ad Deum preces effe-*
 11 *derit: Plenariam omnium peccatorum suorum*
 11 *indulgentiam, et remissionem Misericordi-*
 11 *ter in D^{no} concedimus.*

11 *Innocentius Papa XI.*
 11 *Ad futuram rei Memoriam.*

11 *S. 1. Cum, sicut accepimus, Univer-*
 11 *si Fratres Ordinis Snd Trinitatis Re-*
 11 *demptionis Captivorum Excalceati nunc*
 11 *pate Congregationis Hispanice, ex lau-*
 11 *dabili eorum instituto in Ecclesia, seu*
 11 *Choro quotannis Professionem renovare die*
 11 *duodecima Novembrii consueverint: Nos*
 11 *ut opus tam pium majori cum fructu*
 11 *fiat, et ad augendum eorundem Fratrum*
 11 *devotionem, et animarum salutem, coele-*
 11 *stibus Ecclesie Thesauris pia Charitate inten-*

11 *S. 2. Presentibus ad septennium*
 11 *tantum validuris.*

11 *S. 3. Volumus autem: quod presen-*
 11 *tium deansumptis, etiam impressis. et.*

11 *Dat: Roma apud Sanctum*
 11 *Petrum sub Annulo Piscatoris die*
 11 *Vigessimanona Januarij 1677.*
 11 *Pontificatus nostri anno primo.*

Not

Transumptum hujus Brevis impressum asservatur in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum, et adducitur à N^o Discalceato Josepho à Jesu Maria in suo Bullario pag: 615. Jam expiravit, sed aliud videbimus infra ab ipso Papa concessum.

Bulla VII.

sive Decretum Sacra Rituum Congregationis pro introductione Cause Beatificationis, et Canonizationis V. Servi Dei Fratris Joannis Baptistae à Conceptione Fundatoris nostrorum Discalceatorum Hispaniae: approbatum à SS^{mo}.

„ Cordubensis.

„ Beatificationis, et Canonizationis V. Servi Dei Fr. Joannis Baptistae à Conceptione Fundatoris, sive primi Reformatoris Excalceatorum Religionis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum.

„ Facta relatione in Sacra Congregatione per Em^{um} Cardinalem de Maximis, ponentem causa predicti servi Dei, de, et super, omnibus contentis in Processibus Auctoritate Ordinaria confectis super Articulis: Fama Sanctitatis, vita, virtutibus, et Miraculis, predicti Servi Dei

„ Dei, pro admissione Commissionis, introductionis predictae cause in eadem Sacra Congregatione, manu SS^{mi} signandi: Et eadem Sacra Congregatio, auditio etiam R^{mo} Fidei Promotore, censuit: admittendam, et signandam esse predictam Commissionem, si SS^{mo} placuerit. Hac die 16 Januarij 1677.

„ Et facta de predictis SS^{mo} relatione, Sanctitas sua annuit, et propria manu signavit. Die tertia Martij 1677.

„ Cardinalis Carpinus.

„ Bernardinus Casalius
„ Sacr: Rit: Congregationis Secretarius.

Notabilia

Non adducitur hoc Decretum à R. P. Fr. Josepho à Jesu Maria in suo Bullario, quia abs dubio ad manus ejus non pervenit; sed adducitur à R. P. Fr. Alexandro à Matre Dei in sua Discalceatorum Chronica. Parte 3^a pag: 171.

Bulla VIII.

Enumerat facultates concessas ab Innocentio XI. Fratri Andrea de S^{to} Josepho Ordinis SS^{me} Trinitatis, in Congregatione S^{ta} Romana, et Universalis Inquisitionis Praefecto Missionum in Civitate Tetuana.

„ Facultates concessae à SS^{mo} Domino nostro, Domino Innocentio divina providentia Papa XI. Fratri Andrea de S^{to} Josepho Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum, Discalceatorum, Praefecto Missionum ejusdem Ordinis in Civitate Tetuana.

„ 1. Dispensandi in quibuscunque irregularitatibus, exceptis illis, quae ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt: et in his duobus casibus, etiamsi praecisa necessitas Operariorum ibi fuerit, si tamen quoad homicidium voluntarium, ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur.

„ 2. Dispensandi, et commutandi vota simplicia, etiam Castitatis, ex rationali causa, in alia pia opera; non tamen Religionis.

114 3. Absolvendi, et dispensandi in quacumque
que simonia, etiam reali, dimissis Beneficijs;
et super fructibus male perceptis, injuncta ali-
qua elemosina, vel poenitentia salutari ac-
tibus dispensantis: vel etiam retentis Bene-
ficijs, si fuerint Parochialia, et non sint, qui
Parochijs præfici possunt.

4. Dispensandi in tertio, et quarto
gradu consanguinitatis, et affinitatis sim-
plici, et mixto; et in secundo, tertio, et quar-
to mixtis; non tamen in secundo solo,
quoad futura Matrimonia; quo vero ad
preterita etiam in secundo solo, dummo-
do nullo modo attingat primum gradum,
cum ijs, qui ab hæresi, vel infidelitate
convertuntur ad fidem Catholicam:
et in prædictis casibus prolem suscep-
tam declarandi legitimam.

5. Dispensandi super impedime-
nto publicæ honestatis iustitiæ ex spõ-
salibus proveniente

6. Dispensandi super impedime-
nto Criminis, neutro tamen conjugum ma-
chinante: ac restituendi jus petendi
debitum amissum.

7. Dispensandi in impedimento
cognationis spiritualis, præterquàm in-
ter levantem, et levatum.

8. Hæc verò dispensationes matrimo-
niales, videlicet quarta, quinta, sexta, et
septima non concedantur, nisi cum clau-
sula: Dummodo mulier rapta nõ fuerit;
et si rapta fuerit, in potestate raptoris
non existat; neque in utroque foro, ubi
erunt Episcopi, sed in foro conscientie
tantum. Et in illis expediendis tenor
hujusmodi facultatum in dispensationi-
bus inseratur, cum expressione tem-
poris ad quod fuerint concessæ.

9. Dispensandi cum Fertilibus, et In-
fidelibus plures uxores habentibus, ut post
conversionem, et Baptismum, quam ma-
luerint ex ipsis, si etiam ipsa fidelis fiat,
retinere possint, nisi prima voluerit
converti.

10. Absolvendi ab hæresi, et Apostasia
a fide, et a schismate quoruscumque eti-
am Ecclesiasticos, tam seculares, quam Re-
gulares; non tamen eos, qui ex locis fuerint

quibus sanctis Officiis exercebatur, nisi in locis
missionum, in quibus impune grassantur
hæreses, deliquerint: nec illos, qui judicialiter
abjuraverint, nisi ita nati sint ubi impune gras-
santur hæreses, et post judicialem abjuracionem
illuc reversi, in hæresim fuerint relapsi: et hos
in foro conscientie tantum.

11. Absolvendi ab omnibus Casibus Sedi
Apostolica reservatis, etiam in Bulla Coena
Domini contentis.

12. Benedicendi paramenta, et alia ve-
tensilia pro Sacrificio Missæ.

13. Reconciliandi Ecclesias pollutas
aquâ ab Episcopo benedictâ; et in casu ne-
cessitatis, etiam aquâ non benedictâ ab E-
piscopo; hujusmodique facultatem communi-
candi simplicibus sacerdotibus.

14. Consecrandi Calices, patenas, et Al-
taria portatilia cum oleis ab Episcopo
benedictis; ubi non erunt Episcopi, vel dis-
sent per duas dietas, vel sedes vacent.

15. Dispensandi quando expedire
videbitur, super usu Carnium, ovorum,
et lactis minorum, tempore jeuniorum, et
præsertim Quadragesimæ.

16. Celebrandi bis in die, si necessi-
tas urgeat; ita tamen, ut in prima Mis-
sa non sumpserit ablutioem. Per ve-
nam horam ante Auroram; et aliam
post meridiem. In Altari portatili.
Sine Ministro. Sub dio, et sub terra; in
loco tamen decenti. Etiam si Altare sit
fractum, vel sine Reliquijs sanctorum.
Et presentibus hæreticis, schismaticis, In-
fidelibus, et excommunicatis, dummodo
Minister non sit hæreticus, aut excom-
municatus, aut aliter celebrari nõ possit.
Hujusmodi autem facultate celebrandi
bis in die, nullatenus uti liceat, nisi ra-
tionimè, et ex gravissimis, et urgentissimis
causis, in quo graviter ejus conscientia
oneratur. Quod si ad presens, aut in-
posterum quando cùmque adierit Episcopus,
aut Vicarius Generalis, aut Capitularis,
nive Vicarius Apostolicus, ad cujus Di-
occesim, seu Administrationem pertineant
loca, ubi secundo celebrari contigerit, præ-
sata facultas bis celebrandi, nullius prorsus
sit roboris, ac momenti, nisi prius prædicto
Episcopo, aut eo absente ipsius Vicario Ge-
nerali

99 necesse, aut respective Capitulari, aut Vi-
 99 cario Apostolico fuerit exhibita, ab eoque
 99 examine, et approbata fuerint in scrip-
 99 tis causa ea utendi; nec aliter conce-
 99 sa intelligatur, quam juxta moderatio-
 99 nem ab ipso apponendam, et non alias.
 99 Cujus Episcopi, seu Vicarij conscientia o-
 99 neratur, ut non nisi in urgentissimis
 99 causis, et ut supra dictum est, et ad bre-
 99 ve tempus ea vti permittat. Quam
 99 tamen facultatem poterit Episcopus, seu
 99 Vicarius, si in Domino visum fuerit expedi-
 99 re, ad aliud breve tempus pluries, et
 99 eadem servata forma prorogare, intra
 99 tempus in hac facultate. a. Gra. Sede co-
 99 cessum, et non ultra. Id ipsum autem
 99 prorsus servetur ab ijs, quibus eadem
 99 facultas celebrandi bis in die, juxta po-
 99 tentiam inferius apponendam communi-
 99 cata fuerit: adeo ut nemo ex ipsis, nisi
 99 juxta moderationem, ab Episcopo, vel ejus
 99 Vicario Generali, vel Capitulari, seu Vica-
 99 rio Apostolico, ut dictum est, singulis
 99 apponendam, hujusmodi facultate uti
 99 valeat; injuncto eorumdem Episcoporu,
 99 seu Vicarioru conscientia, ut ultra su-
 99 perius dicta non omnibus indifere-
 99 ter, quibus fuerit communicata; sed
 99 paucis dumtaxat, iisque maturio-
 99 ris prudentia, ac Zeli, et qui absolu-
 99 te necessarii sunt: nec pro quolibet
 99 loco, sed ubi gravis necessitas tulerit,
 99 et ad breve tempus, ut dictum est, fa-
 99 cultatem ad hoc communicatam approbet.

99 17. Concedendi indulgentiam ple-
 99 nariam primo conversis ab haeresi,
 99 atque etiam fidelibus quibuscunque
 99 in articulo mortis saltem contritis,
 99 si confiteri non poterunt.

99 18. Concedendi indulgentiam ple-
 99 nariam in Oratione Quadragesima Ho-
 99 raxo, ter in anno indicenda debet
 99 bene viris, contritis, et Confessis, ac Sacra
 99 Communione repletis; si tamen ex concursu
 99 Populi, et expositione SSmi Sacramenti

99 nulla probabili suspicio sit sacrilegij
 99 ab haeticis, seu infidelibus, vel magis-
 99 tratum offensum iri.

99 19. Recitandi sibi easdem in-
 99 dulgentias.

99 20. Singulis secundis Ferijs non im-
 99 peditis Fests novem lectionum, vel eis
 99 impeditis, die immediate sequenti, ce-
 99 lebrando Missam de Requiem, in quocun-
 99 que Altari, etiam portatili, liberandi
 99 animam secundum ejus intentionem
 99 a Purgatorij poenis per modum suffragij.

99 21. Deferendi SSmi Sacramentu
 99 occulte ad infirmos, sine lumine, illud-
 99 que sine eodem retinendi pro eisdem
 99 infirmis, in loco tamen decenti, si ab
 99 haeticis, seu infidelibus sit pericu-
 99 lum sacrilegij.

99 22. Induendi vestibus seculari-
 99 bus, si aliter transire, vel permanere
 99 non poterit in locis Missionu.

99 23. Recitandi Rosarium, vel ali-
 99 as preces, si Breviarium secum defer-
 99 re non poterit, vel Divinum Officium
 99 ob aliquod legitimu impedimentu
 99 recitare non valeat.

99 24. Tenendi, et legendi, non tamen
 99 alij concedendi, libros haeticoru, vel
 99 infidelium, de eorum Religione trac-
 99 tantiu, ad effectum eos impugnandi, et
 99 alias quomodolibet prohibitos, praeter
 99 opera Caroli Molineri, Nicolai Machi-
 99 avelli, et libros de Astrologia judicaria
 99 principaliter, aut incidenter, vel alias
 99 quovis modo de ea tractates: ita tamen
 99 ut libri ex illis Provincijs non eferantur.

99 25. Administrandi omnia Sacrame-
 99 ta, etiam Parrochialia, Ordine, et Co-
 99 firmatione exceptis: et quoad Sacra-
 99 menta Parrochialia, in Diocesis ubi
 99 non erunt Episcopi, vel Ordinarij, aut
 99 eorum Vicarij, vel in Parrochijs, ubi
 99 non erunt Parrochi, vel ubi erunt
 99 de eoru licentia.

99 26. Communicandi has facultates
 99 in totu

nulla

116
 in totum vel in partem, ad tempus sibi
 bene visum, sacerdotibus suae Religio-
 nis, quos sacra Congregatio de propaga-
 da fide destinaverit, et approbaverit; et
 non alias: necnon easdem revocandi
 seu moderandi, prout magis in Domino
 expedire judicaverit. Ita tamen, ut nec
 eidem Praefecto, nec ipsorum cuilibet lice-
 at ullo pacto ubi extra fines suae Mis-
 sionis.

Et praedictae facultates gratis, et
 sine ulla mercede exercentur, et ad
 triennium tantum concessa intelligatur.
 Feria V.

Bulla IX.

Enumerat facultates à SS^{mo} Innocentio
 XI. concessas Praefecto Patri Fr. Didaco
 à sancto Bernardo Praefecto Missio-
 num in Civitate de Fez, in Africa.

Facultates concessae à SS^{mo} Domino
 nostro, Dño Innocentio divina provi-
 dentia Papa XI. Fr. Didaco de sancto
 Bernardo Ordinis SS^{mae} Trinitatis
 Redemptionis Captivorum, Discalcea-
 torum: Praefecto Missionum ejusdem
 Ordinis in Feza in Africa.

1. Dispensandi in quibuscuque
 irregularitatibus et ubi ut in praece-
 dentibus facultatibus: post quas se-
 quitur decretum hujusmodi.

Feria V. die 6. Maij 1677.

In

Notabilia

Asservantur haec Decreta N^{mi} Dñi Innocentij Papae XI. in Congregatione
 S^{tae}, Romanae, et Universalis Inquisitionis: asservantur inquam in Archi-
 vo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum; et adducuntur à No-
 tario Discalceato à Iesu Maria in suo Bullario pag: 609. 610. 611. et 612. Facul-
 tates praedictae solum fuerunt ad Triennium; et illa Hospitalia, Fezzae,
 et Tetuani defecerunt; non fuit necessarium, dictas facultates iterum impe-
 trare.

Feria V. die 6. Maij 1677.

In Congregatione Gen^{li} S^{tae}, Romanae, et
 Universalis Inquisitionis, habita in Palatio
 Apostolico apud S. Petrum SS^{mi} Dñs
 noster Innocentius Papa XI praedictus
 concessit supradictas facultates praefecto Fr.
 Andrae de S^{to} Josepho Ord. SS^{mae} Tri-
 nitatis Redempt. Captivorum Praefecto Missio-
 num Discalceatorum ejusdem Ord. in Civitate
 Tetuana in Africa. Ad triennium.

A. Cardinalis Barberinus.

Loco II Sigilli. Franciscus Riccardus
 S^{tae}, Romanae, et Universalis Inquis^{oni} Notarius.

In Congregatione Generali sancti Of-
 ficij habita in Palatio Apostolico A-
 pud sanctum Petrum sanctissimus
 Dominus noster Innocentius Papa
 XI. praedictus concessit supradictas
 facultates Praefecto Fr. Didaco de
 sancto Bernardo: Praefecto Missionum
 dicti Ordinis in Fezza in Africa.
 Ad triennium proximum.

A. Cardinalis Barberinus.

Loco II Sigilli.
 Franciscus Riccardus
 S^{tae}, Romanae, et Universalis Inquis^{oni} Notarius.

Bull

Bulla X.

Indulgentias plenarias concessas à Clemēte X. in diebus Inventionis S. Crucis, et Nativitatis S. Joannis Baptista, ac S. Michaelis Archangeli, atque S. Clementis: transferri ad dies S. Catharinae V. et M. S. Agnetis 2. Dominicae 2. Octobris, et Feria IV. cinerum.

Innocentius Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam

S. L. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij, Petrus Merier, Minister Generalis, et Josephus Monier Procurator Generalis, Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum: necnon Officiales, et Fratres Confraternitatis sub invocatione SS. Trinitatis, ut asseritur, institutarum: quod inter alias indulgentias, quae dictis Confratribus auctoritate Apostolica concessae esse dicuntur: Omnibus, et singulis Confratribus, et consociis eorumdem Confraternitatum, verè poenitentibus, et confertis, ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesias, seu Cappellas, vel Oratoria, respective Confraternitatum hujusmodi, in Inventionis S. Crucis, Nativitatis S. Joannis Baptista, Dedicacionis S. Michaelis Archangeli et S. Clementis Papae et Martiris festis diebus à 1. Vesperis usque ad occasum solis diem hujusmodi singulis annis devotè visitassent, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticorum exaripatione, et S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum pre-

ces effudissent plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia, et remissio concessa fuit auctoritate Apostolica, qua ipsi confratres, et consocios, praemissa peragentes de presenti fruuntur.

S. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Confratres, et consocios Confraternitatis hujusmodi, indulgentiam praedictam in diebus praefatis concessa, minus commode lucrari valeant, illamque propterea per Nos, ut infra, transferri sumopere desiderent.

S. 3. Nos supplicationibus dictorum exponendum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: indulgentiam plenariam, in Inventionis S. Crucis, Nativitatis S. Joannis Baptista, Dedicacionis S. Michaelis Archangeli, et S. Clementis Papae, et Martiris festis diebus, ut praefertur concessam, in Sanctarum, Catharinae Virg. et Martiris, et S. Agnetis 2. festos dies: necnon Dominicam 2. Octobris, ac Feriam IV. Cinerum: Apostolica auctoritate tenore praesentium, servata tamen in reliquis, litterarum super conditione hujusmodi Indulgentiae, emanatarum forma, perpetuo transferimus.

S. 4. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Dat: Rome apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die decima quarta Decembris 1678. Pontificatus nostri anno tertio.

Notabilia

Hoc Breve reperitur Originale in Archivo N. Conventus S. Mathurini Parisiensis, ubi illud transcripsi anno 1758.

Bulla XI

Confirmat translationem festi S. P. N. Joannis à die 17. Decembris ad diem 8. Februarij, et festi S. P. N. Felicis à die 4. Novembris ad diem 20. ejusdem mensis.

Innocentius Papa XI.

Ad futuram rei memoriam S. L.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus à Jesu Procurator Generalis Congregationis Hispanice Fratrum Discalceatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum: quod cum Testa sanctorum Joannis de Mata, et Felicis de Valois

Valois, Fundatorum dicti Ordinis in dies
 impeditos: nempe festum S^{ti} Joannis in die
 17. Decembris, in quo incipiunt Antiphonae
 majores Breviarij Romani; Festum vero
 S^{ti} Felicis in diem 4. Novembris S^{to} Carolo
 Borromeo dicatum, respective incidere: con-
 gregatio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
 Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum
 die 14. Novembris 1676, concessit: ut sus-
 praedicta festa ad primos dies non impe-
 ditos festo novem lectionum transferretur.

S. 2. Verum, cum inde fieret: ut
 hujusmodi festa in illis Regnis, in quibus
 ex indulto Apostolico cum Officio, et Missa
 celebrantur, ob diversa impedimenta diversimode
 celebrarentur: Praedictus Philippus
 Procurator Generalis, eidem Congregationi
 Cardinalium supplicavit: ut eisdem S^{ti}
 particulares dies designaret. Ipsa vero
 Congregatio die 6. Maij proxime praeter-
 iti, hujusmodi assignationem remisit
 arbitrio Venerabilis Fratris nostri Carac-
 ris Episcopi Portuensis, ejusdem S. R. E.
 Cardinalis Facchenetti nuncupati. Quo
 Festo quidem S^{ti} Joannis de Mata diem
 octavam Februarij; Festo autem S^{ti} Fe-
 licis de Valois diem viginti Novem-
 bris; ut pariformiter ab omnibus, qui-
 bus ab hac S^{ta} Sede Apostolica concessum
 est, celebrari possint, et valeant, respective
 assignavit.

S. 3. Cum autem sicut eadem
 expositio subjungebat, dictus Philip-
 pus Procurator Generalis, assigna-
 tionem hujusmodi, quo firmitus
 subscibat, et servetur exactius, Apo-
 stolica

apostolica Confirmationis nostrae patrocinio co-
 muniri plurimum desideret.
 S. 4. Nos ipsum Philippum Pro-
 curatorem Generalem specialibus favori-
 bus, et grati protequi volentes: et a quibus-
 vis excommunicationis, ad usque ad: et
 absolutum fore censentes: supplicationibus
 ejus nomine, Nobis super hoc humiliter
 prorectis inclinatis: assignatione diei oc-
 tavi Februarij Festo S. Joannis de Mata,
 et diei viginti Novembris Festo S. Fel-
 cis de Valois, praedictorum, a memorato
 Caesare Episcopo Portuensi, et Cardinali fac-
 tam, ut praefertur, Auctoritate Aposto-
 olica, tenore praesentium approbamus,
 et Confirmamus, illique invidiabilis A-
 postolica firmitate robur adjicimus. Ne
 omnes, et singulos, juris, et facti defectus,
 si quis de super quomodolibet interven-
 rint supplemus.

S. 5. Decernentes: easdem praesentes
 litteras semper firmas ad usque ad: et
 quocumque Iudices ad usque ad: et irritum
 et inane ad usque ad:

S. 6. Volumus autem: ut earum-
 dem praesentium litterarum transcrip-
 ti manu alicujus Notarii publici
 subscriptis, etiam impressis, et si-
 gillo alicujus personae in dignitate
 Ecclesiastica constitutae munitis
 etc.

Dat: Romae apud Sanctam
 Mariam Majorem sub Annulo
 Piscatoris die trigesima Julij
 1679. Pontificatus nostri
 anno tertio.

Notabilia

Hujus Brevis extat transumptum Authenticum in Archivo Conventus Mar-
 titensis nostrorum Discalceatorum, et adducitur a N^o Discalceato Josepho
 a Jesu Maria in suo Bullario. pag. 626. Decretum autem Sacrae Con-
 gregationis, de quo in presenti Brevis, asservatur Originale in praedi-
 cto Archivo.

Bul-

Bulla XII.

Summarium Indulgentiarum à Summis Pontificibus concessarum Confraternitatibus SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum à Sacra Congregatione recognitum, et approbatum.

Summarium Indulgentiarum à Summis Pontificibus, Confraternitatibus ab Ordine SS^{me} Trinitatis Redemptionis fidelium Captivorum erectis, et institutis concessarum.

Qui Ordo non sine divina revelatione à gloriosis Sanctis, Joanne de Malta, et Felice de Valois, fundatus fuit. Eadem Confraternitates quamplurimi Reges, Principes, Nobiles, et innumeri utriusque Sexus Christianifideles ingressi sunt, qui ad tam frequentes à dicto Ordine, ab initio illius foundationis, usque ad præses factas liberalibus elemosinis cooperati sunt.

Indulgentiæ vero sunt infra scriptæ omnis revocatis à P. Pio V, quæ manus adiutores requirebant; postea à Paulo V. qui revocatis antiquis novas concessit; et postremo à Clemente X. qui omnes generaliter, exceptis in hoc præsentis folio contentis, nonnullis confirmatis, et alijs, prout in Brevis sub data 3. Junij 1673. de novo concessis, revocavit.

Indulgentiæ à Paulo V. dictis confratribus, et sororibus concessæ.

1. Omnibus, et singulis utriusque sexus Christianifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra Communione reffectis, prima die qua in dicta Confraternitate describentur, ac Habitum, seu Scapularium, manu alicujus superioris dicti Ordinis benedictum, susceperint, absque voti emissionem: Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem concessit.

2. Eisdem Confratribus, et sororibus nunc, et pro tempore existentibus, scapularium supradictum deferentibus, si vere poenitentes, et confessi, ac sacra Communione reffecti SS^{imum} nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde, in cujuscumque mortis articulo devotè invocaverint: Plenariam.

3. Eisdem Confratribus, et sororibus, qui vere poenitentes, et confessi, ac sacra Communione reffecti, Ecclesias, aut Cappellas, vel oratoria Ordinis, aut Confraternitatis in die Festo SS^{me} Trinitatis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac SS^{te} Mariæ Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint: Plenariam.

4. Eisdem Confratribus, et sororibus qui ad partes infidelium Captivos redimendi gratia se transtulerint, ac prius vere poenitentes, et confessi, SS^{imum} Eucharistiæ sacramentum sumpserint: Plenariam.

5. Ipsique Captivi redempti, qui intra mensem à die eorum reductionis computandum, vere poenitentes, et Confessi SS^{imum} Eucharistiæ Sacramentum susceperint: Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concessit.

6. Eisdem Confratribus, et sororibus, qui supradictum Habitum, seu Scapularium benedictum, Redemptionis signo munitum pio cordis affectu detulerint, ac semel in die sexies Orationem Dominicam cum versiculo Gloria Patri etc, ac etiam sexies salutationem Angelicam cum eodem versiculo Gloria Patri etc, pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac SS^{te} Mariæ Ecclesie exaltatione recitaverint: septem annos, et totidem quadragenas.

7. Eisdem Confratribus, et sororibus, qui supradictas Ecclesias, vel Cappellas, aut Oratoria Ordinis, vel Confraternitatis hujusmodi in Nativitatis, et Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, et Assumptionis B^{te} Mariæ Immaculatae, ac SS^{te} Agnetis 2^e (quo die revelatione divina predictus Ordo Redemptionis Captivorum fuit institutus) visitaverint, ac predictas Orationes pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac SS^{te} Mariæ Ecclesie exaltatione recitaverint: 7. annos, et totidem quadragenas.

8. Eisdem confratribus, et sororibus, qui vere poenitentes, et confessi, Processioni Sacerdotali nuncupata, de licentia Ordinarii facienda in una Dominica cujuslibet mensis, a Superioribus dicti Ordinis designanda, interfuerint septem annos, et totidem quadragenas.

9. Eisdem confratribus, et sororibus qui pia opera, tam spiritualia quam temporalia in remissionem peccatorum suorum, ac pro Redemptione captivorum a servitute Turcarum, et aliorum infidelium, exercuerint, septem annos, et totidem quadragenas.

10. Eisdem Confratribus, et sororibus qui vere poenitentes, et Confessi, ac sacra Communionem refecti quotidie per annum sex Orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam, et in fine semel versiculum Gloria Patri cum versiculis, responsorijs, et orationibus a praedictis Superioribus assignatis, recitaverint, et pro Captivis apud Turcas detentis, ne nomen Domini nostri Jesu Christi abnegent, sed constantes in fide persistant, et quantum liberentur, oraverint: septem annos.

11. Eisdem Confratribus, et sororibus, qui confessi, vel saltem firmum propositum confitendi habentes, captivos redemptos processionaliter receperint, et ad Ecclesiam, Cappellam, vel Oratorium dicti Ordinis, vel Confraternitatis committendi fuerint, septem annos, et totidem quadragenas.

12. Eisdem Confratribus, et sororibus, qui cum lumine, vel si nequiverint absque lumine, SS^{mi} Eucharistia communicandi cum ad infirmos deferri committendi fuerint, et pro his oraverint, quinque annos, et totidem quadragenas.

13. Eisdem Confratribus, et sororibus quodvis Defunctorum Corpora tam confratrium, et sororum, quam aliorum dum ad sepulturam deferuntur committendi fuerint, et pro his oraverint: centum dies.

14. Eisdem confratribus, et sororibus, qui missis, et alijs divinis Officijs in Ecclesijs, vel Cappellis, seu Oratorijs praedictae Confraternitatis celebrari solitis; vel Congregationibus publicis, aut privatis ejusdem interfuerint: aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum operum centum dies.

Supradictae indulgentiae concessae fuerunt a felicis Recordationis Paulo V. anno 1608. die 6. Augusti per Breve, quod incipit: Caeterae Ecclesiae Theravros Idem Pontifex anno 1620. die 6. Novembris, per Breve, quod incipit: Pias Christianissimum Confraternitates, sequentem indulgentiam plenariam concessit.

15. Confratribus, et sororibus SS^{mae} Trinitatis, ac SS^{ae} Mariae de Remedio in Ecclesijs dicti Ordinis, qui vere poenitentes, et confessi, ac sacra Communionem refecti Processioni in una Dominica cujuslibet mensis in dicti Ordinis Ecclesijs fieri solita interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticorum extirpatione, ac SS^{ae} Mariae Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint: plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem.

Et quia ad consequendas indulgentias de quibus numero 10. Ordinatus noster Pontifex, ut post sex Orationes Dominicales, et post tres salutationes Angelicas cum Versiculo Gloria Patri cum versiculis, et nonnulla responsoria dicantur: a Superioribus dicti Ordinis assignanda; poterit dici unum Salve Regina.

Indulgentiae a felicis recordationis Clemente Papa X. concessae.

Confratribus, et sororibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesijs dicti Ordinis, aut confraternitatis, vel Oratorii in ejusdem, in quibuslibet infra scriptis diebus devote visitantibus et ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticorum extirpatione

ac S^{ta} Mariæ Ecclesia exaltatione pro capti-
vitate libertate, et eorum in fide perseveran-
tia, pias ad Deum preces effundentibus, si-
licet in Nativitatis, et Purificationis B^{te} Ma-
rie virginis, Immaculate, in sanctorum Mi-
chaelis Archangeli, Clementis Papæ, et Marti-
ris; inventionis S^{te} Crucis, Nativitatis S^{ti} Jo-
annis Baptiste, festis diebus: Plenariam
omnium peccatorum suorum indulgentiam,
et remissionem.

Similiter in sanctorum, Joannis de
Mata, et Felicis de Valois, Patrum nostrorum
festis diebus, Ecclesias Ordinis visitanti-
bus: indulgentiam plenariam, et omnium
peccatorum remissionem.

Idem Clemens Papa X. Confratribus,
et sororibus, Ecclesias Ordinis visitan-
tibus, aut Confraternitatis cappellan, vel
oratoria, Indulgentias Stationum Urbis,
in Missali Romano expressarum in diebus
earumdem Stationum concessit.

Denique Indulgentie plenarie in
S^{ti} Michaelis Archangeli, S^{ti} Clementis
Papæ, et Martiris, Inventionis S^{te} Crucis
ac Nativitatis S^{ti} Joannis Baptiste festis
diebus pridem concessa: modo ad alios
quatuor dies: Videlicet: diem Cinerum,
2^a Dominicam Octobris, S^{te} Catharine
Virginis, et Martiris, et S^{te} Agnetis re-
translatæ fuerunt: prout in Brevis S^{mi}
Domini nostri Innocentij Papæ XI. sub
die 14. Decembris 1678. expedito con-
stat.

Confratrum, et Sororum Obligationes.
Confratres, et Sorores nostri Habitum, seu
scapularium parvulum ex lana alba, cru-
ce rubra, et cerulea munitum, ab aliquo
ejusdem Ordinis superiore benedictum,
sumere, et super se gerere debent. Quæ-

do vero scapularium scissum erit, ejusque
amissa forma, renovatur, eique nova crux
apponitur, et de novo benedicitur; prout qua-
do novum sumitur.

Ad prædictas indulgentias consequendas
non tenentur Confratres, et Sorores, prædic-
ti ad emissionem voti, carnis abstinentiæ,
vel jejuniorum observantiæ, ultra ea, quæ
ab Ecclesia mandantur.

Ut eadem indulgentie lucrifiant, ora-
tiones recitare, et opera à Pontificibus præ-
scripta exercere, necesse est. Diverse indul-
gentie pro diversis orationibus, et operibus
conceduntur. Itaque Confratres, et Sorores
quotidie quasdam indulgentias lu-
crari facile poterunt; si tamen preces re-
citare, vel opera exercere omiserint non peccat.

Quinque dies Benedictionis, et Absolu-
tionis Generalis, (licet à culpa propriæ
non absolvantur, juxta declarationem felicis
recordationis Clementis VIII) sunt: Feria
IV. Cinerum, Feria V. majoris hebdoma-
de, S^{ta} Catharina V. et M. S^{smæ} Trini-
tatis, et S^{ta} Agnetis 2^o diei Festi. In quibus
bona, et suffragia Religionis communicantur
solis Confratribus, et sororibus Confraternita-
tis, qui verè poenitentes, et conferti, ac sacra-
comunionem refecti, genuflexi, hujusmodi
functioni in Ecclesijs nostris peragenda inter-
fuerint. Quia vero Confratres, et Sorores sche-
dulis impressis, vel Manuscriptis invitari non
solent, suo tempore, et debita preparatione
convonire procurent, ut tot bonorum participes
fiant. Clemens VIII. Constit. 85. Formam
verò Benedictionis Gen^{lis} præscripsit Clemens
Papa X. prout in Brevis 11. Februarij 1673.

Die 28. Novembris 1679 Sacra Congre-
gatio Summaria hoc, à se recognitum approbavit.
A. Cardinalis Homodeus.
loco H. sigilli.
Michael Angelus Riccius Congr. Secret.

Notabilia

Summarium hoc à Congregatione Cardinalium Indulgentiarum, et Sacris Religijis
Prepositorum, recognitum, et approbatum, est insertum in speciali Brevis Innocentij
XI. dictum summarium confirmante; quod quidem Breve est tenoris sequentis.

Bull-

Bulla XIII.

Confirrat summariū Indulgentiarū Con-
fraternitatis Ordinis SS^{me} Trinitatis Redem-
tionis captivorum à Sacra Congregatione,
recognitum, et approbatum.

Innocentius Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit di-
lectus filius Josephus Monier Procura-
tor Generalis Ordinis Fratrum SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum; quod
cum nonnullis indulgentiis, et peccatorū
remissiones, seu relaxationes, confatribus
utriusque sexus Christi fidelium, sub titu-
lo, seu invocatione ejusdem SS^{me} Trini-
tatis Redemptionis Captivorum, à superio-
ribus dicti Ordinis ex indulto Aposto-
lico erectis, et exigendis, apostolica auctori-
tate concessa reperiantur; illarū sum-
marium confectum, ac à Sacra Venera-
bilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
nalis, indulgentijs ac sacris Reliquijs
Præpositorū, recognitum, et approbatum
tenore, qui sequitur: videlicet:

§. 2. Summarium Indulgentiarū à sum-
mis Pontificibus ut in Decreto Sa-
cre Congregationis antecedenti; post cui-
us tenorem prosequitur præsens Breve
sic:

§. 3. Cum autem, sicut eadem expo-
sitiō subjungebat: firmiter sint, et servē-

tur exactius, quæ Apostolica sedis prædicta mu-
nimine corroborantur: Nobis propterea dictus
Josephus Procurator Generalis, dilecti etiā filij
moderni Ministri Generalis Ordinis prædicti
nomine humiliter supplicari fecit ut in præ-
missis opportunè providere de benignitate A-
postolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos, Ministrū Generale,
et Josephū Procuratorem Generale specialib; fa-
voribus, et gratijs protequi volentes, et à quis-
cunque Excommunicationis atque usque ad: et ab-
solutas fore censentes: hujusmodi supplicatio-
nibus inclinati: præinsertum summariū in-
dulgentiarū à memorata Cardinali Congre-
gatione recognitū, et approbatū, ut petitur Auc-
toritate Apostolica præcedenti tenore approbamus
pariter, et confirmamus, illique invariabilis A-
postolice firmitatis robur adjicimus.

§. 5. Decernentes: eadem præsertim litteras
semper firmas atque sicque per quoscunque Ju-
dices atque Ac irritum, et inane atque.

§. 6. Non obstantibus constitutionib; et
Ordinationibus Apostolicis; cæterisque
contrarijs quibuscumque.

§. 7. Volumus autem: ut prædictū
litterarū transcriptis, etiam impressis atque
Dat: Romæ apud Sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris die
decima Februarij Millesimo sexcen-
tesimo Octogesimo Pontificatus nos-
tri anno quarto.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale cum insertione dicti Summarij in Archivio nos-
tri Conventus S^{ti} Marini Parisiensis, ubi illud transcripsi anno 1758. et
Brevia vero Pauli V. et Innocentij XI, Clementis VIII, et Clementis X. quæ
citantur in presenti, inveniuntur supra sub eisdem Pontificibus.

Bulle

Bulla XIV.

Sive Decretum Sacra Rituum Congregatio-
nis concedens Officiu propriu S. P. N. Jo-
annis de Mata, Patriarchae ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivoru.

Die VIII. Februarij.

Officiu propriu in Festo P. N. S. Joann-
is de Mata Confessoris Ordinis SS^{me} Trin-
itatis Redemptionis Captivorum Fun-
datoris.

Hic apponitur dictum Officiu propriu
ut in Quaterno Officioru proprioru nos-
tri sacri Ordinis, ad quod sequitur decre-
tum hujusmodi sub tenore:

Officiu propriu S. Joannis de Mata
Confessoris, Fundatoris Ordinis SS^{me} Trin-
itatis Redemptionis Captivorum, ut supra
jacet, diligentex revissum, et relatum ab
Eminentissimo, et Reverendissimo Domino

Car-

Bulla XV.

Sive Decretum Sacra Rituum Congrega-
tionis concedens Officiu propriu S. P. N.
Felicii de Valois, Patriarchae Ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivoru.

Die XX. Novembris.

Officiu propriu in Festo Patri N. S. Fi-
lippi de Valois vel Vallerij, Confessoris, Or-
dinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Cap-
tivorum Fundatoris

Hic apponitur dictum Officiu propriu
ut in Quaterno Officioru proprioru nos-
tri sacri Ordinis, ad quod sequitur Decretu
hujusmodi sub tenore:

Sacra Rituum Congregatio suprascrip-
tum Officiu propriu S. Felicii Val-
leij, Confessoris, et Fundatoris Ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivoru dili-
gentex revissum, et relatum per Eminen-
tissimum, et Reverendissimu Dominum

Car

Notabilia

Adducuntur haec duo decreta cum duobus officijs Proprijs a Rmo P. Bonaventura
Pardo Minorita in suis N^o Ordinis Annalibus a pag: 307. usque ad 320. Non
adducuntur a N^o Discalceato Josepho a Jesu Maria. Et miror! Quia duo decreta Missa-
ru propriarum, eorum Patriarcharu adducit, quae data fuerunt sequenti anno. licet in
scholijs ad Decretu mirarum, affirmet Decreta officioru.

Cardinali Casanate; Instante Reverendo
P. Fr. Petro Mercier Ministro Generali Or-
dinis praefati, et pro eo, Patre Fr. Josepho
Monier, in Romana Curia Procuratore Ge-
nerali ejusdem Ordinis: Sacra Rituum
Congregatio approbavit pro Fratribus, et
monialibus, tam Calceatis, quam Discal-
ceatis dicti Ordinis tantum, et in porte-
rum recitandum quotannis die 8. Febru-
arii in Festo ejusdem sancti, ac imprimi
posse, concessit.

Hac die 28. Novembris 1682.

Car: Cardinalis Fachenettus.

Loco II sigilli.

Bernardinus Casalino

Sac: Rit: Congregoni Secretarius.

Asservatur hoc Decretum originale subscriptum
et sigillatum, in ntro. Calceatorum Archivio Matritensi.

Cardinalem Casanate, supplicante R do
P. Fr. Petro Mercier Ministro Generali pra-
dicti Ordinis, et ejus nomine P. Fr. Josepho
Monier, in Romana Curia Procuratore
Generali ejusdem Ordinis, approbavit pro
usu tantum Fratrum Calceatoru, quam
Discalceatorum dicti Ordinis in futuru
recitandu singulis annis die 20. Novem-
bris in Festo praedicti sancti, ac impri-
mi posse, concessit

Hac die 28. Novembris 1682.

Car: Cardinalis Fachenettus

Loco II sigilli.

Bernardinus Casalino

Sac: Rit: Congregoni Secretarius.

Bulla XVI.

sive Decretum concedens Missam propriam
in Festo S. P. N. Joannis.

VIII. Februarij.

In Festo Patris Nostri Sancti Joannis de
Mata, Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemp-
tionis Captivorum Fundatoris Missa pro-
pria.

Hic apponitur dicta Missa, ut in
Quaterno N^o Religionis. Post quam se-
quitur Decretum, hujusmodi.

Precibus R^{mo} Patris Fr Petri Mexi-
ex, Ministri Generalis Ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum,
correctis à P. Fr Josepho Monier Procurat-
ore Generali ejusdem Ordinis in Ro-
mana Curia, Sacra Rituum Congre-
gatio suprascriptam Missam propriam

1^o Joannis de Mata, Confessoris, Fundatoris,
praedicti Ordinis diligentem revissam, et relata-
m per Emin^{issimū}, et R^{mo} Dominū Cas-
dinalem Casanate approbavit pro usu
tantum Fratrum, et Monialium, tam Calce-
atorum, quam Discalceatorum dicti Ordinis,
celebrandam quodannis die 8. Februarij
in Festo ejusdem Sancti, ac imprimi posse,
concessit.

Hac die 22 Maij 1683.

N. Cardinalis Ludovicius.

Loco III Sigilli.

Bernardinus Cavalieri

Sac. Rit. Congreg^{onis} Secretarius.

Bulla XVII.

sive Decretum concedens Missam pro-
priam in Festo S. P. N. Felicis.

XX. Novembrii.

Missam propria in Festo S. P. N. Felicis
Vallerij, Fundatoris Ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Hic apponitur dicta Missa, ut in Qua-
terno N^o Religionis: post quam sequi-
tur Decretum hujusmodi:

Sacra Rituum Congregatio suprascrip-
tam Missam propriam S^{ti} Felicis Val-
lerij, Confessoris, Fundatoris Ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum
diligentem revissam, et relata^m ab Em^{mo}

R^{mo} Domino Cardinali Casanate, appro-
bavit pro Fratribus, et Monialibus, tam Cal-
ceatis, quam Discalceatis dicti Ordinis tan-
tum celebrandam singulis annis die 20.
Novembrii in Festo ejusdem Sancti, ac im-
primi posse, concessit.

Hac die 22 Maij 1683.

N. Cardinalis Ludovicius.

Loco III Sigilli.

Bernardinus Cavalieri

Sac. Rit. Congreg^{onis} Secretarius.

Notabilia

Hæc duo Decreta, cum duabus Missis propriis SS. PP. Nostri adducuntur à pag: 321. usque ad pag: 326. Adducuntur etiam à N^o Ordinis Annalibus à Jesu Maria in suo Bullario pag: 624. Noster R^{mus} Generalis Fr Petrus ni; non solum enim Nobis, et Discalceatis Nostri, tam Fratribus, quam Monialibus Indulgentiarum pro Nostri Contradictis confirmatio ab Innocentio XII. Et postea officia Hædommaria de eisdem SS. PP. NN. ut videbimus Bulla XIX. hujus Pontificis.

Confirmat, et concedit indulgentias Confraternitati S^{ti} Bernardi de Algira N^o Co-ventus extra muros dicte ville.

Innocentius Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. 1. Cum sicut accepimus in Ecclesia Conventus S^{ti} Bernardi Ordinis Sac^{ti} Trinitatis Redemptionis Captivorum ville de Algira Valentinae Diocesis una pia, et devota utriusque sexus Christianifidelium Confraternitas, sub invocatione ejusdem S^{ti} Bernardi, non tamen pro hominibus unius specialis artis, canonicè erecta, sive erigenda existat, cujus Confra-tes, et consortes quamplurima Charitati, et pietatis opera exercere consueverunt. Nos, ut confraternitas hujusmodi majora in dies suscipiat incrementa de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi: Omnibus utriusque sexus Christianifidelibus, qui dictam Confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si verè poenitentes et confesi, N^{ost}rum Eucharistia Sacramentum sumperint: Plenariam.

S. 2. Ne tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta Confraternitate confratribus, et consortibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè quoque poenitentes, et confesi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem conditi, nomen Jesu ore, si popuerint, sin minus corde, deo-que invocaverint: etiam Plenariam.

S. 3. Necnon eidem nunc et pro tempore existentibus dicte Confraternitatis confratribus, et Consortibus, etiam verè poenitentibus, et Confesit, ac sacra Communione refectis, qui predictae Confraternitatis Ecclesiam, seu Cappella, vel oratorium die festo principali dicte Confraternitatis per eodem Confratres semel tantum eligendo, et ab Ordinario approbato à 1^{is} Vesperis, usque ad occasum Solis diei

diei hujusmodi singulis annis visitaverint et ibi pro Christianorum Principum Concordia hancum extirpatione, ac S^{te} Mariæ Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint: Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

S. 4. Denique dictis confratribus, et consortibus verè poenitentibus, et confesit, ac sacra communione refectis, Ecclesiam, seu Cappella, vel oratorium hujusmodi in quatuor anni festis, vel non festis, per memoratos Confratres semel tantum eligendis, et ab eodem Ordinario approbandis, ut præmittitur, visitantibus, et orantibus, quo die predictorum id egerint: septem annos, et totidem quadragenas.

S. 5. Quoties verò missis, et alijs divinis officijs in dicta Ecclesia, seu Cappella, vel oratorio, pro tempore celebrandis, et recitandis: seu congregationibus publicis seu privatis, ejusdem Confraternitatis utitur faciendis inter fuerint: aut Pauperes hospicio suceperint; vel pacem inter inimicos componerint, seu componerint, vel procuraverint: necnon etiam, qui Corpora defunctorum tam confratrum, et consortum, quam aliorum ad sepultura associaverint: aut quascunque processiones debentia Ordinarij faciendas: N^{ost}rum Eucharistia Sacramentum, tam in processibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicumque, et quomodolibet pro tempore deferre comittati fuerint: aut aliter quod pietatis, et Charitatis opus: toties pro quolibet piorum operum sexaginta dies

S. 6. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

S. 7. Volumus autem. Dat: Romae apud S. Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 2 Junij 1683. Pontificatus nostri anno octavo.

Not:

Notabilia

Hoc Breve asseruatur Originale in Archivo dicti Conventus N^o de Alzira. Hic Sanctus Bernardus non Sanctus Bernardus Abbas Cisterciensis; sed filius ejus Monachus Monasterij Populeti in Cathalonia, quem Martiris coronavit sicuunt cum duabus sororibus suis, (quas ad fidem Christi converterat) Almanzor Frater ejus, Rex Maurorum Carleti in Regno Valentie. Horum Martirum Religio in Ecclesia dicti Conventus Venerantur, ac quamplurimis Prodigijs, et Miraculis fulgent. Urbanus VIII anno 1633. die 20. Julij omnibus utriusque sexus Christianifidelibus visitantibus Ecclesiam dicti Conventus a 4^{ta} Vesperis usque ad occam solis diei Festi prefati S^{ti} Bernardi, Confessis, sacra Communionem refectis, et ibi orantibus: Ad septennium. Religiosorum dicti Conventus devotio erga dictum S^{ti} Bernardum, tam fervens fuit, ut illos compelleret, ad vovendum jejunium in vigilia dicti S^{ti} Bernardi Martyris, ita voverunt nemine discrepante: R. admodum P. Magister Fr. Josephus Sanchez Minister, Fr. Petrus Molins Vicarius, Fr. Georgius de Carpe, Fr. Antonius Capater, Fr. Sebastianus Furion, Fr. Joannes Evangelista Gonzalez, Fr. Joannes Selma, et Fr. Antonius Alfonso: Et R. admodum Pater Mater Fr. Hieronimus Sanahuja, Provincialis Aragonie, die 18. Octobris 1610. approbavit et confirmavit hujusmodi votum. Super quo littere Originales dicti R. admodum P. N^o Provincialis asseruatur in Archivo dicti Conventus. Et tandem, ut incrementa succiperet, et devotio, hoc Breve expedivit Innocentius XI, quo confirmavit, et indulgentias concessit Confraternitati dicti S^{ti} Bernardi. De cultu horum Sanctorum Martirum Videatur Doctor Jacobus servera Canonicus Magistralis Ecclesie Valentie in suis: Las tres Purpuras de Alzira impressis Valentie 1702.

Bulla XIX.

ive Decretum Sacre Rituum Congregationis
concedens Officia Hebdomadaria de SS.
Patribus nostris, Joanne, et Felice: ad instan-
R. M^o P. N. Generalis Fr. Petri Mercier.

- Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivorum.
 Sacra Rituum Congregatio ad instantiam
 R. R. P. Fr. Petri Mercier Ministri Genera-
 lis Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivorum, porrectam a Fr. Josepho Monier
 Procuratore Generali ejusdem Ordinis in Ro-
 mana Curia: referente Eminentissimo
 et R^{mo} Domino Cardinali Casanate,
 benigne concessit: ut in posterum a Religi-
 onis

ut utriusque sexus, tam Calceatis, quam Dis-
 calceatis predicti Ordinis tantum, recitari, et
 respective celebrari possit Officium, et Missa pro-
 pria sub ritu semiduplici, SS^{mi} Joannis de Mar-
 ta, et Felicit de Valois, Fundatorum prefati Ordi-
 nis, singulis Hebdomadis die non impedita alio
 officio novem lectionum, excepta tamen tempora
 Adventus, et Quadragesime.

Hac die 2. Octobris 1683.

N. Cardinalis Ludovicus.

Loco H^o Sigilli
 Bernardinus Casalino
 Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Notabilia

Adducitur hoc Decretum in Codice de Officijs proprijs nostri sacri Ordinis Martiri
 Josepho a Jesu Maria in Rubrica speciali nu. 37. Adducitur etiam a N^o Dicalceato
 in suo Bullario pag. 625.

Bull

Bulla XX.

Qua Innocentius XI. confirmavit Decretum
Sacrae Congregationis, quo aboleri mandavit
summarium Indulgentiarum Ordinis B^{ea}e Ma-
riae de Mercede Redemptionis Captivorum.

Innocentius Papa XI.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Nuper pro parte dilecti filij
Petri ab Assumptione Procuratoris Genera-
lis Fratrum Congregationis Hispaniae Or-
dinis S^{an}ctae Trinitatis Redemptionis Cap-
tivorum, congregationi D^{ev}erabilium Fra-
trum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ne-
gotijs, et consultationibus Episcoporum, et Re-
gularium, proposita, exposito: per universam
Hispaniam divulgatum esse folium
quoddam, impressum, sub titulo Summarij
Indulgentiarum Ordinis B^{ea}e Mariae de
Mercede concessum, quae ibidem noviter a
Nobis per nostras in forma Brevis litte-
ras sub data apud S. Mariam Mayo-
rem die 3. Januarij 1682 confirmata
(quamvis falso) dicuntur; in eoque Sum-
mario contineri multas ex antiquis In-
dulgentijs, quae ex eo quod Clavulas, por-
tigendi manus adjudices contineret, jam
dudum Apostolica auctoritate revocatae
fuerunt. Quinimo ibi quoque referri: quod
quacumque persona, quae elemosinam pro
Redemptione Captivorum fecerit, sive in auro
sive in argento, sive in aere, aut alia qua-
cumque specie, possit eligere sibi Confes-
sorem, sive Confessarium idoneum, qui eum
absolvat a quibuscumque casibus Sedi
Apostolicae reservatis, excepta haerese,
semel in vita, et iterum in Mortis ar-
ticulo, eoque indulto toties gaudent, quo-
ties elemosinam hujusmodi fecerint. Et
in eadem expositione subjuncto: quod
licet de tali concessione non constet, dictae
que litterae in secretaria nostra expedite
minime reperiantur: Indultum vero ab-
solvendi a casibus reservatis hujusmodi,
alias revocatum, et confessiones illius vigore
factae, nulla, et irrita declarata fuerint per
diversa decreta praefatae Congregationis

Cardinalium, et signanter die 28 Novembris 1627
1622, iuxta Constitutionem felicis recordatio-
nis Clementis Papae VIII. praedecessoris
nostri. Nihilominus supradicti folij, sive Su-
marij publicatio multum afferebat praecipua-
eij Religioni S^{an}ctae Trinitatis, quae cum In-
dulgentias, nisi veras, non publicet, elemosi-
narum copiam pro Redemptione Captivorum
non colligit, majore earum parte devenien-
te ad manus Fratrum Ordinis de Merce-
de, qui deceptis per suppositivum Indulge-
tias populis, compendium sibi quaerunt ex-
trae partis elemosinarum hujusmodi, quam
ex indulto recolenda memoria Leonis X.
praedecessoris patiter noverit sibi appropia-
re possunt. Ideoque pro parte Petri Pro-
curatoris Generalis praefatae Congregationi
Cardinalium supplicato: ut hujusmodi in-
convenientibus remedium adhibendo, qua-
doquidem Summarium praedictum pro parte
dictae Religionis de Mercede non justifi-
cabatur, sed dictas litteras nostras in
illo emundatas suppositivas esse constabat,
idem Summarium prohiberet, et aboleri
mandaret, emanavit ab eadem Sacra
Congregatione, Decretum tenoris qui
sequitur: videlicet:

S. 2. Sacra Congregatio Eminen-
tissimorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, et
consultationibus Episcoporum, et Regulari-
um proposita, referente Eminentissimo
Norfolcke censuit suprascriptum folium
asserentem Indulgentiarum esse abolen-
dum: prout praesentis Decreti tenore
aboleri mandat, et praecipit. Roma
29. Novembris 1683. S. Cardinalis
Carpineus loco III Sigilli. B.
Panciatius Secretarius.

S. 3. Cum autem, sicut Praefa-
tus Petrus, Procurator Generalis No-
bis subinde exponi fecit, ipse Decretum
hujusmodi quae firmiter subsistat et sex-
tibus exactius Apostolica confirmatio-
nis nostra patrocinio Communis plurimum
desideret

S. 4. Nos ipsius Petri Procuratoris Ge-
neralis

128
nexas votis hac in parte, quantum cum
Domino possumus favorabiliter annuere
volentes: eumque à quibusvis excom-
municationis ad. usque ad: et absolutum for-
re censes: supplicationibus ejus nomi-
Notis super hoc humiliter porrectis inclinatis:
Decretum præinsertum Auctoritate Aposto-
lica tenore præsentium approbamus, et con-
firmamus, illique inviolabilis Apostolica fir-
mitatis robore adjicimus. salva tamen
semper in præmissis auctoritate memora-
tae Congregationis Cardinalium.

S. S. Decernentes præceteras litteras

semper firmas ad. Sicque per quoscum-
que Judices ad. Ac irritum, et in-
ane ad

S. 6. Non obstantibus Constitutionibus,
et Ordinationibus Apostolicis, Cæterisque
contrariis quibuscumque.

S. 7. Volumus autem, ut prædictum
transcriptis ad.

Dat: Romæ apud S. Petrum
sub annulo Piscatoris die decima-
octava Decembris 1683. Pontifica-
tus nostri anno Octavo.

Notabilia

Hoc Decretum, et Breve annexatum originale in Archivo Conventus Ma-
tricensis nostrorum Discalceatorum; et adducitur à N^o Discalceato Josepho à
Jesu Maria in suo Bullario pag. 626.

Bulla XXI.

Concedit indulgentiam plenariam omnibus,
Confessis, ac Sacra Communionis refectis, visi-
tantibus quotannis (per septennium) in 2^a
Dominica Septembris Ecclesiam conventus
Matritensis nostrorum Discalceatorum, et ora-
tionibus ubi annexum est.

Innocentius Papa XI.

Universis Christianis presentes litteras
inspecturis: salutem, et Apostolicam bene-
dictionem

S. 1. Ad augendum fidelium Religi-
onem, et animarum salutem Coelestibus
Ecclesie Thesauris pia Charitate inten-
ti: Omnibus utriusque Sexus Christi-
fidelibus, verè poenitentibus, et confessis,
ac Sacra Communionis refectis, qui Eccle-
siam SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Cap-
divorum, Discalceatorum nuncupatorum Op-
pidi Madriti Toletanae Diocesis pri-
ma

ma Dominica Septembris à 1^{is} Vesperis us-
que ad occasum Solis diei hujusmodi sin-
gulis annis devote visitaverint, et ibi pro
Christianorum Principum concordia ad
pias ad Deum preces effuderint: plena-
riam omnium peccatorum suorum indul-
gentiam, et remissionem misericorditer
in Domino concedimus.

S. 2. Præsentibus ad septennium
tantum valituris.

S. 3. Volumus autem ut si pro im-
petratione, ad præsentium aliquid detur:
vel sponte oblatum recipiatur: presentes
nullæ sint.

Dat: Romæ apud Sanctam
Mariam Majorem sub annulo Pisca-
toris die vigesima prima Julij
1684. Pontificatus nostri
anno Octavo.

Notabilia

Hoc Breve annexatum originale in Archivo Conventus Matritensis nostro:
in suo Bullario pag. 629.

Bul-

Bulla XXII.

Notris Discalceatis Hispania utriusque Sexus
renouantibus vota die duodecima 9bris
concedit indulgentiam plenariam ad septennium.

Innocentius Papa XI.

Univeris Christianis presentibus litteras
inspecturis salutem, et Apostolicam bene-
dictionem.

S. 1. Ad augendam fidelium Religi-
onem, et animarum salutem caelestibus
Ecclesie Thesauris pia Charitate inten-
ti, omnibus Christianis, tam Fratri-
bus, quam Monialibus Congregationis
Hispania Ordinis el S^{me} Trinitatis Re-
demptionis Captivorum, Excalceatorum
nuncupatorum, nunc, et pro tempore exis-
tentibus, qui, et quae repetitionem suorum
votorum, juxta praescripta Constitutionum

sua Religionis, apostolica auctoritate con-
firmatorum, in singulis Congregationibus, et Ma-
nasterijs ejusdem Congregationis quotan-
nis die duodecima Novembris per dictos
Frates, et Moniales, fieri solitam, fe-
cerint; et ipsa die vere poenitentes, et con-
fessi, ac sacra Communione refecti pro Christi-
anorum Principum Concordia ad pias ad De-
um preces effuderint: plenariam omnium
peccatorum suorum Misericorditer in D^{no} co-
cedimus.

S. 2. Presentibus ad septennium
tatum validuris

S. 3. Volumus autem ut si pro ad

Dat: Romae apud S. Mariam Majorē
sub annulo Piscatoris die septima Febru-
arii 1685. Pontificatus nostri
anno nono.

Notabilia

Hoc Breve extat originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalce-
atorum; et adducitur a nostro Discalceato Josepho a Vera Maria in suo Bul-
lario pag: 630. Non ad septennium, sed perpetuis futuris temporibus validura debe-
bant istae litterae impetrari: ^{quidem} et omnibus Religionibus, et Religiosis, valde proficuae,
ad Religiosos stimulandos, et ad perfectionem status Religionis facilius dirigendos.

Bulla XXIII.

sive decretum sacrae Congregationis preci-
piens deleri mendacia apposita in mar-
tirologio Romano, impresso Venetijs, in
que dicebatur SS. PP. NN. Joannem, et
felicem esse ex Primis Fundatoribus Or-
dinis B^{ae} Mariae de Mercede.

Ordinis B^{ae} Mariae de Mercede Redep-
tionis Captivorum.
Sacra Rituum Congregatio ad Instantiam
R. P. M. Fratris Ferdinandi de Caspajal
et Ribera, Procuratoris Generalis, et Vicarij
Generalis Ordinis B^{ae} Mariae de Mercede
Redemptionis Captivorum praecipit, ut de-

lectentur verba illa apposita in Martyrolo-
gio Romano impresso Venetijs anno 1683.
apud ^{Guerigliot} Tubingor, et Bononia in praeteri anno
1685. sup^{er} titulis Petronij de Ruinettis, in quibus
pro diebus Translationis Festi SS. Joannis de
Mata, et Felicis de Valois, legendur verba ^{illa} de-
tenoris sequentis: Die 8. Februarij S. Joannis
de Mata Confessoris, qui fuit unus de primis
Fundatoribus Ordinis B^{ae} Mariae de Mercede
Redemptionis Captivorum. Et die 20. Novembris
S. Felicis de Valois Confessoris, qui fuit unus de
primis Fundatoribus Ordinis B^{ae} Mariae de
Mercede Redemptionis Captivorum. Et in super
eadem Congregatio mandavit, ut in posterum li-
brarij non possint vendere Martyrologia Romana,
nisi correctas et ita decrevit, et ^{et} ~~et~~ ^{servari} ~~servari~~ ^{justit.} *

Guerigliot,

* Die 20. Februarij 1685. ^{lectentur}

Notabilia

Hoc Decretum adducitur ab Ill^{mo} et R^{mo} Domino, D^{no} Fratre Josepho Linas Archiepiscopo
Tarrac

Tarraconensi, Religioso Ordinis B^{te} Mariae de Mercede in Bullario sui Ordinis pag. 401. Nota tamen: intentum sacrae Congregationis non fuisse: quod deleteretur dies translationum dictorum sanctorum; quia vere translati fuerunt ab Innocentio XI; sed quod ab uno quoque deleteretur illa clausula: qui fuit unus ex primis Fundatoribus Ordinis B^{te} Mariae de Mercede. Quod quidem falsissimum erat: quia hic sacer Ordo fundatus fuit anno 1218 juxta Breviarium Romanum; et S^{ti} Patres Nostri jam feliciter transierat ab anno 1212, et 1213. Invenitur etiam hoc Decret. apud Cardinal. Lambertini (Ben. 14.) De Canonizatione N. plib. 4. parte 2. cap. 18. num. 11.

BULLA XXIV.

Confirmat Constitutiones Observandas à Monialibus Recollectionis Ordinis S^{ss}me Trinitatis Redemptionis Captivorum N^{re} Provinciae Castelle.

Innocentius Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam
S. 1. Sacrosancti Apostolatus Officium, quod inexcusabili divina sapientia, atque Probitatis Altitudo humilitati nostrae, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, imponere dignata est, salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes: ea, quae pro felici Sacrorum Virginum, et devotarum Mulierum, quae oblatae populum suum, et Domum Patris sui, Divinis obsequiis sese sub suavi Religionis jugo devoverunt, regimine, prosperaque illarum per viam mandatorum Domini directione, pie prudenterque ordinata, atque constituta esse noscuntur, Apostolici muniminis presidio, cui id à Nobis petitur, libenter corroborantur: ut illustrior illa portio Regis Christi virtutum monilibus exornata Coelesti Sponsae semper sit acceptior, et latior vobis in dies, illo benedicente, proficiat at incrementis.

S. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius, Ferdinandus de Alava, Procurator Fratrum Hispaniae Ordinis S^{ss}me Trinitatis Redemptionis Captivorum: ac dilectarum in Christo filiarum, Monialium Recollectionis nuncupatarum, ejusdem Ordinis Superiorum Provinciae Castelle, Legionis, et Navarrae, jurisdictioni subjectarum: quod pro felici prosperoque earundem Monialium regimine, et gubernio: confectae fuerunt vul-

gari italico idiomate, vel in illo conversae nonnullae Constitutiones: quae à primo earum Capitula: quod de officio Divino inscribitur, incipiendo: sunt tenoris, qui sequitur, videlicet:
S. 3. Constitutiones Apostolicas ad ut in Codice earundem, impresso Martini in 8^o per Didacum Martinez anno 1702. post quarum tenorem prosequitur hoc Breve sub hac forma, scilicet:

S. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ferdinandus, Constitutiones hujusmodi, quo firmitus subsistant, et serventur exactius Apostolicae nostrae Confirmationis patrocinio communitari, plurimum desideret.

S. 5. Nos pijs ejusdem Ferdinandi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, dicanturque Moniales specialibus favoribus et gratijs, protequi volentes: et earum singulares Personas, à quibusvis Communicationis ad usque ad: et absolutas fore censentes: supplicationibus earum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: de Congregationis nonnullorum, ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ad supradictas Constitutiones examinandas, specialiter deputata, quae rem mature discussit, Concilio: omnes, et singulas Constitutiones praesertim, Auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus; illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

S. 6. Decernentes easdem praesentes litteras

27 litteras semper firmas etc) sique per quos
 27 cumque Judices etc) Ac irritum, et inane
 27 ne etc).
 27 S. 7. Non obstantibus Constitutionibus,
 27 et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus
 27 opus sit dicti Ordinis etiam juramento etc).
 27 ceterisque Contrariis quibuscunque.

S. 8. Votemus autem: quod presentium
 27 transumptis, etc).
 27 Dat: Rome apud Sanctam Mariam
 27 majorem sub Annulo Piscatoris die
 27 vicesimasecunda Februarij 1685.
 27 Pontificatus nostri anno nono.

S. 8.
Notabilia

Adducitur hoc Breve in Constitutionibus monialium Recollectarum N^{re} Sac^e i
 Ordinis, impressis Matriti per Didacum Martinez anno 1702. quae quidem Consti-
 tutiones observandae ad pedem litterae a dictis Monialibus in conventu ipsarum
 Villa del Toboso Diocesis Toletanae: ubi illas fundavit Venerabilis Mater So-
 cor Angela Maria de Conceptione dicto anno 1685. Et anno 1692 ad eandem
 instructionem, impressus fuit liber in 4^o intitulatus: Riego espirital para nu-
 evas plantas per Melchiorum Alvarez Impressorem. Quem librum ipsa⁺ dicavit, et
 Eminendissimo Cardinali, et Archiepiscopo Toletano; postulans fundationem alterius
 Conventus ejusdem Recollectionis in Villa de Almonacid ejusdem Archiepis-
 copatus. Liber manuscriptus Vita, et Virtutum hujus Venerabilis Matris, custodi-
 tur in Bibliotheca, vel Archivo Conventus nostri Matritensis, mille impressio-
 nibus dignus.

Bulla XXV.

Breve ad Regem Poloniae: ut N^{re} Dis-
 calceator Congregationis Hispanicae recipiat
 in suo Regno.

27 Charissimo in Christo Filio nostro Joann-
 27 ni, Poloniae Regi Illustri.
 27 Innocentius Papa XI.
 27 Charissime in Christo Fili noster! Salu-
 27 tem et Apostolicam benedictionem.
 27 S. 1. Ordo Patrum Discalceatorum ante
 27 etiam observantia SS^{mae} Trinitatis, adeo
 27 praecleara, in locis ubi radices egit, singu-
 27 laris pietatis, Religiosae praestantiae, in-
 27 centique in redimendis ab infidelium
 27 servitute Captivis, Zeli edidit documenta,
 27 ut libenti prorsus animo, juxta Majes-
 27 tatis tuae vota, ejusdem Ordinis Profes-
 27 soribus facultatem tribuerimus Ordinis
 27 nem ipsum in isto Regno propagandi.
 27 Merito ergo Confidimus fore: ut in Polonia
 27 quoque, iidem, quas supra diximus lau-
 27 ribus floreat, senque similis esse pergat.

27 dationibus prosequi dilectos filios, Patres: Jo-
 27 annem S^{ti} Antonij, et Franciscum a Concep-
 27 tione, qui una cum Socio istuc proficere-
 27 untur; cum satis tibi, ad eos continenti
 27 patrocinio fovendos, incitamenti futurum
 27 non dubitemus ab excellentia operis, ad
 27 quod incipandum vocati sunt, et ab ipso-
 27 rummet spectatis virtutibus, ac preroga-
 27 tivis: deesse nihilominus Charitati, qua
 27 eosdem, et in ipsi Ordinem, quem profite-
 27 tur complectimur, profecto Nobis Videremur;
 27 nisi testatum huic tibi faceremus: Te, ubi
 27 tam probum, ac tam salutare Institutum
 27 istis in Regionibus promovere studueris,
 27 non solum de illo, sed etiam de Nobis
 27 magnoperè benemeritum.
 27 S. 3. Qui interim Majestati tuae a
 27 bonorum omnium Auctore Deo, prospera
 27 cuncta impensè precamur: ac Apostolicam
 27 benedictionem amantissime im-
 27 pertimur.

27 Dat: Rome die decima quarta
 27 Aprilis 1685.

Bull-

Bulla XXVI.

Breve ad Reginam Poloniae de eodem assumpto.

Charissima in Christo Filia nostra Maria Casimira Regina Poloniae Illustris.

Innocentius Papa XI.

Charissima in Christo Filia: Salutem, et Apostolicam benedictionem.

S. I. Indulgenter Charitati, qua Ordinem Fratrum Discalceatorum ardentiori observantia, sanctissima Trinitatis precibus sequimur, persectae pietati Majestatis tuae magnopere commendamus dilectos Filios Fratres, Joannem S^{ti} Antonij, et Franciscum a conceptione ejusdem Ordinis.

Ordinis Professores, qui una cum socio istuc se conferunt, ut ipsius Ordinis propagationi incumbant. Et quidem cum hujusmodi Institutum Populorum commo dis intersive, ac in primis Captivorum Redemptione commulere, in defera cura, ac sollicitudine studeat, dignum profecto est, cui Regium tuum patrocinium imperdatis, magnam utique partem habeas eorum meritorum, quae Idem Institutum sibi apud Deum, et apud homines sibi comparaverit: rem quoque in hoc Nobis gratissimam facies, Charissima in Christo Filia. Cujus Majestati Apostolicam benedictionem amantissime largimur.

Dat: Roma die 14 Aprilis 1685.

Notabilia

Ita duo Brevia immediate sibi succedentia misit Ssm Innocentius XI. Ill^{mo} ac R^{mo} Nuntio suo Apostolico in Regno Polonia, magnoque Ducatu Lithuaniae, Domino, D^{no} Optio Pallavicino, tunc Archiepiscopo Ephesino, postea meritisimo Cardinali S. R. E., ut ea ipse traderet Serenissimis, Regi, et Reginae Poloniae; Et cum hoc Regio Patrocinio anno 1686. fundatus fuit conventus Civitatis Leopoliensis; et postea immediate in illo tempore fundati fuerunt conventus ejusdem Discalceatorum Congregationis in Barsavia, vel Barsavia, in Cracovia, vel Catimivia, ~~in Craco~~ et in Stanislovia, cum magna devotione Populorum, et magno animarum fructu. Adducit haec Brevia N^o Discalceatus Josephus a Jesu Maria in no Bullario pag 631, et 632.

Bulla XXVII.

Confirmat Decretum sacrae Congregationis positum Bulla 23^a, quo preceptum fuit, quod et Martyrologio Romano impresso Venetijs et Bononiae deleteretur: deleteretur S. P. M. Joannem, et Felicem fuisse ex primis Fundatoribus Ordinis P^{ae} Mariae de Mercede.

Innocentius Papa XI.

Ad futuram rei memoriam.

S. 2. Emanavit nuper ad supplicationem dilecti filij Procuratoris Generalis Ordinis P^{ae} Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus praepositorum decretum tenoris, qui sequitur videlicet:

S. 2. Sacra Rituum Congregatio ~~ita~~ ut

in Bulla 23^a hujus Pontificis, post cujus decretum prosequitur praesens Breve sit:

S. 3. Cum autem, sicut pro parte dilecti filij Francisci Antonij de Trasi, et Suzman Magistri Generalis dicti Ordinis Nobis subinde expositum fuit, ipse decretum hujusmodi, quo firmiter substat Apostolicae nostrae Confirmationis patrocinio communi plurimum desideret

S. 4. Nos ipsius Francisci Antonij Magistri Generalis votis, hac in re, quantum cum D^{no} possumus, favorabiliter annuere volentes: eumque a quibusvis Excommunicationis ~~ad~~ usque ad; et absolutum fore consentes: hujusmodi supplicationibus inclinatis Decretum praesertim autoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illique

illique inviolabilis Apostolica firmitatis ro-
 bur adjicimus. Salva tamen semper Aucto-
 ritate memorata Congregationis Car-
 dinalium
 S. S. Decernentes easdem præter
 litteras semper firmas ad. Sicque per
 quoscumque Iudices ad. Ac irritum

et inane ad.
 S. S. Non obstantibus Constitutionibus, et
 Ordinationibus Apostolicis, Ceterisque ad.
 Dat. Rome apud S. Mariam Majorē sub annu-
 lo Piscatoris die vicesima tertia Julij
 1685. Pontificatus nostri anno
 nono.

et
Notabilia

Hoc Breve adducitur ab Ill^{mo} et R^{mo} Domino, Dño Fe Josepho Linar Archie-
 piscopo Tarraconensi, Religioso Mercenario in Bullario sui Ordinis pag. 379.
 Vide: Notabilia ad Bullam 23^{am} hujus Pontificis.

Bulla XXVIII.

ive Decretum Sac. Rit. Congregationis de-
cernent: quod fiat Officium SS. Iusti, et Pas-
toris die 9. Augusti.

Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivorum
 Exponente Patre Procuratore Generali Patrum
 Trinitariorum Excalceatorum Congregationis
 Hispanice nomine sue Religionis, qualiter
 Festivitas Transfigurationis Domini, que ca-
 dit die 6. Augusti, est Festum sue Religi-
 onis, ut apparet ex Constitutionibus ejusde
 Ordinis approbatis à Sede Apostolica, et
 etiam retinet^r unam Provinciam sub tite-
 lo Transfigurationis. Sed quia Festum SS^{ru}
 Iusti, et Pastoris celebratur cū Officio et Mit-
 ra sub ritu duplicis 2^e Classis, quod occur-
 rit eodem die Festo Transfigurationis, et
 de hoc S^{to} Misterio, præfati Religiosi non
 possunt celebrare Festum: supplicante prop-
 terea eodem Procuratore Generali: qua-
 tenus

tenus Sacra Congregatio Rituum digna-
 retur concedere: ut prædicti Religiosi ve-
 citare possint officium de Festo Transfi-
 gurationis sub ritu duplicis 2^e Classis.

Eadem Sacra Congregatio censuit: ut
 assignetur Festo Sanctorum Iusti, et Pas-
 toris dies nona Augusti. Et ita decrevit,
 et in posterum servari mandavit.
 Die 23. Martij 1686.

N. Cardinalis Ludovisius.

loco II Sigilli

Bernardinus Casalius

Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum asservatur originale in Archivo Conventus Madritensis nostrorum Dis-
 calceatorum, et adducitur à N^o Discalceato Josepho à Jesu Maria in suo Bullario pag. 633.
 Et postea eodem anno die 20 Julij eadem Sacra Congregatio, ad instar præsentis decre-
 ti pro tota Hispania transulit Festum SS^{ru} Iusti, et Pastoris.

Bulla XXIX.

Concedit: quod electio Vicarij Generalis nos-
 trorum Discalceatorum Hispanice, dum fit ex-
 tra Capitulum Generale confirmetur ab ipsi
 Electoribus; et negat: quod deficiente Ge-
 nerali prævideat Diffinitivum Gen^{le}: necnon
 quod Generalis possit deponi propter infirmitate.

Em^{mi} et R^{mi} Domini
 Capitulum Generale Fratrum Discalceatorum
 Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Capiti-
 vorum Congregationis Hispanice, celebratum
 Compluti hoc anno 1686. die 11. Maij pro bono
 ejusdem Ordinis regimine hæc à SS^{mo} Pon-
 tifice nostro Innocentio XI. per omnium suf-
 fragia

(C)

fragia postulanda decrevit.

Primo: ut Vicarius Generalis, qui juxta nostras leges, certis casibus eligitur, possit in eisdem casibus, ab ipsamet Congregatione à qua eligitur confirmari.

Secundo: ut deficiente Majori, ac Generali Ministro, mortis, Renuntiationis, aut alia quavis causa, Diffinitoriū Generale sit Presidens totius Congregationis, manente nihilominus in suo robore constitutione cap: 40. §. 2. nu: 7. in qua disponitur quod vacante officio Ministri Generalis, morte, renuntiatione, aut alia quavis causa prima Diffinitore Generalis statim convocet ceteros Diffinitores Generales, et ministros Provinciales, ac ipsomet Diffinitore Generali Presidente canonice eligant vicarium Generalem, cujus officium duret usque ad finem primi subsequentis capituli Generalis.

Tertio: si minister Generalis Paralyticus, aut alia infirmitate aequivalenti gravatus existat, quae illum inutilem ad regendum, aut inhabilem reddat, tunc desperata salute Medicorum judicio possit Diffinitoriū Generale omnibus concurrentibus suffragiis dictum Ministri Generalem deponere. Quo deponito fieri possit electio Vicarij Generalis eo modo, quo in alijs casibus fieri consuevit.

Hac, inquam, Eminendissimi Domini Nostrum Capitulum Generale à SSmo Domino confirmari desiderat. Quare ejus nomine: Ego Fr. Joseph ab Angelis Generalis Procurator dictae Congregationis, hac eadem Confirmatione humiliter postulo.

Relatio Em^{mi} Protectoris.

Consultis superioribus congregationis praedictae, et visis documentis ab ipsis mihi exhibitis, crediderim. Quoad primum: facultatem praedictam, et petitam, posse concedi. Cum enim per Indultum SSmi Urbani VIII. incipientem: Exponi Nobis hanc facultatem habeat Capitulum Generale respectu electionis Ministri Generalis, pari ratione concedi potest Congregationi Generali respectu Vicarij Generalis, cum

praerertim ejus officium ad breve tempus durare, ut plurimum contingat.

Quo ad secundum crediderim: nihil innovandum esse, sed servandam esse constitutionem Religionis, et Breve SSmi Urbani VIII incipientis: Injuncti Nobis, cum tamen limitatione: quod primus Diffinitor, (exclusis litteris obedientialibus, ac hisque minoris momenti negotijs) nihil tractare, aut diffinire possit, ceteris Diffinitoribus Generalibus inconsultis.

Quo ad tertium licet non placeat terminus, seu forma depositionis Ministri Generalis in casu recensito inhabilitatis crediderim nihilominus: quod pro bono regimine Religionis concedi possit: quod constituto servatis servandis de auctoritate inhabilitate, possit Diffinitoriū Generale procedere ad electionem vicarij Generalis durante inhabilitate praedicta. Hanc enim eandem facultatem habent etiam Patres Carmelita Discalceati in suis Constitutionibus part: 3. cap: 2. nu: 9. Et hoc pro meo voto, quod eximia Eminendarum vestrarum prudentia, et earum benigna correctioni subijcio. Ex mansionibus Palatii Quirinalis die 5. Aprilis 1687. R. Cardinalis Cybo Protector.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, et consultationibus Episcoporum, et Regularium, praeposita: attenta relatione Eminendissimi Cybo, dicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ad suprascripta dubia infra scriptum in modum respondendum censuravit, nempe:

Ad primum: posse concedi, juxta votum praedicti Eminendissimi Protectoris, prout vigore praesentis decreti benigne concessit.

Ad secundum: servandum in omnibus suis praefatum Breve Sanctissimi Urbani VIII.

Ad tertium: Nihil.

Roma. 2. Maij 1687.

G. Cardinalis Caspeneus.

loco  sigilli

B. Panciaticus Secretarius.

Not=

Asservatur hoc Decretum Originale in Archivo Conventus Matutensis notitiorum Dircalceatorum; et adducitur a No Dircalceato Josepho a Jesu Maria in suo Bullario pag: 635.

Bulla XXX.

Concedit indulgentiam 40. Horarum in Festo S^{ti} P. N. Joannis, celebrandarum in Ecclesia Conventus B^{ne} Virginis de Remedio extra muros Valentia.

Innocentius Papa XI.

Universis Christianis fidelibus praesentes litteras inspecturis: Salutem, et Apostolicam benedictionem.

S. 1. Ad augendum fidelium Religionem, et animarum salutem, Coelestibus Ecclesiae Thesauris pia Charitate intenti omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, vere poenitentibus, et confertis, ac sacra Communionem refectis, qui Orationi quadraginta Horarum continuatarum, non autem interpolatarum de licentia Ordinarii in Ecclesia Domus Fratrum S^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum Valentinae Diocesis die Festo S^{ti} Joannis de Mata instituentiarum per aliquod temporis spatium devo-

te interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, harenum extirpatione, ac V^{rae} Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint: plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

S. 2. Praesentibus ad septennium tantum Valituris.

S. 3. Volumus autem: quod si abas Christi fidelibus, in quocumque alio anni die praemissa in dicta Ecclesia peragentibus aliqua alia similis indulgentia perpetua, vel ad tempus non diu elapsu concessa fuerit: Vel si pro impetratione, praerogatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum ad praesentes nulle sint.

Dat. Roma apud sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris die decimatertia Julij 1686. Pontificatus nostri anno decimo.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo dicti Nostri Conventus Valentini in Registro Indultorum Apostolicorum nu: 52. Nunc non conceditur oratio 40. Horarum continuatarum; sed interpolatarum; propter indevotionem fidelium noctis tempore.

Bulla XXXI.

Fam nostris Dircalceatis Hispania, quam Confratribus, et conxoribus suarum Confraternitatum, orantibus mentaliter eo temporis spatio, quod praescribit, certas indulgentias concedit: adjiciens plenariam quolibet mense conferria, ac sacra Communionem refectis, si per totum mensem, ut praescribitur, Oraverint.

Innocentius Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Ad eamque animarum Christianis delium salus promoveri potest, libenter intendimus; et eorumdem Christianis fidelibus devotionem, ut spiritualibus exercitijs ferventius

tius incumbant, coelestium munerum largitione libenter fovemus, et incitamus.

S. 2. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confirmari: Omnibus, et singulis Fratribus Ordinis S^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum, Excalceatis nuncupatis, Congregationis Hispaniae, et alijs utriusque sexus Christianis fidelibus Confratribus, et conxoribus, quorumcumque Oratoriorum, Congregationum, Societatum, et Confraternitatum, tam hactenus in eorumdem Fratrum ejusdem Ordinis Ecclesijs erectorum, quam in posterum erigendorum, qui per quadratem

136
99 drantem hora orationi mentali vacaverint
99 pro qualibet vice: centum dies: qui per duos
99 quadrantes continuos, septem annos de in-
99 junctis eis, aut alias quomodolibet debitis
99 poenitentij in forma Ecclesie consueta re-
99 laxamus.

99 S. 3. His vero, qui devotioni hujus-
99 modi per duos quadrantes, continuos, vel
99 saltem quadrantem hora, singulis diebus
99 per totum mensem dabunt operam; et
99 interdum vere poenitentes, et Confessi
99 SS^{mu} Eucharistia sacramentum sumps-
99 rint: plenariam quolibet mense omnium
99 peccatorum suorum indulgentiam, qua per
99 modum suffragij animabus Christi fide-
99 lium, qua Deo in Charitate conjuncta
99 ab hac luce migaverunt applicare possunt,
99 Apostolica auctoritate tenore presentium
99 misericorditer in Dño concedimus.

99 S. 4. Insuper: quod dicti Fratres pro
99 Oratione mentali, ad quam ratione eorum
99 Regula, et Constitutionis in duabus vicibus
99 quolibet die tenentur; praedictas omnes
99 indulgentias, et peccatorum remissiones, ac
99 poenitentiarum relaxationes, proportio-
99 naliter lucrari, et consequi possunt, et va-
99 leant: auctoritate, et tenore presentium
99 indulgemus. In contrarium non obstantibus
99 quibuscumque.

99 S. 5. Presentibus ad septennium
99 tantum. Valituris.

99 S. 6. Volumus autem: quod praese-
99 ntium transcriptis, etiam impressis etc.

99 Dat: Romae apud Sanctam Mariam
99 Majorem sub anno piscatoris die vi-
99 gesimaseptima Junij 1687. Pon-
99 tificatus nostri anno undecimo.

S. 4.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivis Conventus Matritensis nostrorum Dis-
calceatorum; et citatur a nostro Discalceato Josepho a Teru Maria in Scholio ad
Bulla 10.^{am} Clementis X. in suo Bullario pag: 601. Omnes Religiones deberent
simile Breve impedire, et perpetuo Valiturum; esset enim proficuum, utile, et oppor-
tunum, non solum Fratribus, et Monialibus, atque Confratribus, et Conventibus om-
nium Religionum: sed etiam Animabus Purgatorij

Bulla XXXII.

sive Decretum emanatum a Sacra Congrega-
tione particulari deputata ab Innocentio XI.
SS^{mo} Pontifice, ad effectum judicandi: an jus
eligendi Generalem in N^{ra} Calceatorum Familia
ad solas 4^{as} Provincias: Franciae, Campaniae,
Normandiae, et Picardiae competet?

99 Congregatio nonnullorum Eminenssimorum, et
99 Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium per SS^{mo}
99 Dominum nostrum specialiter deputata censuit.
99 Congregationem quatuor Provinciarum, vide
99 licet: Franciae, Campaniae, Picardiae
99 Belgij, seu inferioris Germaniae, Norman-
99 diae, seu Britanniae, habitam in Monasterio
99 rio Cervi-frigidi die 20. Martij 1686.
99 et electionem ibidem factam Majoris Mi-
99 nistri Generalis totius Ordinis SS^{mae}
99 Trinitatis Redemptionis Captivorum, in
99 personam Patris Eustachij Teyrier, cum
99 omnibus inde sequutis, fuisse nullas,
99 et invalidas: et Constitutiones speciali-
99 ter

99 ter confirmatas a S^{ta} Memoriae Alexan-
99 dro VII sub die 2. Januarij 1658.
99 esse servandas; ac pro inde Ministrum
99 Generalem dicti Ordinis esse ab omnibus
99 ejusdem ~~Ordinis~~ Provincijs eligendum.

99 Interim vero: ne idem Sacerex Or-
99 do, sine superiore permaneat; posse, si
99 ita SS^{mo} Dño nostro placuerit: deputari
99 in dicta ~~Patris~~ Teyrier in Vicarium
99 Generalem usque ad futurum Capitulum
99 Generale: atque ad idem pariter tempus
99 pro alij Provincijs Ordinis extra Galiam,
99 alium Religionum in visitationem Apo-
99 tolicam cum facultatibus necessarijs,
99 et opportunis. Capitulum vero Generale
99 convocandum Romae per Em^{mae} Protectorem
99 pro Dominica 4. post Pascha Resurrectionis pro-
99 ximi anni 1688. Romae 4. ~~Obis~~ 1687.
99 Et die 9. ejusdem mensis et anni
99 facta

99 facta de praxibus relatione S^mo Domini
99 nostro, Sanctitas sua prefatum Con-
99 gregationis Decretum benigne approba-
99 vit, et publicari mandavit. Roma

99 Roma die 2 Decembris 1687.

137

99 G. Cardinalis Carpinens.

99 loco III sigilli.

99 B. Panciaticus Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum adducitur in Actibus Capituli Generalis Romae celebrati in N^o C^o de-
vante S^mo Francisco Romana anno 1687. et Praenone impressis eodem anno
in Typographia Vincentij Suzia. Sacra Congregatio ad hoc specialiter depre-
cata a S^mo Innocentio XI: auditis pluries partibus in iudicio inter His-
pania, et prefatas Gallia Provincias, nem per S^mum confirmatum Decretum
sed Senatus Parisiensis Edictum die 11. Februarij 1688. jubet: eandem electio-
nem, tanquam canonicam ab omnibus agnosci, et vetat nec dictae constitutio-
nes anni 1656 vim legi ullam habeant. Ut eisdem verbis dicit R^mus P. N^o Gene-
ralis F^r Claudius de Massiac; in Apedice 2^a, quam adjunxit ad Chronicum
Majorum Ministrorum, R^mus P. N^o Roberti Saguni; in fine constitutionum,
quas ipse Massiac Ordinavit pro dictis quatuor Provincijs Galliae anno 1719. pag:
136. et postea addit: inde inter Provincias Francia, et extra Regnum, exor-
tum schisma usque ad annum 1703.

Bulla XXIII

Decretum Cardinalis Protectoris, quo ex
facultate Sacrae Congregationis, et Man-
dato S^mi Domini Innocentij XI. Convo-
cavit omnes Provincias N^o Religionis
ad Capitulum Generale Romae celebra-
ndum sabbato ante Dominicam post Pascha
anni 1688.

99 4^a post Pascha Resurrectionis proxima
99 anni 1688 (Deo dante) celebrandū, Vo-
99 bis omnibus, et singulis, ex injuncto No-
99 bis munere, per presentes notum facimus,
99 indicimus, et publicamus; mandantes
99 in Viritate S^{ta} Obedientia, et sub paenis
99 arbitrio Sanctissimi, ijs omnibus ad quos
99 pertinet: quatenus opportunē ad praefatū
99 tum Generale Capitulum accedant.

99 S. 2. Ut autem, quae ex multitu-
99 dine oriri potest, Confusio vitetur: om-
99 nibus, et singulis Religionis ejusdem Or-
99 dinis, cujuscumque dignitatis, et condi-
99 tionis sint, praecipimus: ut nullatenus
99 quovis pretextu ad praefatum Generale
99 Capitulum conveniat, praeter eos, ad
99 quos spectat, nec accedere praesumat,
99 vel nisi a Diffinitorio propria Provin-
99 cia ad defendendas conclusiones, vel ad
99 concionandum tempore celebrandi
99 dicti Capituli missus fuerit.

99 S. 3. Quos omnes monemus, qua-
99 tenus tam venientes, quam redeuntes,
99 ita

99 Alderanus Episcopus Natiensis S. R. E.
99 Cardinalis Cybo, Sacri Collegij Decanus,
99 et totius Ordinis S^mae Trinitatis Redep-
99 tionis Captivorum Protector.


99 Reverendis Patribus Provincialibus
99 Diffinitoribus, Electoribus, ceterisque Re-
99 ligiosis ejusdem Ordinis, citra, et ultra
99 montes: Salutem etc.

99 S. 1. Generale totius Praefati Ordi-
99 nis Capitulum in hac Alma urbe ex De-
99 creto Sacrae Congregationis per S^mum
99 Dominum nostrum specialiter deputata
99 die 4. praesentis Mensis Decembris ex-
99 manat, ac die 9. ejusdem Mensis a Sac-
99 titate sua benigne approbato, Dominica

ita se modestos, et exemplares ostendant,
 sicut Religiosos Viros, et tam S^{ti} Ordinis
 Professores, esse oportet: Reverendos Pro-
 vinciales, ut suo debito respondeant mu-
 nexi, cujuslibet Provinciae Conventuum, et
 Religiosorum numerum, ac monumenta,
 sicut et notabilia quaecumque per au-
 thenticam fidem, secum deferre debeat.

S. 4. Demum: ut Deo, cum omne
 bonum deservium sit, descendens a Pa-
 tre Luminum, prosperum agendorum
 omnium exitum valeamus obtinere: his
 nostris litteris acceptis, ac singulis in
 Provinciis promulgatis, incessanter, et
 sine intermissione, orationes effundatur
 et a Paschate Resurrectionis praefati an-
 ni, usque ad 4^{am} Dominicam praedictam,
 qualibet Feria V. non impedita, in singulis

conventibus Missa de Spiritu S^{to} solemniter
 celebretur, ac in privati missis de eodem
 Oratio habeatur, in Choro autem post Ma-
 zimum, et Vesperas, dicatur Hymnus: Veni
 ceator Spiritus cum Antiphonis et oratio-
 nibus de Spiritu S^{to}, ac de SS^{ma} Trinitate
 re: Et a Dominica 2^a post dictum Pas-
 cha, solennes fiant Processiones per Eccl-
 sias, et Claudia, ac litaniae dicantur: om-
 neque concurrere festinent, ad Dominum,
 ipsum deprecantes, ut quae agenda sunt,
 ad sui laudem, et gloriam, ac praefati Ordinis
 incrementum, et profectum cedant. Valete.

Roma die 28. Decembris anno 1687.
 N. Cardinalis Cybo Protector.
 Loco  sigilli.
 Gaspar Pasqualonius Secretarius.

Con-
Notabilia

Hoc Decretum adducitur in Actibus dicti Capituli Generalis Romae Celebrati; im-
 pressis Baxcinone per Vincentium Suria anno 1688. Virtute hujus Convocationis
 et Praecepti: Vocales Provinciae Hispaniae, Portugaliae, et Italiae, convenerunt
 ad Capitulum Romae celebrandum; Octo vero Galliae Provinciae non acceverunt.

Bulla XXXIV.

Confirmat Confraternitatem Dulcissimi No-
mini B^{ae} Virg^{is} Mariae de Remedio,
erectam in Ecclesia Conventus Nⁱ de An-
dusar Provinciae Baeticae; eique Indul-
gentias concedit.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei
 Universis Christianis praesente litteras in-
 specturis. Salutem, et Ap^{ta} benedictione.

S. 1. Considerantes nostrae mortalita-
 tis fragilitatem, et humanae Tenoris Con-
 ditionem, dictaeque Judicij severitate,
 percipimus fideles praesentes iudicium
 ipsum bonis operibus, et pijs precibus
 praevertere: ut per illa eorum peccata
 deleantur, ipsique aeterna felicitatis
 gaudia facilius consequi mereantur.

S. 2. Cum itaque sicut accepimus,
 in Ecclesia Domus Regularis Fratrum
 Calceatorum Ordinis SS^{mae} Trinitatis, et

Redemptionis Captivorum Oppidi, vel Civita-
 tis, nuncupati de Andusar Tienenensis
 Diocesis, una pia, et devota utriusque
 sexus Christianorum Confraternitas,
 sub Nomine B^{ae} Virg^{is} Mariae de Rem-
 edio nuncupata, seu alia veriori invoca-
 tione, ad Dei omnipotentis laudem, et
 honorem, proximique subventionem, ani-
 marumque salutem, non tantum pro ho-
 minibus unius specialis Artis instituta
 existat, cujus dilecti Filij confra-
 tres quamplurima Charitatis, pietatis, et
 misericordiae opera exercere consueverunt,
 ut igitur ipsi, et pro tempore existentes, dic-
 tae Confraternitatis Compadres in honorabili-
 ori pio operum exercitio cofoveantur, et
 magis ad ea impoterum exerceant, ac alij
 Christiani ad dictam Confraternitatem de cae-
 tero ingrediendum per amplius invitent.
 dictaque Ecclesia in debita veneratione habe-
 beatur; et ab ipsi Christianis congruis

Re-

11 frequenter honoribus, illique devotius, et
11 libentius ad dictam Ecclesiam devotionis cau-
11 sa confluant, quo dono caelestis gratia
11 uberior conpexerint, se esse referos.

11 S. 3. De omnipotentis Dei misericor-
11 dia, ac Beatorum Petri, et Pauli, Apostolo-
11 rum ejus auctoritate confiri, omnibus, et
11 singulis utriusque sexus Christianis fidelibus, ver-
11 re poenitentibus, et confessis, ac sacra Commu-
11 nione refectis, quo dictam confraternitatem
11 de cetero ingrediantur die primo eorum
11 ingressus: Plenariam.

11 S. 4. Necnon: ad praesens, et pro tempore
11 existentibus, ejusdem Confraternitatis
11 confratribus, ubilibet decedentibus, vere
11 poenitentibus, et confessis, ac sacra Com-
11 munionem (si id commode fieri poterit) re-
11 fectis, vel saltem conditis, in eorum mor-
11 tui articulo primum Nomen Jesu corde (si
11 ore nequiverint) devotè invocantibus; et
11 demum confratribus, nunc, et pro tempore
11 existentibus, et vere poenitentibus, et con-
11 fessis, ac sacra Communionem refectis, qui
11 Ecclesiam praefatam in die festo principa-
11 li dictae Confraternitatis per dictos Con-
11 fratres eligendo, et ab Ordinario loci ap-
11 probando, qui semel electus, et approba-
11 tus amplius variari non poterit, citra festum
11 Paschatis Resurrectionis Domini, a
11 1^o Vesperis usque ad occasum solis diei
11 festi honorabiliter, singulis annis devo-
11 te visitaverint, et ibi pro 1^{ta} Matris Ec-
11 clesiae exaltatione, haereticorum extirpatione,
11 ac inter Christianorum Principes concordia,
11 et unione, ac Romani Pontificis sa-
11 lute, pias ad Deum preces effuderint,
11 quo die festo assumpto id pro tempore
11 fecerint: Plenariam omnium peccatorum sur-
11 orum indulgentiam, ac remissionem peccatorum
11 penam concedimus, et elargimur.

11 S. 5. Praeterea eidem confratribus,
11 scilicet, vere poenitentibus, et confessis,
11 ac sacra Communionem refectis, quae Eccl-
11 siam praedictam in quatuor anni festivis,
11 vel ferialibus diebus, per dictos confratres
11 etiam

11 etiam eligendos, et ab Ordinario loci pariter
11 approbandos, qui semel electi, et approba-
11 ti amplius variari non poterunt, citra
11 illum dictum diem Paschatis Resurrec-
11 tionis Dominicae, singulis annis devotè
11 visitaverint, et ut praefertur oraverint,
11 quacumque die quatuor posteriorum festivi-
11 tatum, seu dierum honore, id pro tempore
11 fecerint: septem annos, et totidem qua-
11 dragenas.

11 S. 6. Porro eidem confratribus
11 quo die Divinis officijs in eadem Ecclesia
11 morem Confraternitatis celebrandis; aut Congre-
11 gationibus publicis, vel privatis, aut secre-
11 tis ejusdem congregationis: pro quocumque
11 opere pio exercendo: vel Processionibus Or-
11 dinarijs, vel extraordinarijs: tam dictae
11 Confraternitatis, quam alias de licentia
11 Ordinarij faciendis: vel sepeliendis mor-
11 tuis officiose interfuerint: aut ipsi SS^{mi}
11 Eucharistia sacramentum dno ad aliquem
11 infirmum fertur associaverint: vel quos
11 hoc facere impediti fuerint campana
11 ad hoc signo dato genibus flexis oratio-
11 nem Dominicam, et salutationem Angelicam
11 eam pro eodem infirmo recitaverint; vel
11 Pauperes peregrinos hospitio exceperint:
11 vel pacem cum inimicis proprijs, vel al-
11 ienis composuerint: aut ignorantes Dei
11 praecepta, et quae ad salutem sunt, docu-
11 erint: aut quinquies Orationem Dominicam
11 et toties salutationem Angelicam pro ani-
11 mabus confratrum dictae Confraternitatis
11 in Christi Charitate defunctorum, recita-
11 verint: toties pro quolibet praemissorum
11 piotum operum exercitio sexaginta die-
11 et de injunctis eis, vel alias quomodo-
11 libet debitis poenitentijs misericorditer
11 in Dno relaxamus.

11 S. 7. Praesentibus perpetuis futu-
11 ris temporibus Valituris
11 S. 8. Volumus autem etc.
11 Dat: Roma apud S. Mariam Majorē
11 anno Incarn. Dni 1687. Nonis Mai-
11 j. Pontificatus nostri anno
11 duodecimo.

NOT:

Notabilia

Hac Bulla extat originalis in Archivo N^o Conventus de Anduxar Provinciae Boeticae; cujus transcriptum accepi anno 1760 à P. F. Antonio Guzmán Natio-
rio Apostolico N^o Conventus Madritensis Alumno.

Bulla XXXV.

vive Rescriptum constitutum Cardinali
Protectorem Praesidem Capituli Generalis
N^o Religionis Romae celebratum anno 1688.

99 Praefata Hispaniarum Provincia, Portu-
99 galiae, et Italiae ad ipsam tandem deve-
99 nerunt R^{mi} Patris Generalis electione;
99 porrecto de super suplici libello ad SS^{mu}

supplicat

Bulla XXXVI.

vive Decretum Sacrae Congregationis proro-
gans dictum Capitulum Generale à Domini-
cam V. post Pascha.

99 Sacra Congregatio Eminentissimorum
99 et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium
99 negotijs, et consultationibus Episcoporum, et
99 Regularium praeposita: attentis narra-

tis

Bulla XXXVII.

Decretum SS^{mi} Substitutionis Confir-
mationum Provincialium Castellae et Boeti-
ca Provinciae.

99 Provinciales Ordinis SS^{mae} Trinitatis Re-
99 demptionis Captivorum humiliter Sanctitati
99 tam veritas deprecantur amplam concedere
99 facultatem substitutionis confirmationes elec-
99 tionum Provincialium, Castellae, et Boeticae
99 datas à Vicario Generali P. Ruiz, licet

talit

Notabilia

Hac tria Decreta adducuntur in Actibus dicti Capituli Generalis Romae celebrati ipso
anno 1688. Impressis Barcinone per Vincentium Suria eodem anno. In hoc Capitulo Generali
Electus, et Confirmatus fuit Minister Generalis N. Sacri Ordinis R^{mus} Pater Magister Fr-
Antonius Pegueroles Provincialis Aragoniae. Qui dubitaverit de legitimitate hujus electionis,
et hujus Ministeri Generalis: dubitabit etiam de legitimitate Decretorum Sacrae Congregationis,
et

99 supplicantes: quatenus Em^{mo} et R^{mus}
99 Cardinalis Cybo, Protector N^o Ordinis, hu-
99 juremodi electioni praesideret.

99 Suaque Beatitudo suo Rescripto de-
99 crevit, ut sequitur: All' Signore Cardinale
99 Protectore, che presida. id est: Cardinalis
99 Protector Praesideat
99 Sub die 11. Maij 1688.

99 tis, petitam prorogationem usque ad
99 Dominicam quintam Post Pascha Res-
99urrectionis Dⁿⁱ n^{ri} Ieruchristi curre-
99 tis anni Oratoribus benigne concessit: in
99 contrarium quibusvis non obstantibus
99 Roma 14. Maij 1688.

99 S. Cardinalis Carpinensis
99 loco II sigilli.
99 B. Panciaticus Secretarius.

99 talis non foret. Et legitimandi duorum Pro-
99 vincialium suffragia, ad Capituli Genera-
99 lis celebrationem. Quod totum est. Et Deus etc.

99 Placuit Em^{mo} Protectori: Haec Sanctitati
99 sua exponere. Ad quae constat, à tergo ap-
99 positum fuisse rescriptum: ut sequitur

99 Die 27. Maij 1688.

99 SS^{mu} annuit. Ut petitur.

99 A. Cardinalis Cybo Protector.

et SS^{mi} Pontificis Innocentij XI. Nihilominus Octo Gallia Provincia N^{ra} Religionis obedi- 141
entiam prestabant Patri Eustachio Ferrer, electo à quatuor Provincijs Galliar, anno
1686. cujus electionem nullam declaraverat sacra Congregatio, annuente, et approba-
te Innocentio XI. Videatur nunc: Qui erat legitimus Generalis? Et: qui erat
Generalis schismaticus? Tamen à Gallis in Chronico Majorum Ministrorum hic ponitur, ille omittitur.

Bulla XXXVIII.

Concedit Altare majus Ecclesie Conventus Matritensis nostrarum Calceatorum esse Privilegiatum ad T^m.

Innocentius Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. I. Omnium salutem Paterna charitate intenti, sacra interdum loca spiritalibus indulgentiarum muneribus decoramus; ut inde fidelium defunctorum anima, Domini nostri Jesu Christi, ejusque sanctorum suffragia meritorum consequi, et illis adjuncta ex Purgatorii penis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant.

S. 2. Volentes igitur Ecclesiam Fratrum Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum Oppidi Matriti Diocesis Toletana, in qua aliud Altare Privilegiatum non invenitur concessum, et in ea situm Altare majus hoc speciali dono illustrare: dummodo in dicta Ecclesia quinquaginta Missae quotidie

celebrentur: de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli, Apostolorum ejus auctoritate confirmari: quod quocumque sacerdos aliquis seu secularis, vel Regularis Missam Defunctorum pro anima cujuscumque Christiani fidelis, qua Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad predictum Altare celebrabit, anima ipsa de Thesuro Ecclesie per modum suffragij indulgentiam consequatur: ita ut, ejusdem Domini nostri Jesu Christi, ac B^{ne} Virg^{is} Mariae, sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus à Purgatorii penis liberetur: Concedimus, et indulgemus.

S. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

S. 4. Praesentibus ad septennium tantum Validuris

Dat: Roma apud S. Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Maij 1688.

Pontificatus nostri anno duodecimo.

Notabilia

Transumptum hujus Brevis accepi per Tabellarium Publicum anno 1756. à R. P. Fr. Antonio Guzman Notario Apostolico Conventus Matritensis Alumno.

Bulla XXXIX.

Visitantibus Ecclesiam Matritensem nostrarum Calceatorum concedit Indulgentias concessas visitantibus septem Altaria Basilicae S. Petri de Urbe.

Innocentius Papa XI.

Universis Christianis praesentes litteras inspecturis salutem, et Ap^{ostolice} benedictionem.

S. I. Ad augendum fidelium Religionem, et animarum salutem Celestibus Ecclesiis, et Thesauris pia charitate intenti omnibus

utriusque sexus Christianis, qui septem Altaria, quatenus sint in Ecclesia Regij Conventus Fratrum Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum Oppidi Matriti Toletanae Diocesis duodecim vicibus pro quolibet anno, per Ordinarium designandorum devotè visiterint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hanc exspirationem, ac Matris Ecclesiae exaltatione pias

Alexander VIII.

143

Venerabilis, Petrus Ottobonus antea dictus, cardinalis Episcopus Tusculanus, summus Pontifex creatus est Roma die 6. Octobris 1689. Coronatus vero die 23. ejusdem mensis et anni. Vixit in Pontificatu solum unum annum, tres menses, dies viginti septem. Quia obiit Roma die 2. Februarij 1691. et in Basilica vaticana sepulcrum accepit.

Bulla I.

sive Decretum Sacra Rituum Congregationis die 21. Januarij extendens facultatem recitandi officium SS. Patriarcharum nostrorum, Joannis de Mata, et Felicis de Valois, cum Orationibus, et sectionibus propriis: ad totum Clerum, tam secularem, quam Regularem utriusque sexus, pro toto Regno Poloniae, anno 1690: ad preces Em^{mi} et R^{mi} Domini Cardinalis Radziouviskii, necnon Episcoporum, et Cleri ejusdem Regni, ac etiam Fr Petri de Jesu, Procuratoris Generalis Congregationis nostrorum Discalceatorum Hispaniae. Quod Decretum signatum manu Em^{mi}, et R^{mi} Domini Cardinalis Cybo, Nⁱ Ordinis Protectoris, munitum sigillo ejusdem, et subscriptum per Laurentium Plicum ejusdem S. R. C. Secretarium: avertatur in Archiva Conventus Matritensis Nostrorum Discalceatorum, ut dicit N^{us} Discalceatus Josephus a Jesu Maria in suo Bullario in scholijs ad Bullam XI. Clementis X. pag: 603; cum autem non adducat tale Decretum; neque possit Ego illud hic apponere.

Bulla II.

sive Decretum Sacra Rituum Congregationis, epra die, scilicet 21. Januarij. eodem anno 1690. extendens eandem gratiam, de qua in antecedenti ad omnem Clerum, tam saecularem, quam Regularem utriusque sexus Regni Angliae, ad preces Em^{mi} et R^{mi} Domini Cardinalis Northfolia. Et avertatur hoc Decretum Originale in Archivo Conventus Matritensis nostrorum Discalceatorum signatum, sigillatum, et subscriptum, ut procedens: pro ut avertit N^{us} Discalceatus Josephus a Jesu Maria loco nuper citato. Et non possum illud hic apponere, quia ad manus meas non pervenit.

Innocentius XII

Patria Neapolitanus, Familia Pignatellius, ex Perillustri Pignatellium
Familia, consanguinea Perillustrium Comitum Montis nigri, et Montis
Sauri insulae majoricensis: Antonius S. R. E. Cardinalis Pignatellius an-
tea dictus, Archiepiscopus Neapolitanus: summus Pontifex creatus fuit
Roma, die 12. Julij, anno 1691. Obijt Roma die 17. Septembris anno
1700.

Bulla I.

Laudat, fovet, et hortatur Discalceatos
nostros Congregationis Hispaniae, in
capitulo generali Compluti Congrega-
tos.

Dilecti Filij: Ministri Generali, Diffi-
cultoribus Generalibus, Provincialibus et
Socijs, Ordinis Discalceatorum S. S. Tri-
nitatis Redemptionis Captivorum, in Col-
legio Complutensi ejusdem Ordinis ad
Capitulum Generale congregatis.

Innocentius Papa XII.

Dilecti Filij! salutem, et Apostolicam
benedictionem.

S. 1. Eri cognitum jam pridem, et
perspectum habeamus, eximium, nobi-
sique unquam praconijs satis comen-
datum, Zelum, quo incensi eratis, re-
dimendi per indefensos praestantissimi
Ordinis vestri Professores, a Barbaro-
rum potestate Polonos, Germanos que;
gavisi nihilominus majorem in modum
sumus: id ipsum intelligere a Religi-
oso viro Patre Petro a Jesu, Procura-
tore Generali, Romae existente, No-
bisque admodum probato, a quo ac-
curatam Redemptorum a praedictis
Nationibus notitiam accepimus.

S. 2. Quia vero novum hoc, pra-
clarumque zeli vestri testimonium, in ge-
nerali, qua vos presequabamur cumu-
lum addidit: hinc vobis duximus

significandos: gratos erga vos, animi
nostri sensus, hinc vobis duximus
significandos, non defuturi occasio-
nibus, qua se offerent, luculentè de-
clarandi, quati pietatem vestram
faciamus.

S. 3. Reliquum est: ut constan-
ter permaneat in juvandis, ac in-
dies magis stabilendis collegijs, qua
in Polonia, Germaniâque, magna-
rum Divina gloria, et Catholica
Fidei incremento excitatis; dum
Nos hac spe freti vobis dilectis filijs
ad Generale Capitulum laudabili-
tèr celebrandum Apostolicam bene-
dictionem peramanter imperabimus.

Dat: Roma apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris die 22. Martij 1692.
Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

Hoc Breve adducitur a R. P. Fr. Alexandro a Matre Dei in Chronica nostrorum Discalceatorum Hispaniae part. 3. pag. 188.

Bull-

Bulla II.

Maxe Magnam Indulgentiarum, et
Privilegiarum, Omnium Religionum,
tam Mendicantium, quam non me-
dicanti, tam Canonorum, quam Clericorum
Regularium, et quorumlibet Ordinum, So-
cietatum, et Congregationum Regularium
Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
Captivorum, denuo Concessit.

Innocentius Papa XII.

Ad perpetuam rei memoriam

S. I. Salvatoris, et Domini nostri
 Jesu Christi, qui pro humani generis Re-
 demptione se ipsum exinanivit, factus
 obediens usque ad mortem, vices licet im-
 meriti gerentes in terris; Religiosos viros,
 divinis ^{officiis} ac charitatis, et misericor-
 diae operibus; praesertim vero Christi
 fidelium Captivorum Redemptioni vacan-
 tes, Pastoralis benignitate complectimur.
 utque eadem opera alacrius continuent,
 et utilius exequantur; gratijs, et favo-
 ribus, quibus possumus ^{amplissimis} con-
 foverimus; prout conspiciamus in D^{no}
 salubriter expedire.

S. 2. Cum itaque, sicut dilectus Fi-
 lius Felix Pantaleo, Procurator Genera-
 lis Ordinis Fratrum SS^{me} Trinitatis
 Redemptionis Captivorum, Nobis nuper ex-
 poni fecit: Frater, et Religiosi ejusdem
 Ordinis in Captivorum Redemptione, gra-
 vissima quaeque discrimina, et pericu-
 la ad id subeundo, pro viribus occupen-
 tur: ac ut ad tam pij operis exercitium,
 promptiores in dies reddantur, pluri-
 mum cupiant, et aliarum Religionum
 gratias, et privilegia a Sede Apostoli-
 ca concessa, quae felicitis recordationis
 Urbanus VIII, Praedecessor noster, per
 quosdam suas sub plumbo (anno Incar-
 nationis Dominicae 1634. quinto Kalen-
 das Aprilis Pontificatus sui anno XI) expe-
 ditas litteras, Congregationi Fratrum Dis-
 calceatorum dicti Ordinis concessit, et com-
 municavit; Ordini predicto, illiusque Fra-
 tribus, et locis; per Nos, et Sedem eandem,
 pariter concedi, et communicari: Nobis

propterea idem Felix, Procurator Generalis
 humiliter supplicari fecit: ut in praemissis
 opportune providere, et ut infra indulgere
 de benignitate Ap^{ca} dignaremur. ^{et c.}
 Nos igitur: Ordinera predicti
 ex quo Uberissimi fructus in Ecclesia Dei
 ad illius laudem, et Christianae Republicae
 necnon fidelium Captivorum commodum, et
 utilitatem in dies proveniunt, vallare fixe
 missimis praedijis desiderantes: ipsique
 Felicem Procuratorem Generalem, et sin-
 gulares Ordinis hujus personas, a quib-
 usvis excommunicationis ^{et} usque ad
 et absolutas fore censentes: hujusmodi
 supplicationibus inclinati, de Venerabi-
 lissimum Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
 nalium, negotijs, et consultationibus Episc-
 coporum, et Regularium, Praepositorum, Con-
 silio: et attenta relatione Venerabilis
 Fratris nostri Alderani Episcopi ^{Medi-}
 ensis, ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo mun-
 cupati, Ordinis supradicti apud Nos,
 et Sedem predictam, Protectoris, super
 praemissis, eidem Cardinalibus facta: ei-
 dem Ordini Fratrum SS^{me} Trinitatis Re-
 demptionis Captivorum, illiusque Domibus,
 et Regularibus locis, sub illo comprahen-
 sis: necnon superiori Generali, pro tem-
 pore existenti, Diffinitoribus, ^{et Priori-}
^{bus} ~~Abbatibus~~, Visitatoribus, Assessoribus,
 Superioribusque, Provincialibus, et Conven-
 tualibus, aliisque cujuscumque nominis
 Officialibus, Superioribus, et Religionis om-
 nibus, et singulis in eo Profertis Fratri-
 bus, pro tempore ad Captivos redimen-
 dos ^{transmissis} ~~commissis~~, vel transmissis, et Capitu-
 lis ~~Pro~~ Generalibus, Personis Regularibus,
 Novitijs, Conversis, Donatis, ^{Oblatijs} Ministris, Fa-
 mulis, cunctisque, tam officialijs, quam
 Domesticis, et eorum Domibus Inveni-
 tibus, et ceteris dicti Ordinis, ac illius
 Domorum, et Regularium Locorum perso-
 nis quibuscumque pro tempore existentibus,
 necnon ^{quibuscumque} alijs personis, et Christi fidelibus
 illorum Ecclesiarum, seu Cappellarum, ^{pro tempore} visitanti-
 bus: ut omnibus, et singulis Privilegijs,
 libertatibus, immunitatibus, exemptionibus,
 praeseminentijs, antelationibus, concessionibus
 indulgijs

indulgentiis, favoribus indulgentis, alijsq; prae-
 rogatiis, et gratijs universis, et singulis, tam
 spiritalibus, quam temporalibus, singulis
 Domibus, Conventibus, et alijs Regularibus
 locis, ac personis, tam Canonicoꝝ, quam
 Clericoꝝ Regularium, ubi ex istentium
 institutis, et non solum Ordinibus Monas-
 ticis, Regularibus Mendicantium, et non
 Mendicantiu, tam pro Redemptioe Cap-
 tivoꝝ, quam alijs quomodolibet, eidem
 Congregationi Fratru Discalceatoꝝ dicti
 Ordinis S^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivoꝝ, illiusque Domibus, Conventibus,
 et fratribus: nec non Ordini B^{ae} Mariae
 de Mercede Redemptionis Captivoꝝ, sed
 etiam omnibus, et quibuscumque alijs Congregatio-
 nibus Regularibus, et praecipue Clericoꝝ
 Regulariu infirmis ministrantiu, et Con-
 gregationis S^{mi} Salvatoris Lateranenſis, S^{ti}
 Salvatoris de Bononia, ac etiam S^{ti} Ruffi
 Valentiae, ac S^{ae} Crucis Colimbriae, Cle-
 ricorum Regulariu de Somascha, et Pau-
 perum Matris Dei, ac Scholarum piaru,
 ipsiq; Monasticis Congregationibus, eti-
 am Cassinensis, alijsque Monachis, et Mo-
 nasterijs S^{ti} Benedicti, S^{ti} Hieronymi,
 Carmelitis Discalceatis, Congregatione S^{ae}
 Mariae de Guadalupe: nec non Societa-
 tis Jesu, ipsiq; Carthusienſiu, Praemo-
 nasticorum, et reformatoꝝ Cisterciensiu,
 um, Servitarum, Olivetanoru Ordinis,
 alijsque Familijs, et Societatibus Regu-
 laribus, Militijs, Hospitalibus quibuscum-
 que, et pijs locis Regularibus: ac quib-
 uscumque Personis, nunc, et protempo-
 re existentibus, praedictoru, et quorum-
 libet Ordinum, Societatum, et Congrega-
 tionum Regulariu: per Nos, et praesentem
 dem praefatam, ac alios quoscumque Prae-
 decessores nostros, Romanos Pontifices: nec
 non ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam
 de latere Legatos, et quovis Sedis Ap^{ca}
 Nuntios, vel etiam, tam Apostolica praedi-
 ca, quam Ordinaria, et Regia, vel Impe-
 riali, auctoritatibus respective, aut Alias
 quomodolibet, quibuscumque verboru ex-
 pressis

pressionibus, et tenoribus, in genere, vel in
 specie, ac particulariter, tam per modum
 communicationis, et ampliationis, quam
 simplicis, et individua, ac particularis, et
 specialis concessionis: ac etiam motu proprio,
 et ex certa scientia, et de Apostolica Po-
 testatis plenitudine: etiam iteratis vicibus
 concessis haecenus, vel confirmatis, aut ap-
 probatis: et quibus illi, tam in vita, quam
 in mortis articulo, etiam circa peccatoꝝ
 remissiones, et injunctaru poenitentiaru
 relaxationes, aut alias quomodolibet de
 jure, usu, aut privilegio, vel consuetudi-
 ne, quomodolibet utuntur, fruuntur, poti-
 untur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et
 gaudere possunt, et poterunt quomodolibet
 in futurum, quamvis illa sint speciali-
 nota digna, difficilisque concessionis: et
 quae in generali concessionis non veniunt;
 non solum per participationem, communi-
 cationem, illorum extensionem, et ad il-
 lorum iustitiam: sed speciatim, et nomina-
 tim, pariformiter, et aequè principaliter
 in omnibus, et per omnia, absque ulla pro-
 xis diffentia: perinde ac si illa primodice-
 to Ordini, illiusque Capitulis Generalibus,
 superiori Generali pro tempore existenti,
 illiusque Superioribus, et personis praedi-
 ctis, specialiter, et expresse, et nominatim,
 etiam per viam, et modum simplicis, et
 individua, ac particularis, et specialis con-
 cessionis, etiam motu proprio, et ex certa
 scientia, ac de Apostolica Potestate ple-
 nitudine, aut communicationis, et am-
 pliationis, concessa fuissent: Quatenus
 tamen sint in usu, et non revocata, nec
 sub aliquibus revocationibus comprehen-
 sa: nec sacris Canonibus, aut decretis
 Concilij Tridentini contraria: uti, frui,
 potiri, et gaudere libere, et licite possint,
 et valeant.
 S. A. Ita quod omnes, et singuli pri-
 modicti Ordinis, et illius Domoru, lo-
 corumque Regularium, Superiores, et
 ministri, quovis nomine appellati, e-
 oisdem favores, gratias Apostolicas, et Privilegia,
 quae

148
 que aliarum Religionum, Ordinum, Congre-
 gationum, Societatum, etiam Jesu, monas-
 teriorum, Conventuum, Domorum, aut Locorum Re-
 gularium, et Familiarum Generales, superio-
 res, Provinciales, Rectorer, Priores, conventua-
 les, aut claustrales, Visitatores, Guardia-
 ni, Custodes, et alio quocumque nomine, ti-
 tulo, aut dignitate insigniti, habent, in-
 militet, ut supra habeant: Fratresque et
 Personae Regulares primodicti Ordinis Be-
 nediti, Superiores, Ministri, et ceteri alij,
 cujuscumque appellationis Praepositi, et
 Praefecti in Ordine hujusmodi expressè
 Professores, et in ejus gremio, et observantia
 viventes Fratres, et Personas Regulares
 primodicti Ordinis cum privilegijs, gratijs,
 et facultatibus Apostolicis Ordinum, et Con-
 gregationum, perpetuò secundum observan-
 tiam Regularem, et canonicam Institutum
 dicti eorum Ordinis SS^{me} Trinitatis Re-
 demptionis Captivorum regere, et guber-

nare, et respective visitare valeant. Neque
 dictus Ordo super praedictis omnibus, et sin-
 gulis à quocumque quavis auctoritate, vel no-
 mine, molestari, perturbari, inquietari, aut a-
 lias quomolibet in iudicio, et extra impe-
 diri possit: Ap^{ca} Auct^e, tenore praesentium
 perpetuò concedimus, et indulgemus.

S. 5. Decernentes eandem praesentes liti-
 teras, semper, et perpetuò, sique, et no-
 aliter per quoscumque Iudices, et
 ritum, et inane

S. 6. Non obstantibus praemissis, ac qui-
 busvis Apostolicis Constitutionibus, et
 risque contrariis quibuscumque.

S. 7. Volumus autem: ut praedictum
 transumtis

Dat: Roma apud Sanctam Mari-
 am Majorem sub annulo Piscatoris
 die 27. Junij 1693. Pontificatus
 nostri anno secundo.

Loco sigilli.
 J. F. Card. Albanus.

Notabilia

et perpetuò tamquam ad divini cultus,
 et bonorum operum augmentum, et Re-
 ligionis propagationem tendentes,
 validas, et efficaces esse et fore,
 suosque &c.

1. Transmissum hujus Brevis impressum in Typographia R. C. R. ipso anno impetrationis
 conservatum in Archivio hujus ^{Quatriteni} N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis: et adducitur à R. P.
 Fr. Antonio Ezquian in suo libro intitulato: Origen de la confraternidad de la SS^{ma} Ma-
riedad impressum Madridi anno 1730 pag: 331. Traductum ex latino in Idioma Hispa-
 interpretem anno 1694.

2. Fuit impetratum per admodum R. P. Magistrum Fr. Felicem Pantaleo, con-
 titutum Diffinitorem Generalem, et Generalem Procuratorem Nostra Religionis in Ca-
 pitulo Generali Romae celebrato anno 1688. in quo electus fuit Minister Generalis
 dictus Procurator Generalis, cum haberet notitiam, de Mari magno, quod concessit Vr-
 ceatorum Familia jampridem à pluris Romanis Pontificibus concessum fuisse; quia
 cum non haberemus Bullarium Nostra Religionis, non poterat illud registrare, et
 hanc notitiam inquirere: ideo hoc Breve impetravit.

3. Sed tale mare Magnum, sive communicationem, et participationem omnium
 Privilegiorum Indulgentiarum, exemptionum, indulgentiarum, et gratiarum omnium Reli-
 gionum, sive mendicantium, sive non mendicantium: concessum fuit à Leone X, et Au-
 dera est in Pontificatibus praefatorum Pontificum. Et Docimus, et R. P. P. Lezana
 Carmelita Tomo 3. suorum Operum adducit mare magnum Ordinis SS^{me} Trinitatis à Leone
 sua Religionis concessis.

Bulla III.

Concedit Altare S^{ti} Bernardi Martiris in Ecclesia N^o Conventus de Alzira Valentinae Diocesis esse privilegiat^o.

Innocentius Papa XII.

Ad futuram rei memoriam

S. 1. Omnium salutem Paterna charitate intenti: sacra interdum loca speciatim alibus indulgentiarum muneribus decoramus; ut inde fidelium defunctorum anima Domini nostri Jesuchristi, ejusque Sanctorum suffragia meritorum, illis adjuncta, a Purgatorij poenis ad eternam salutem per Dei misericordiam perducere valeant.

S. 2. Volentes igitur: Ecclesiam Domini Fratrum S^{ti} Bernardi Martiris nuncupati Ordinis Ssme Trinitatis Redemptionis Captivorum de Alzira Valentinae Diocesis, in qua nullum aliud Altare privilegiatum reperitur concessum, et in ea situm Altare ejusdem S^{ti} Bernardi Martiris illustrare hoc speciali dono: dummodo in dicta Ecclesia septem Missae quotidie celebrentur.

S. 2. De omnipotentis Dei misericordia

Notabilia

Hoc Breve avertatur originale in Archivo dicti N^o Conventus S^{ti} Bernardi Martiris de Alzira.

Bulla IV.

Concedit Altare S^{tae} Luciae V. et M. nostri Conventus Setabensis olim, nunc S^{ti} Philippi, esse privilegiat^o.

Innocentius Papa XII.

Ad futuram rei memoriam

S. 1. Omnium salutem ut in antecedenti.

S. 2. Volentes igitur Ecclesiam Fratrum

Notabilia

Hoc Breve avertatur originale in Archivo dicti Conventus S^{ti} Philippi.

cordia, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confiri: ut quando: cumque sacerdos aliquis dicte Ecclesiae duxerit Missam defunctorum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, et singulis diebus infra octavam, ac feria 2. cujuslibet hebdomadae pro anima cujuscumque Christiani, quae Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad ipsum Altare celebrabit: anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragij indulgentiam consequatur, ita ut eisdem Domini nostri Jesuchristi, ac Beatae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium merito sibi suffragantibus, a Purgatorij poenis liberetur, concedimus, et indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

S. 3. Praeentibus ad septennium tantum validuris.

Dat Roma apud Sanctam Mariam majorem sub annulo Piscatoris die sexta Novembris Pontificatus nostri anno tertio.

Bull.

Bulla V.

sive Epistola Praefati Congregationis negotij
et Consultationibus Episcoporum et Regularium
praeposita, ad Episcopum Majoricensem: su-
per fundatione cujusdam Conventus N^o Or-
dinis in Majorica.

Per Ill^{mo} Em^{mi} et R^{mo} Domini

Ill^{mo} Provinciale, e Religiosi de N^o Ordine
della S^{ma} Trinita exponono all^o E^o V^o.
come la Maesta del Re Catholico ha dato
licenza alli medecimi Oratori per la fun-
dacione, et erectione d'un Conventone
Insla di Majorica in un loco molto al
propósito, descritto in detta licenza; e
resultande di questa fundatione gran
profitto per il servizio di Dio, ricor-
rono humil^{te} a la benignita dello
E^o V^o. Supplicandoli: Vogliano deg-
narsi per la licenza Apostolica per
detta fundatione. ~~che~~ Che etc.

Hac petitione oblata Cardinalis
Carpineus Praefatus Congregationis
scripsit Ill^{mo} Episcopo Majoricensi pro
informatione in huc modum:
Per Ill^{mo}

Per Ill^{mo} et R^{mo} D^{no}, uti Frater.

Supplicem libellum his litteris junctum
quem P. Provincialis, aliique Religiosi
Ordinis S^{ma} Trinitatis istius Provin-
ciae Sacrae Congregationi Eminentissi-
morum, et Reverendissimorum S. R. E.
Cardinalium negotij, et Consultationibus
Episcoporum, et Regularium praeposita
obtulerunt, ad Amplitudinem tuam mit-
timus: ut ipsa auditis partibus inter-
esse habentibus, Eminentissimos Patres,
de narratorum veritate, distincta
relatione instructos reddat, eam om-
nia addens, quae ex animi sui sen-
tentia, ad rem facere censebit: Dum
ei Divinorum charismatum incrementa
precamur a Domino.

Romae 12. Februarij 1694.

Amplitudinis tuae Studiosissimus
ut Frater
Cardinalis Carpineus.

Notabilia

Asservatur Originalis haec Epistola in Archivo hujus conventus S^{ti} Spiritus Ma-
joricensis: unde inferri potest: Ill^{mo} Episcopum Majorisem illam Confidisse Ministro hu-
jus Conventus, ad informationem sibi commissam faciendam, vel saltem: ut super ea
conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis R. P. Praesentibus Fr^{at} Francisco Garcia, doctrina et obse-
vantis venerandus. Provincialis N^o Provinciae Aragoniae, Valentiae, Cataloniae, et Ma-
joricarum Admodum R. P. Magister Fr^{at} Onuphrius Mico Index Synodalis Archiepis-
copatus Valentini: et R^{mo} Generalis nostrae Religionis, erat R^{mo} P. Magister Fr^{at}
Loriturio superiorum fuit omnino frustrata; nullas enim invenit talis fundationis
executionem.

Bulla VI.

Decernit, ut Officiis S^{ri} PP. NN. Jo-
annis de Mata, et Felcis de Valois sub ritu
Duplex minoris ab omnibus, qui ad Horas
Canonicas recitandas tenentur, in Universa
Ecclesia de praepo recitetur.

Urbs, et Orbis.

Ad pias Majestatis Caesareae preces per
Ex^{mo} Principem de Linchtestain, Ordina-
riam

riam apud sedem Apostolicam ejusdem Ora-
torum, S^{mo} D^{no} nostro porrectas, Sa-
crae Rituum Congregationi remissas
et ad perquam humillimas P. Fr^{at} Petri
a Deu Procuratoris Generalis Ordinis
Discalceatorum S^{ma} Trinitatis Redemptio-
nis Captivorum instantias, ab Em^{mo}, et
R^{mo} Cardinali Iudice relatas, benigne
eadem Sacra Congregatio inclinata, posse
concedi

27 concedi, censuit: ut Officiū Sanctoꝝ Joannis
 27 de mata, et Felici de Valois dicti Ordinis
 27 Fundatorū, hactenus in toto fere Orbe Ca-
 27 tholico, sub ritu duplicis minoris ad libri-
 27 tum, ex pluribus concessionibus Apostolicis
 27 recitatum; in posterū singulis annis, sub
 27 eodem ritu duplicis minoris, in diebus eo-
 27 rum festoꝝ ab omnibus, tam secularibus,
 27 quam Regularibus utriusque sexus, qui
 27 ad

27 ad Horas canonicas tenentur (si SSmo pla-
 27 cuerit) et in Ecclesia Universalis de præ-
 27 cepto recitentur. Diebus 27 Martij, et 15. Ma-
 27 ij 1694.
 27 Facta igitur deinde SSmo Dño nro per
 27 me Secretarium supra relatione: Sanctitas
 27 sua benigne annuit. Die 29. Maij 1694.
 27 A. Cardinalis Cybo.
 27 loco II sigilli. B. Inghirami sacre
 27 Rit. Congregationis Secretarius.

Notabilia

Transumptum hujus Decreti, impressum in Typographia R. C. A. avertatur in Ar-
 chivo N^o Conventus Tharazonensis; cujus Copiam accepi per Tabellarium publicū
 a R. P. Fr. Ludovico Sicolle, ejusdem Conventus Alumno anno 1759.

Bulla VII.

Decretum SSmi Dni nri Papæ, juxta eligen-
 di ministrū Generalem N^o Ordinis, quod
 amiserant electores in Capitulo Generali Bar-
 cinone Celebrato anno 1694: conferent ip-
 sis electoribus; et prorogant Capitulū Ge-
 nerale ad Dominicam 4. Post Pascha an-
 ni 1696.

SSmus Dominus Noster

27 Iudis, et rationabilibus causis, animum
 27 suum moventibus: prævia abdicatione, et
 27 renunciatione juris eligendi ministrum
 27 Generalem, et ceteros officiales Ordinis
 27 sub me Trinitatis Redemptionis Captivorum,
 27 ad suam Sanctitatem devoluti, ob discor-
 27 diam Electoꝝ in Capitulo Generali, ha-
 27 bito Barcinonensi in Conventu Dominica
 27 4. post Pascha Resurrectionis anni 1694.
 27 Congregatoꝝ, clementissimè, et ex pe-
 27 culiari benignitate Apostolica, præcepit,
 27 atque mandavit, iterum,
 27 et ex integro, convocandū esse Capitulum
 27 Generale
 27 dicti Ordinis in max dicto conventu Barci-
 27 nonen

27 nonen pro Dominica 4^a post Pascha Re-
 27 surrectionis anni 1696 in eoque per illos,
 27 ad quos spectat, faciendam esse electionē
 27 ministri Generalis, aliorumque officialiū præ-
 27 dicti Ordinis; pro inde ac si jus eligendi
 27 ad Sanctitatem suam devolutum minime
 27 fuisset; Et interim, Ordinem prædictum,
 27 per suos respectivè Provinciales regendum esse,
 27 prout Decreti præsentis tenore, convocari,
 27 eligi, et respectivè regi, et gubernari mā-
 27 dat, et præcipit; Quibusvisque in cōtra-
 27 rium non obstantibus. Ac hujus Decre-
 27 ti intimidation, necnon Capituli Genera-
 27 lis convocacionem, faciendam esse per mi-
 27 nistrum Conventus S^{te} Franciscæ Romæ
 27 ne Urbis.

Rome die 21. Septembris 1695.

Cardinalis Carpineus.

loco II sigilli.

M. Archiepiscopus Athenarum Secret.

Notabilia

Hoc Decretum adducitur in Actibus Capituli Generalis Barcinone Celebrati an-
 no 1696, et Martij impressis eodem anno. In hoc Capitulo electus fuit in Ge-
 neralem Ministrum R^mus P. Magister Fr. Josephus de Toledo Exprovincialis,
 et Pater Provincie Castellæ; sicut in Capitulo Generali Rome Celebrato anno 1688
 electus fuerat R^mus P. Magister Fr. Antonius Peguerdes Provincialis Aragoniæ. Ibi R^mi
 Pater fuerunt legitimi Ministri Generales. A nostris tamen Gallis non ponitur in Cata-
 logo, vel Chroniconē Ministrorū Generaliū; sed loco istorū apponunt Fratres Euthachium
 Terrier, et Fratrem Gregorium de la Forge; qui fuerunt nulli, et illegitimi. Habetur in Archivio
 (Matrit. Copia hujus Decreti, inserta in convocatoria ad dictum Cap. Gen. impressa, et sigillata.

Bulla VIII.

Confirmat Confraternitatem S^{te} Crucis
et B^{te} Mariae Virginis de Pietate erectam
in Ecclesia nostri Conventus Meldensis,
eique Indulg. concedit.

Innocentius Papa XII

Universis Christianis precibus litteras
in inspectis salutem, et Apostolicam benedicti-
onem.

S. 1. Perpectis conditionis humane
miserijs etc. ut in simili Breve

S. 2. Quapropter, cum, sicut accepimus,
in Ecclesia Fratrum Reformatorum Or-
dinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis
Captivorum Civitatis Meldensis, una pia,
et devota utriusque sexus Christianis-
um Confraternitas sub invocatione S^{te}
Crucis, et B^{te} Virginis Mariae de Pie-
tate, nuncupata Agonizantium, canonicè
instituta existat ad majorem Dei glori-
am, animarumque salutem, et prop-
ximi utilitatem: cujus Confratres, et
consortes quamplurima Charitatis, et
pietatis Opera exercere consueverunt,
sen intendunt: Nos, ut Confraterni-
tas predicta majori in dies suscipi-
at incrementa etc.

S. 3. De Omnipotentis Dei Miseri-
cordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apo-
stolorum ejus auctoritate confirmari, omnibus
utriusque sexus Christianis, qui
dictam Confraternitatem in posterum
ingredientur, die primo eorum ingressus,
si verè poenitentes, et Confessi Sacris-
simam Eucharistia Sacramentum sum-
serint: Plenariam

S. 4. Ne tam descriptis, quam pro-

tempore describendis in dicta Confraternita-
te Confratribus, et consortibus, in cujuslibet
eorum mortis articulo, si verè quoque poeni-
tentur, et Confessi, ac Sacra Communionem re-
fecti, vel quatenus id facere nequeerint, sal-
tem contriti, nomen Jesu ore, si potuerint, et
in minus corde, devotè invocaverint etiam
plenariam.

S. 5. Necnon eisdem, et pro tempore exis-
tentibus dictae Confraternitatis Confratribus, verè
etiam poenitentibus et Confessis, ac Sacra Com-
munionem reffectis, qui praefate Confraternitatis
Ecclesiam, seu Cappellam, vel Oratorium die Festi-
vo principali dictae Confraternitatis per corde
Confratres semel eligendo, et ab Ordinario
approbando, à primis Vesperis, usque ad
occasum solis Festi hujusmodi singulis
annis devotè visitaverint, et ibi pro Chris-
tianorum Principum Concordia, haereticum ex-
tirpatione, ac S^{te} Matris Ecclesiae exaltatione
pias ad Deum preces effuderint: Plenariam
similiter omnium peccatorum suorum
indulgentiam, et remissionem misericorditer
in Domino concedimus.

S. 6. Insuper dictis Confratribus,
et consortibus etc. ut in simili Breve
vibus Confraternitatum in 4^{or} anni diebus
à Confratribus eligendis, et ab Ordinario ap-
probandis: Confessi, et Sacra Communionem re-
fecti, ac Mandibus, ut praefertur, 7. annos, et to-
tidè quadragenas. Sic tandem pro quolibet pio,
vel Charitativo opere 60^a dies.

Dat: Roma apud Sanctam
Mariam majorem sub Annulo Pis-
catoris die decimatertia Novem-
bris 1697. Pontificatus nostri
anno septimo.

tempore
Notabilia

Hoc Breve auctoritate Originale in Archivo N^o Conventus Meldensis, cujus
transumptum accepi per Tabellarium publicum à R. P. Fr. Ludovico Sicolle Con-
ventus Tharazconensis Alumno Anno 1759.

Bulls

Bulla IX.

sive Decretum Sacrae Congregationis Concilij
Tridentini super facultate, quam habent No-
tri Religiosi faciendi Absolutiones Generales
tempore Jubilei pro anno Sancto.

Secretum

Ordinis Redemptionis Captivorum.
Religiosi Ordinis SS^{mae} Trinitatis Redemp-
tionis Captivorum ex indulto Apostolico
peragunt in Feria IV Cinerum, Feria V.
majoris Hebdomadae, diebusque Festivis
S^{tae} Catharinae V. et M., SS^{mae} Trinitatis,
et S^{tae} Agnetae 2^o, quamdam Functionem,
nuncupatam communicationem indulgen-
tiarum, seu Absolutionis, et Benedictio-
nis, in qua omnia spiritalia bona, et
suffragia dictae Religionis Confratribus
Confraternitatum, eidem Ordini aggrega-
tarum, seu alias Functioni hujusmodi
intererentibus communicantur.

Cumque in presenti anno Jubilei
omnes, et singulae indulgentiae quibus-
vis Ecclesiae, et locis pijs concessae, sus-
pense sint: Hinc Procurator Generalis
ejusdem Ordinis, qui veretur, ne hujus-
modi Functiones intermittantur ad

magno damno Captivorum ingentes ele-
mosinas in dicta functione recipientium,
supplicat declarari: An Religiosi dicti
Ordinis eandem Functionem in hoc an-
no Sancto peragere valeant, absque eo,
quod intererentes indulgentias, eodem
anno S^{to} perdurate, lucrari valeant?

Die 26. Januarij 1700.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E.
Cardinalium Concilij Tridentini Interpre-
tum respondit: Affirmative; Praevia
tamen appositione tabellae, et declaratio-
ne faciendae etiam in Concione super
suspensione indulgentiarum, durante
anno Jubilei: Ita ut, consuetes in
Functione praefata, de bonis spiritali-
bus, et suffragijs dictae Religionis dum-
taxat; non autem de indulgentijs, par-
ticipent.

J. Cardinalis Sacripante Praefectus.

Loco sigilli.

J. D. Thomatus ^{epus Cyrenensis,} S. C. C. Secretarius.

Notabilia

Transumptum hujus Decreti impetrati a R^{mo} P. Magistro Fratre Vincetio
Cappola, Exprovinciali Italiae, Diffinitore Generali, et Generali Procuratore; ac
ipius cura impressi in Typographia R. C. A. avertatur in Archivo N^o Con-
ventus B^{ae} Mariae de Remedio extra muros Valentiae, in registro Indulto-
rum Apostolicorum. nn. 63. Hoc Decreto praescribitur nobis, quid faciendum in die-
bus Absolutionis Generalis tempore Universalis jubilei - Avertatur etiam in Bibliotheca
nostra. Matritensi, transumptum authenticum, sigillatum, et subscriptum a praefato Secretario,
ubi in fine addit = Ita reperitur in Authographo Registro Decretorum ejusdem S. Con-
cilii lib. 50. fol. 10. in quorum fidem &c. hac die 14 Septembris 1702 =

= M. Thomatus Epus Cyrenensis. S. C. C. Secr.

Clemens

Clemens XI.

Stalus, Ioannes Franciscus, S. R. E. Cardinalis Albanus antea dictus, in eundem Pontificem electus fuit Romae die 23. Novembris anno 1700. Navim Ecclesiae gubernavit spatio 20. annorum, trium Mensium, et dierum 24. Septuagesimarius autem decessit mense Februario anno 1721.

Bulla I.

Sive Decretum Sacrae Congregationis S. R. E. specialiter deputatae ad corrigendum, et Ordinandum Capitula concordiae, et unionis, inter Provincias Hispaniae, et Galliae, Ordinis S. mae Trinitatis Redemptionis Captivorum

Capitulos de Comporicion entre las Provincias de España, y Francia, firmados por sus Procuradores y por el Embaxador de España aprobados por el Rey Don Phelipe V. y emendados por la sagrada Cògregacion de los Eminentissimos Cardenales especialmete Diputados para esto.

1. Que si bien las Provincias de Francia no havian aceptado nunca las Constituciones, y Addiciones Apostolicas del Papa Alexandro VII; las devan ahora acceptar, con facultad de poder en el primer Capitulo correctivo, con el consentimiento de todos los Vocales, o, de la mayor parte, aumentar, disminuir, corregir, y añadir, lo que parecera mas conveniente al bien comun de la Religion, y observancia Regular.

2. Que la eleccion de General no se haga jamas por las quatro Provincias de la Francia; sino por todas las Provincias de la Orden; como lo declaro la Santa Sede el año 1687: y pueda ser elegido General qualquier Religioso de qualquier Nacion; y que tanto en los Religiosos, que deven tener la voz activa, como la pasiva, se observe lo dispuesto en las dichas Constituciones, y Addiciones del Papa Alexandro VII.

3. Que lo mismo se haga en los Capítulos Generales correctivos en los quales

se observará, lo que disponen las dichas Constituciones, y Addiciones Apostolicas.

4. Que los Ministros, o Superiores locales de las quatro antiguas Provincias: de Francia, Campania, Normandia, y Picardia, sean privados para siempre de la voz activa, y de intervenir a los Capítulos Generales electivos, y correctivos, como Ministros.

5. Que los Ministros, o Superiores locales de las quatro Provincias antiguas de Francia, Campania, Picardia, y Normandia, y de las otras Provincias de Francia no puedan ser en ningun tiempo perpetuos; sino solo por tres años; y que los que de presente se hallan perpetuos, se hagan venales por el P. General, o ponga otros en lugar suyo ad Triennium; con facultad a todos los Padres Generales de la Orden, que puedan proveer dichos ministerios de las Provincias de Francia ad Triennium, o confirmarlos ad Triennium.

6. Que la eleccion de General se preste, y en todos tiempos, o vacando el Generalato por muerte, renuncia, promocion a otra Dignidad mayor, o qualquiera causa, se deve hacer en el convento de Cierroffio, como primero de la Religion, y fundado por el S. Fundador S. Juan de Mata; havien dose observado assi de tiempo immemorial, como consta de los libros, y registros, que son en dicho Convento de Cierroffio, y lo manda el Papa Alexandro IV. en una Bulla dada a 7. de las Calendas de Febrero año segundo de su Pontificado confirmada por el Papa Urbano V. a 3. de las Calendas de

de Maio año segundo de su Pontificado,
y manda lo mismo el Papa Gregorio IX.
en otra Bula.

7. Que los Capítulos Generales Correc-
tivos por la maior Comodidad, y me-
nor gasto de los Vocales, se tendrán en
esta forma: el primero despues de la Con-
cordia se tendrá en la Dominica 4. post
Pascha del año 1703, y se celebrará en
el convento de Ciervo-Frio, y despues el o-
tro inmediato en el Convento de Barcelo-
na en Cataluña, y el siguiente en el Con-
vento de Marsella en Proenza, por ser estos
los Conventos los mas commodos, y vezinos
á todas las Provincias: alternando: una
vez el Convento de Barcelona, y en otra
el de Marsella: no obstante la Bula
de Alexandro IV. que ordena: que se ha-
gan in perpetuum de celebrare en el Con-
vento de Ciervo-frio.

8. Que los Capítulos Generales Correc-
tivos se deven tener de seis, á seis años
como mandan las dichas constituciones
del Papa Alexandro VII. y en ellos se de-
ven elegir Procurador General en Roma
el qual durará por seis años, y también
se elegirán los Diffinidores Generales los
quales también durarán por seis años;
y se hará todo lo demás, que las dichas
Constituciones Apostólicas mandan, que
se haga en los Capítulos Generales Cor-
rectivos. Que por quanto es muerto el
General, que fué elegido en España; y
hoy vive el General elegido por las 4.
Provincias antiguas de Francia, que es
el Rmo P. Maestro Gregorio Laforge,
deva este ser Confirmado por instan-
cia con un Breve especial, supliendo
todos los defectos juris, et facti, que po-
drá padecer dicha election, en la forma
que fueron Confirmados, por el Papa In-
nocentio X: el P. Mro Fr. Claudio Ralle,
y por el Papa Alexandro VII el Rmo
P. Mro Fr. Pedro Mercier, elegidos por las
quatro Provincias de la Francia.

9. Que el General sea perpetuo lo
que se confirma con las Bullas primitivas
de

de la Religion, y con las constituciones mo-
dernas del Papa Alexandro VII. y se há
observado desde el principio de la Religi-
on hasta el año 1685, en el qual mu-
rió el dicho P. Mro Mercier.

10. Que siempre, et in perpetuum, deven
ser diez en la Religion los Diffinidores
Generales, cinco por las nueve Provincias
de la Francia, y cinco por las Provinci-
as de España, Italia, y Portugal; dado
uno á la Provincia de Castilla, otro á la
de Andaluzia, otro á la de Aragon, otro
á la de Portugal, y otro á la de Italia.
y faltando qualquiera de los dichos Diffi-
nidores Generales, ó por muerte, ó por
otra causa, deve el Rmo P. General den-
tro 3. meses de la noticia de la muerte,
nombrar otro Diffinidor General de la
misma Provincia de la qual era muerto:
y en caso, que el Rmo P. General no nom-
bre dentro de 3. meses, despues del avi-
so de la muerte, pueda el Provincial de
la Provincia de Diffinidor muerto, con los
Diffinidores Provinciales nombrar otro
Diffinidor General por la misma Pro-
vincia.

11. Que el Procurador General de
todo el Orden sea elegido solamente por
seis años en el Capítulo General correc-
tivo: observandose en su election la alter-
nativa: es ha saber: que un sexennio
sea de las Provincias de España, Italia,
y Portugal; y otro sexennio sea de las
Provincias de la Francia: y que el pri-
mer Procurador General, que será ele-
gido, sea de las Provincias de España
Italia, ó Portugal, y despues será de
las Provincias de la Francia.

12. Que el Procurador General de
todo el Orden resida en Roma, para cuy-
da de todos los negocios de la Religion,
y sea mantenido á gastos de todas las
Provincias, como mandan dichas Consti-
tuciones Apostólicas del Papa Alexandro
VII.

13. Que de qualquier modo vague
el officio de General ó por muerte, renuncia,
promove-

156
promoción, ó otra causa deve en todo tiempo
el Provincial de Francia suceder en el Ofi-
cio de Vicario Genl. de todo el Orden, to-
mando los sellos, y el gobierno: y convo-
car los Vocales de todas las Provincias
del Orden, para celebrár Capitulo Genl.
electivo en el Convento de Ciervo frio en el
Domingo 4. despues de Pasqua de Resur-
reccion, quando la vacante suceda seis
meses antes de la dicha Dominica 4.
y quando no: se celebrará el Capitulo gen-
eral electivo la Dominica 4. despues
de Pasqua del año siguiente.

14. Que el P. General tenga facultad
de nombrar libremente, y por si solo, de
nombrar dos Secretarios por su servicio,
y deven asistir continuamente al mismo
General, de los quales uno sea de las Pro-
vincias de la Francia, y el otro de las Pro-
vincias de España, Italia, ó, Portugal Re-
ligiosos Graduados de Justicia, según las
Constituciones Apostolicas del Papa Alexan-
dro VII. Y los dichos Secretarios tengan
voz en los Capítulos Generales, y sean man-
tenidos á expensas del General.

15. Que por quanto: las Provinci-
as de la Francia no havian aceptado
hastaora las Constituciones Ap^{ca}s del
Papa Alexandro VII., se hallan sin su-
jetos, que tengan los Grados de Maestro,
Presentado, y Predicador, aunque tenga
muchos dignissimos en dichas Provinci-
as, y graduados de Doctor en la Univer-
sidad de Sorbona, y otras de Francia: se
da facultad al R^{mo} P. Maestro Fr. Grego-
rio de la forge; para que despues que sea
Confirmado, por su Santidad; y tomado
la posesion del Generalato, pueda por
espacio de veinte años proveer á los
Religiosos Franceses de todas las Provin-
cias de Francia, que conocerá mas dig-
nos, los Grados referidos, en la forma
que mandas las Constituciones Ap^{ca}s
de Alexandro VII.

16. Que el Breve Apostolico de la
confirmacion de R^{mo} P. Maestro Gregorio
de la forge queda el P. Clemente de Jesus,
en virtud de especial poder, que tiene
de

de las Provincias de la Francia, nombrar, por
esta vez tanolamente á los 5. Diffinidores
Generales, que tocan á las dichas Provinci-
as de Francia; y los otros Diffinidores Ge-
nerales, que actualmente son de las Provin-
cias de España, Italia, y Portugal seran
confirmados en dicho Breve á peticion
del P. Maestro Vicente Copola Procurador
General de todo el Orden: el qual
nombrará el Diffinidor Genl. de las Pro-
vincias de Italia, y Portugal, en virtud de
poder. especial, que tiene de estas Provincias.
Los quales Diffinidores Genles tendrá voz
en el primer Capitulo Genl. proximo Cor-
rectivo; en el qual se nombrará otros Dif-
finidores Genles nuevos, y se confirmará
los contenidos en dicho Breve Ap^{co}.

17. Que los Conventos de S. Borneo, Torino,
y Falcone, de Padres Descalzos del dicho
Orden, que desde su fundacion eran de
la Provincia de la Provenca de Francia, y
se separaron de esta en tiempo de la divi-
sion de la Religion, por un decreto de
la Sagrada Congregacion de Obispos, y
Regulares, dado á 5. de mayo de 1690.
en el qual se ordenó: que dichos tres Co-
ventos pro dunc hiziesen Provincia se-
parada, deven aora, que se buelve á
unir toda la Religion, reunirse tambie-
en dichos tres conventos á su propria
Provincia de la Provenza, como esta-
van antes de la Separacion: de modo,
que no sea mas Provincia separada,
y que los Ministros, ó Superiores locales
de dichos Conventos, y los Padres dis-
cretos de ellos tengan voz en el Capí-
tulo Provincial proximo, que se ce-
lebrará en dicha Provincia de la Pro-
venza: y dichos Padres Ministros sean
superiores de estos tres Conventos, hasta
que se nombren otros Superiores locales
en dicho Capitulo Provincial, y Diffini-
dores de dicha Provincia separada de
dichos tres conventos, al instante que sea
despachado el Breve de su Santidad
para la Confirmacion de General en per-
sona del R^{mo} P. la forge, y notificado el Breve
á los

„ dichos Provincial, y Diffinidores de la Pro-
 „ vincia separada acaben sus officios.
 „ Que todos estos Capítulos devan ser
 „ representados a su Santidad, y suplicarle
 „ se sirva confirmarlos en una Bula, pro-
 „ hibiendo: que en ningun tiempo se pueda
 „ mudar, ni alterár en parte alguna, y
 „ que la confirmacion se pida a su San-
 „ tidad con la mediacion, y protection de
 „ sus Magestades Catholica, y Christianis-
 „ sima, para evitar todas las dificultades.
 „ Y en fee de todo lo expuesto hemos he-
 „ cho las subscripciones de nuestras pro-
 „ prias manos, et selladas con los sellos
 „ de nuestros Officios. = Roma 20. de
 „ Marzo de 1702. = Fe Vicente Coppola
 „ Procuratore Generale di tutto Ordine de la
 „ SS^{ma} Trinitá del Risato. = Fe Clemen-
 „ te di Jesu Procuratore Generale dell' Re-
 „ ligioni Scalzi de la SS^{ma} Trinitá, e Procu-
 „ ratore speciale de tutte le Provincie di
 „ Francia, del medesimo Ordine. =
 „ El Marquez de Ribas.

„ Decretum Sacre Cong^s

„ Die 18. Augusti 1702.

„ In congregatione particulari Eminentis-
 „ simorum Cardinalium: Acciaiolí, Col-
 „ loredi, Sperelli, et Gabrielis.
 „ Ad 1^{um} Cap: Deleatur totum. Et loco
 „ ipsius dicatur: Patres omnium Provin-
 „ ciarum promitterunt: se servaturos Con-
 „ stitutiones, et Additiones approbatas a
 „ Pontifice Maximo Alexandro VII.
 „ Ad 2^{um} et 3^{um}: prout jacent.
 „ Ad 4^{um}: Deleatur totum. Et dicatur:
 „ Ministris, sive superioribus localibus 4^{or}
 „ Provinciarum: Francia, Campania, Nor-
 „ mandia, et Picardia non competere
 „ vocem activam in Capitulis Generalibus,
 „ prout non competit alijs Provincijs.
 „ Ad 5^{um}: Deleatur pariter totum. Et
 „ dicatur: Omnes superiores locales sint
 „ Triennales, et eorum electiones fiant se-
 „ cundum Constitutiones.
 „ Ad 6^{um}: Deleatur etiam totum. Et di-
 „ catur: Fiat hac prima vice 4^a Dominica
 „ Post Pascha Resurrectionis anno 1703.

„ Capitulum Generale; quod sit electivum si-157.
 „ mul, et correctivum in Conventu Cervi-
 „ frigidi, et deinde in loco declarando ab
 „ eodem Capitulo Generali juxta Constitu-
 „ tiones.
 „ Ad 7^{um}: deleatur totum; quia jam
 „ provisum in superiori Capitulo.
 „ Ad 8^{um}: prout jacet.
 „ Ad 9^{um}: Deleatur totum. Et Domi-
 „ nus Secretarius cum SS^{mo}, juxta
 „ mentem.
 „ Ad 10^{um}: Annuendum.
 „ Ad 11^{um}: similiter Annuendum.
 „ Ad 12^{um}: prout jacet.
 „ Ad 13^{um}: Deleatur totum. Et dicatur:
 „ serventur Constitutiones lib: 1. C: 37. S. 12.
 „ Ad 14^{um}: Annuendum. Preterquam, quo-
 „ ad vocem activam in Capitulo Genera-
 „ li correctivo. Et hac facultas competat
 „ Generalibus futuris.

„ Ad 15^{um}: Deleatur totum: Et dicatur:
 „ quod P. Clemens a Jesu possit virtute spe-
 „ ciali commissionis pro hac vice tantum
 „ nominare 5. Diffinidores Generales pro
 „ Provincijs Gallie, cum de presb non sint
 „ alij. Pater vero Magister Vincentius
 „ Coppola totius Ordinis Procurator Ge-
 „ neralis possit nominare (cu similiter
 „ alius non adsit) pro Lucitanice Provincia
 „ unum Religionum ejusdem Provincie:
 „ attenda pariter speciali commissione. Pro
 „ alijs vero Provincijs Hispanie, et Italiae,
 „ continuent 4^{or} Diffinidores nunc existe-
 „ tes, qui omnes decem Diffinidores Gene-
 „ rales habeant vocem in proxime futuro
 „ Capitulo Generali; et deinde: providea-
 „ tur per dictum Capitulum, etiam cum
 „ arbitrio eodem confirmandi pro prima
 „ vice tantum.

„ + Et quoad Graduator: Magistros, Præs-
 „ tatos, et Predicadores Generales, provide-
 „ at Capitulum Generale proximū.
 „ Ad 16^{um}: Deleatur totum.*
 „ Ad 17^{um}: Deleatur totum. Et di-
 „ catur: quod secuta reunionem totius Re-
 „ ligionis tres Lovētur, liburni, Turini, et Fal-
 „ cenis, redeant ad statū, prout erant antea.

158 Et ita unanimi consensu consuevit
iulendum esse SS^{mo}.

Et successivè die 19. ejusdem me-
sis facta de premisis relatione SS^{mo}
Dño nostro, Sanctitas sua omnia ap-
probavit, et de super litteras Apostoli-
cas expediri mandavit. Et interim,

ne Sacer Ordo sine superiore permaneat
Sanctitas sua benigne deputavit P. Tre-
gorius de laforge in Vicariis Generalem.

Dicta die 19 Augusti 1702.

Cardinalis Acciaoli.

Notabilia

Transcriptum impressum hujus Decreti asservatur in Archivo Conventus B^{te} Mariæ de Remedio extra Muros Valentie in Arcula Regali Privilegiorum, una cum Epistolis Regis Catholici Philippi V. ad suos Oratores apud S^{ta} Sedem, pro felici exitu hujus concordie nu. 13. Notandum tamen est: quod licet Religiosi Galli N^{ri} Ordinis promiserint Observare Constitutiones nostras Alexandrinas tamen anno 1619. impressioni dederunt statuta, et Constitutiones, extracta, et Collectas ex multis Capitulis Generalibus, et in meliorem formam redacta, et Ordinata in Capitulo Generali 4^{to} Provinciarum antiquioris observantia, celebrati Parisiis eodem anno 1619. In quibus statutis et constitutionibus quæplura sunt, quæ discordant à Constitutionibus Alexandrinis. Hoc ipsum evenit in Constitutionibus Canonorum Regularium Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum, editis in Capitulo Nationali Parisiensi celebrati anno 1768. et Confirmatis à Clemente XIV. quintodecimo Kalendas Decembris sui Pontificatus anno primo, ut infra videbimus: atque Parisiis impressis anno 1772.

Bulla II.

Concedit indulgentiam plenariam 40.
Horarum pro Ecclesia Conventus S^{ti}
spiritus Majoricensis N^{ri} sacri Ordinis.

Clemens Papa XI.

Universis Christianis fidelibus presentibus litteris inspecturis: salutem, et Apostolicam benedictionem.

S. 1. Ad augendum Fidelium Religionem et animarum salutem, Coelestibus Ecclesie The-
sauris pia Charitate intenti: Omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, vere penitentibus, et confessis, ac sacra Communione refectis, qui Orationi 40. Horarum continuatam, non autem, nisi noctis tempore, interpollatam, de licentia Ordinarii in Ecclesia Conventus S^{ti} spiritus Fratrum Ordinis SS^{me} Trinitatis Civitatis Majoricarum Dominica infra Octavam Nativitatis B^{te} Mariæ Virginis Immaculatæ instituendæ, per aliquod

quod temporis spatium devotè interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hærenti exstirpatione, ac S^{te} Mariæ Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint: plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, misericorditer in Domino concedimus.

S. 2. Presentibus ad septennium tantum validuris.

S. 3. Volumus autem: ut si aliqui Christiani fidelibus in quocumque anni die alio premissa in dicta Ecclesia peragentibus, aliqua ad vel pro impetratione, præteritione, admissione, vel publicatione aliquid vel minimè detur etc.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigerima septima Novembris 1702. Pontificatus nostri anno secundo.

Hoc Breve auctoritate Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis concessum fuit ad septennium; se saepius iteratum est: ut cum oratione 40. Horarum solemnior esset Festivitas Dulcissimi Nominis B^{ea}e et Purissimae Virginis Mariae. Nunc autem haec oratio 40 Horarum translata est ad tres dies Festivus Pentecostes, sive Paschatis Spiritus S^{ti} nostrae Ecclesiae Titularis ex indulto Benedicti XIV. ut infra videbimus.

Bulla III.

Quaedam Capitula confirmat pro pace et concordia Nostrarum Provinciarum Hispaniae, Italiae, et Portugaliae, cum Provinciis Galliae N^o Religionis, et Generalem electum a 4^{or} Provinciis antiquis observantiae Gallicanae, vicarium Generalem Constituitque ad primum Capitulum Generale.

Clemens Papa XI.

Ad futuram rei memoriam

S. 1. Redemptoris, et Domini nostri Jesu Christi, qui Charitas est, et Deus pacis, vices immeriti gerentes in terris, ea, quae inter Christi fideles quoscumque, et praesertim illos, qui Altissimi obsequijs sub suavi Religionis iugo mancipati sunt, Religiosa tranquillitate stabilenda studio, providentia prudenterque disposita, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, et inviolabilia permaneant, Apostolici Muniminis nostri praesidio, cum a Nobis petitur libenter corroboramus: et alia, felici ipsorum Religiosorum statui, regimini, et quieti providemus, sicut compicimus in D^{no} salubriter expedire.

S. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Franciscus Ruiz Ordinis S^{ss}me Trinitatis Redemptionis Capitulorum, et Clemens a Jeru Discalceatorum Fratrum Congregationis Gallicanae ejusdem Ordinis, Procuratores Generales, quod occasione variarum contraversiarum, quae dicti Ordinis statu, et Religiosam quietem diu perturbaverunt, ad majorem, Dei gloriam, ac pro felici, prospero que ipsius Ordinis regimine, et gubernio, constituta fuerunt nonnulla Capitula, per quae videlicet ordinatur: Primo, ut Frater omnium

Provinciarum dicti Ordinis observare promittant illius Constitutiones, et Additiones a felici recordationis Alexandro Papa VII. Praedecessore nostro approbatas, in his tamen, quae infra scriptis non advertantur: et casu quo in proximo futuro Capitulo Generali ejusdem Ordinis, aliquid pro felici ipsius Ordinis gubernio statuendum sit: sive scilicet ampliando, sive declarando dictas Constitutiones, sive etiam aliquam de novo condendo, possit id fieri, accedente consensu majoris, et sanioris partis vocalium, ita tamen, ut quod inibi statutum fuerit, nullam vim, nec efficaciam habeat, nisi prius ab hac Sancta Sede confirmatum sit.

S. 3. Secundo: electio Ministrum Generalem dicti Ordinis nunquam a solis 4^{or} antiquis Provinciis Galliae, sed ab omnibus Provinciis ipsius Ordinis fiat, sicut per primitivas, et fundamentales ipsius Ordinis leges in 1^a et 9^a, felici memoriae Innocentij III. et 10^a Clementis IV. Romanorum Pontificum, Praedecessorum pariter nostrorum litteris sub plumbo expeditis, et praedictis ab Alexandro Praedecessore approbatis Constitutionibus contentas, continetur, et disponitur: nec non anno 1687 a dicta Sede declaratum fuit. Porro quicumque dicti Ordinis Religiosus, cui insublet Nationis in Ministerium Generalem ipsius Ordinis eligi possit: omnesque Religiosi vocem activam, et passivam in electione hujusmodi habentes, vel habituri, ea, quae in Constitutionibus, et Additionibus praedictis ordinantur semper observare debeant.

S. 4. Tertio: idem observetur in Capitulis

160
in libris generalibus correctivis, in quibus, ea
omnia, que in dictis Constitutionibus et Ad-
ditionibus Ordinantur, observanda sunt.
Quarto: Ministris, et Superioribus loca-
libus 4^{or} Antiquarum Provinciarum: Fran-
cicie, Campanie, Normandiae, et Picardie dicti Or-
dinis vox activa in Capitulis minimè con-
petat; prout nec competit Ministris, et Su-
perioribus localibus hujusmodi aliarum
Provinciarum ejusdem Ordinis. Quinto:
Omnes superiores locales sint triennales,
et eorum electiones fiant secundum dic-
tas constitutiones.

S. 5. Sexto: Dictum proximè futurum
cum Capitulo Generale, quod erit ex
lectivum, simul et Correctivum, Domini-
ca⁴ post Pascha Resurrectionis Domini-
ca⁴ anni proximè venturi 1704. in
Conventu Cervifrigidi nuncupato dicti
Ordinis celebretur: ibique agatur: num-
de cetero omnia Capitula Generalia
electiva dicti Ordinis in eodem Conventu
habenda sint? Hujusmodi vero declara-
tio per suffragia majoris partis voca-
tum fieri, illiusque confirmatio a se-
de predicta obtineri, debeat. Præterea
in eodem proximè futuro Capitulo Gene-
rali locus pro futuris Capitulis Genera-
libus correctivis de sexennio in sexen-
nium de cetero celebrandis, destinari
possit, hujusque destinationis confir-
matio, à dicta sede pariter obtineri
debeat.

S. 6. Septimo: Dicta Capitula
Generalia correctiva de sexennio in sex-
ennium, quemadmodum per Consti-
tutiones, et earum Additiones predic-
tas declaratur, celebrentur: et in illis Pro-
curator Generalis (qui in hac Alma Ur-
be residere tenebitur), ac Diffinitores
Generales dicti Ordinis ad sexennium
tantum eligantur: eaque omnia, que
in eisdem Constitutionibus, et Additio-
nibus ordinantur, observentur. Octa-
vo: Ministri Generalis dicti Ordinis sit
perpetuus, prout memoratis Innocentij
et Clementis, Prædecessorum litteris, ac
Constitutionibus convenit: et ab initio e-
iusdem Ordinis usque ad annum 1685.
quo quondam Petrus Mercier, illius dum

vixit Ministri Generalis obiit, semper
observatum fuit.

S. 7. Nono: Semper et in perpetuum
sint decem Diffinitores Generales Or-
dinis predicti, nempe: quinque pro novem
Provincijs Gallie: et quinque pro Provin-
cijs Hispanie, Italie, et Lusitaniae; vi-
nus scilicet ex Castella, alter ex Baetica,
alius ex Aragonia, alius ex Italia, et al-
lius demum ex Lusitania, Provincijs,
pro ipsis respectivè Provincijs. Quod si
aliquem ex dictis Diffinitoribus ab hu-
manis decedere, aut qualibet alia de
causa deficere contigerit: Ministri Ge-
neralis dicti Ordinis pro tempore existens
infra tres menses, à noticia illius obitus,
vel amotionis, aut defectus, numerados,
alium Diffinitorem Generalem ex Provin-
cia illius, qui defunctus, vel amotus fu-
erit, aut defecerit, propria auctoritate
nominet; si vero eum infra dictos tres
menses non nominaverit, tunc Minist-
ri Provincialis Provinciae hujusmodi
cum illius Diffinitoribus Provincialibus
illum ex ipsa Provincia nominet, et eli-
gat pro eadem Provincia.

S. 8. Decimo: Procurator Genera-
lis totius Ordinis predicti in Capitulo
Generali Correctivo ad sexennium tantum
alternatim eligatur. Ita scilicet: ut pro
uno sexennio sit ex Hispania, Italia,
aut Lusitania; pro alio vero sexennio
ex Gallia Provincijs predictis. Si autem
in Urbe predicta pro negotijs gerendis
totius Religionis residere debeat, ibique
expensis omnium Provinciarum dicti Or-
dinis sustentenda, juxta dictas constitu-
tiones: Cæterum primus Procurator Gene-
ralis hujusmodi sit ex dictis Hispania,
Italia, vel Lusitania Provincijs: sequenti
vero sexennio sit ex predictis Provincijs
Gallie.

S. 9. Undecimo: serventur dicti
Ordinis Constitutiones lib. 1. c. 37. §. 12
pag. 269. Duodecimo: Ministri Gene-
rales dicti Ordinis pro tempore futuro ha-
beant facultatem libere per se solos, no-
minandi duos Secretarios Generales, qui
eis assidue intersint, et assistant: quorum
unus sit ex dictis Gallia, alter vero ex His-
pania, Italia, vel Lusitania Provincijs:
quinque

quique, juxta constitutiones, et Additiones
 predictas Graduati de iustitia esse debe-
 ant, et ambo vocem in predictis Capitu-
 lis Generalibus electivis habeant, ac ex-
 pensis ipsorum ministrorum Generalium
 sustententur. Decimotertio: quoad Gra-
 duatos, Magistros, Praesentatos, et Predi-
 catores Generales Ordinis praefati in dic-
 tis Provinciis Galliae per memoratum
 proximè futurum Capitulum Generale
 provideatur.

S. 10. Cum autem sicut eadem
 expositio subiungebat, dicti Francis-
 cus, et Clemens Procuratores Genera-
 les Capitula huiusmodi, quo firmiter
 substant, et serventur exactius Apo-
 stolica confirmationis nostrae patroci-
 nio communiti, ac alias opportunè in
 praemissis à Nobis provideri, et ut in-
 fusa indulgeri sumopere desiderent.

S. 11. Nos ipsorum Francisci, et Cle-
 mentis, Procuratorum Generalium votis
 hac in re quantum cum Dño posse-
 mus favorabiliter annuere volentes,
 ac eorum, et infra nominatorum Fratrum
 expressè Professorum Ordinis predicti, sin-
 gulares personas à quibusvis excommu-
 nicationis et usque ad: et absolutas
 fore censes: supplicationibus eorum-
 dem Francisci, et Clementis, Procuratorum
 Generalium nomine, Nobis super hoc hu-
 militèr porrectis inclinatis, de Congre-
 gationis nonnullorum ex venerabilibus
 Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus,
 super hoc negotio à Nobis specialiter de-
 putata consilio, praenarrata Capitula
 cum omnibus, et singulis in eis contentis
 Auctoritate Ap^{ca} tenore praesentium appro-
 bamus, et confirmamus, illisque inviolabi-
 lili Apostolica firmitatis robur adjicimus,
 et omnes, ac singulos, tam juris, quam fac-
 ti defectus, si qui de super quomodolibet
 intervenerint, supplemus.

S. 12. Ceterum foelici, prosperaque
 dicti Ordinis regimini, et gubernio salu-
 briter providere cupientes, ac de infrascripto-
 rum ejusdem Ordinis Professorum fide, pru-
 dentia, integritate, charitate, vigilantia, et

Religionis Zelo plurimum in Dño confisi:
 dilectos Filios: Gregorium de la forge in sacra
 Theologia Magistrum in Vicarium Generalem;
 ac Iosephum de Bois Conventus de Calā
 pro antiquis Provinciis Francia et Norman-
 dia; Joannem Roubaud Conventus de
 Catalauno pro Provinciis Campania, et Pi-
 cardia; Ignatium Vigneaux Conventus
 de Medulco; dicti Ordinis respectivè Mini-
 stros, pro Provinciis lingua occitana, et
 Provincia ejusdem Ordinis; et Michaelē ^{ex Provi-}
 Trossier⁺ pro Provinciis Galliae, et Provincia ciale
 Congregationis mitigata, seu Reformatae, nū-
 cupatæ predicti Ordinis: necnon dictum
 Clementem à Jesu Procuratorem Genera-
 lem, qui Conventus S^{ti} Dionisij de dic-
 ta Urbe Congregationis predictae Galli-
 canae Minister existit, pro Provinciis, Pro-
 vinciae, et Italia dictae Congregationis
 Gallicanae; et Vincentium Tabarez, idē
 in eadem sacra Theologia Magistrum Fra-
 trem ejusdem Ordinis expressè professum,
 pro predicta lucitania Provincia; in
 Diffinitores Generales Ordinis huiusmo-
 di respectivè, loco eorum, qui nunc defici-
 unt: usque ad proximè futurum ipsius
 Ordinis Capitulum Generale, quod dic-
 ta Dominica 4^a post Pascha Resurrectio-
 nis Dominica celebrandum erit: cum
 omnibus, et singulis prerogativis, praehe-
 minentij, facultatibus, auctoritate, pri-
 vilegijs, gratijs, et indultis, ac honoribz,
 et oneribus, solitijs, et consuetis, eadem
 auctoritate harum serie constituisimus,
 et deputamus. Alios autem quatuor Dif-
 finitores Generales vocem in dicto ca-
 terarum Provinciarum Hispaniae, et Italia
 nunc existentes in suis muneribus con-
 tinuare; horumque omnes decem Diffinito-
 res Generales vocem in dicto proximè
 futuro Capitulo Generali habere; in
 futurum vero per ipsum Capitulum Ge-
 nerale; (quod eos hac prima vice tantum
 confirmare valeat) provideri debere de
 illis, auctoritate, et tenore predictis, de-
 cernimus, et ordinamus.

S. 13. Praeterea eidem Gregorio ca-
 dem auctoritate concedimus, et indulgemus:
 ut

162
 „ ut dictum Capitulum Generale convocare,
 „ et in eo praesidere; ibique etiam in mini-
 „ strum Generalem eligi, liberè, et licitè, ac
 „ validè possit, et valeat: ipsumque Gre-
 „ goriū adversus quodcumque impedimē-
 „ tum, ratione predictarū controversiarū
 „ seu illarum occasione quomodolibet co-
 „ tractum ad officium ministri Generalis hu-
 „ jusmodi obtinendū, et exercendū, aucto-
 „ ritate, ac tenore predictis opportunè har-
 „ silitamus, habilemque, et capace[m], fac-
 „ iamus, et declaramus.

„ §. 14. Demum omnes actus tē-
 „ pore dictarū controversiarū, tam in
 „ capitulis Generalibus, et Provincialibus,
 „ quā in Diffinitorijs, ac in particulari-
 „ ribus, et privatis tractatibus, seu ins-
 „ trumentis, aut alijs quomodolibet fac-
 „ tos, et gestos: necnon omnes, et singu-
 „ las institutiones Superiorū, Collationes
 „ Fratrum, et Professiones in dicto Ordine
 „ hactenus emissas, et factas: adversus
 „ quoscumque juri, et facti defectus, qui
 „ propter controversias hujusmodi demum
 „ per quovis modo intervenerint; seu in-
 „ tervenisse, dici, censerī, intelligi, vel praes-
 „ rendi valerent dicta auctoritate eorū-
 „ dem tenore praesentium revalidamus, ipsos-
 „ que defectus supplemus, tollimus, sana-
 „ mus, et abolemus.

„ §. 15. Mandates propterea in virtute
 „ s^{ae} Obedientiae, ac sub indignationis nostrae
 „ alijque arbitrio nostro imponedis poenis, om-
 „ nibus, et singulis Ordinibus, et Congregationū
 „ hujusmodi Superioribus, fratribus, et perso-
 „ nis, ceterisque ad quos spectat, et spectabit
 „ in futurū: ut suprascriptos Fratres ad offi-
 „ cia eis respectivè per praesentes demandata,
 „ illorūque liberum exercitiū, juxta eorūdem
 „ tenorem praesentium, recipiant, et admittant
 „ illosque recognoscant, et illis in omnibus que
 „ ad eadem officia pertinet, pareant, et obediāt,
 „ faveant, et amittant respectivè.

„ §. 16. Ac decernentes pariter ipsas praesentes
 „ litteras semper firmas ad, sicque per
 „ quoscumque Judices ad. Ac irritū, et in-
 „ ne ad.

„ §. 17. Non obstantibus praemissis, ac
 „ constitutionibus ad ceterisque contra-
 „ riji quibuscumque.

„ §. 18. Volumus autem ut praesen-
 „ tium transumptis, etiam impressis, et
 „ manu ad.

„ Dat. Romae apud Sanctam
 „ Mariam majorem sub Annulo
 „ Piscatoris die 23. Augusti 1703.
 „ Pontificatus nostri anno tertio.

Notabilia

1. Hoc Breve adducitur à Cherubino in suo Bullario Tom. 8. Bulla 24 Cle-
 mentis XI. et in Constitutionibus nostri sacri Ordinis impressis Martii anno
 1731. pag. 632. Quando formata fuerunt haec Capitula Compositionis erat Procura-
 tor Generalis totius nostri Ordinis R^{mus} Magister Fr^{sc} Vincentius Coppola Italus, e-
 jus Officij anno 1702. ideo Ssm nominavit Procuratorem Generalem R^{mu} Patre-
 Magistru^m Fratrem Franciscum Ruiz Neapolitanu^m, et Ministru^m S^{ae} Francisca Ro-
 mano, nostri Conventus de Urbe; qui quidem impedivit hoc Breve: et Instru-
 tum Apostolicu^m hujus nominationis, continetur in sequenti Bulla.
2. In hoc autem Breve nominavit Ssm quinque Diffinitores spectantes ad
 Provincias Galliae; quia Diffinitores electi à 4^{or} Provincijs antiquioribus Galliae, quando
 elegerunt in Generalem R^{mu} de la Forge, erant nulli, irriti, et illegitimi. Etiam nomi-
 navit Diffinitorem Generalem spectantem ad Provinciam Portugaliae, quia mortuus
 erat, qui electus fuerat in Capitulo Generali anno 1696, ceteri vero in hoc Capitulo elec-
 ti, spectantes ad Provincias Italiae, et Hispaniae, decrevit Ssm: quod in suis officijs
 continuarent.
3. Virtute hujus Brevis R^{mu} de la Forge, vicarius Generalis, et Praes^s à S^{smo}

constitutus convocavit omnes Provincias Religionis ad Capitulum Generale, celebrandum in N^o conventu Cervisigidi Dominica 4. post Pascha anno 1704. in quo Capitulo omnes convenientes elegerunt in Ministrum Maiores, dictum R^m P. Magistru^m Fratrem Gregorium de la Forge, habitatum a SS^{mo}. Et sic pax, et reunio Ordinis stabilita, et executata fuit.

Bulla IV.

Constituit R^m P. Magistru^m Fratre^m Francis^m Ruiz Neapolitanu^m Procuratorem Generalem, et Ministru^m S^{te} Francisce Romanæ, conventus N^o Ordinis de Urbe.

Die 20. Junij 1703.

Sanctissimus Dominus noster deputavit in Procuratorem Generalem totius Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivorum: nec non in Ministru^m Ecclesie et Conventus S^{te} Francisce Romanæ de Urbe ejusdem Ordinis, pro interim arbitrio sue Sanctitatis R. P. Francis

circum Ruiz Neapolitanum, cum omnibus facultatibus necessarijs, et opportunis: et mandavit: ab omnibus dicti Ordinis Religiosis, tam de Urbe quam extra degentibus pro tali recognoscij et haberi; die, et anno, supradictis.

J. de Totis Secretarius S^{te} Visitationis Apostolicæ, et Visitator Apostolicus.

Loco II Sigilli.

Notabilia

Transumptum hujus instrumenti aservatur in Archivo N^o conventus Sancti Spiritus Majoricensis.

Bulla V.

Constituens R^m de la Forge Vicarium Generalem Nostri Sacri Ordinis; et datur illi facultatem: ut Minister Generalis nominetur usque ad futuru^m Capitulum Generale.

Clementis Papa XI.

Dilecte Fili! salutem, et Apostolicam benedictionem. S. L. Cum Nos hodie seu nuper, nonnulla Capitula pro felici, prosperaque, et tranquillo-^{Ordinis} Fraternum SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivoru^m regimine, et gubernio condita confirmaverimus, et approbaverimus: teque Vicarium Generale^{proxime futurum} ejusdem Ordinis, usque ad Capitulu^m hujus Ordinis Capitulum Generale, Generale proxime futurum anni venturi ipseius Ordinis, quod Dominica 4^a post Pascha Resurrectionis Dominice celebrari mandavimus, Auctoritate Apostolica constituerimus, et deputaverimus; et alias prout in nostris decipex in simili forma

vis expeditis litteris, quarum tenore presentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur: Tuque ratione vicaria tus Generalis prefati eadem auctoritate qua Minister Generalis Ordinis predicti, pro tempore existens utitur, eodemque sigillo ministri Generalis uti, nec cujusquam vices in exercitio Auctoritatis hujusmodi gerere debeat.

S. 2. Nunc est: quod Nos amplioris gratia favore, te protequi volentes: et a quibusvis excommunicationis etd) usque ad: et absolutum fore censentes: supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: Tibi, ut postquam dicti Vicariatus Generalis possessionem assequutus fueris, etiam am titulo, et denominatione Ministri Generalis Ordinis predicti, usque ad proxime futurum Capitulu^m Generale hujusmo-

hujusmodi: ut, fieri, et gaudere: teque mi-
nistrum Generalem, in quibusvis litteris
decretis, aliisque scripturis, inscribere li-
bere, et licite possis, et valeas.

S. 3. Necnon Ministri Generalis
ejusdem Ordinis, in quibusvis actibus,
et functionibus, tam publicis, quam pri-
vatis, haberi, et reputari debeas in om-
nibus, et per omnia, perinde, ac si in
Ministram Generalem Ordinis hujusmo-
di per litteras nostras supradictas de-
putatus repereris, Auctoritate prae-
dicta

tenore presentium, concedimus, et
indulgemus.

S. 4. Decernentes eandem presen-
tes litteras firmas, validas etc. sicut in
premissis per quoscumque Iudices etc.
Nec irritum, et inane etc.

S. 5. Non obstantibus praemissis etc. ce-
terisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Mariam Majo-
rem sub annulo Piscatoris die 14. Au-
gusti 1703. Pontificatus nostris an-
no tertio.

= J. Oliverius =

Notabilia

In Archivio nro. Matritensi habetur transcriptum impressum hujus Brevis inter Ap^{ca} indulta sigillatim
Transumptum hujus Brevis custoditur in Archivo N^o Conventus B^{te} Mariae
de Remedio extra Muros Valentiae in registro Indulgentiarum Apostolicarum nu: 66.
Multa a benignitate Sedis Apostolica potius extorquebantur, quam impetrantur.

Bulla VI.

Concedit Altare S^{ae} Luciae V. et M.
Ecclesiae nostri Conventus S^{ab}tabensis,
sive S^{ti} Philippi Diocesis Valentinae
esse Privilegiatum.

Clemens Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Omnium salutem Paterna cha-
ritate intenti, sacra interdum loca
specialibus indulgentiarum muneribus
decoramus: ut inde fidelium defun-
ctorum animae Domini nostri Jesu-
Christi, ejusque sanctorum suffragia
meritorum, illis adjuncta a Purgatorij
poenis ad aeternam salutem per Dei
misericordiam perducere valeant.

S. 2. Volentes igitur Ecclesiam
Fraternam SS^{mae} Trinitatis Oppidi Se-
tabensis Valentinae Diocesis, in qua
nullum Altare Privilegiatum repe-
ritur concessum, et in ea situm Altare
S^{ae} Luciae V. et Martiris illustrare hoc
speciali dono: dummodo in dicta Ec-
clesia septem Missae quotidie celebren-
tur.

S. 3. De Omnipotenti Dei mi-

sericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli, Apo-
stolorum ejus auctoritate confisi: ut quando-
cumque sacerdos aliquis dictae Ecclesiae
duxerit, Missam Defunctorum in die Comem-
morationis Omnium fidelium Defunctorum, et in-
gulis diebus infra Octavam, ac feria 2^a cu-
juscumque Hebdomadae pro anima cujus-
cumque Christiani, quae Deo in Cha-
ritate conjuncta ab hac luce migraverit,
ad ipsum Altare celebrabit, Anima
ipsa de Thesoro Ecclesiae per morbum
suffragij indulgentiam consequatur, Ita
ut ejusdem Domini nostri Jesu Christi
ac B^{te} Virginis Mariae, sanctorumque
omnium meritis sibi suffragantibus,
a Purgatorij poenis liberetur concedimus
et indulgemus. In contrarium facientibus
non obstantibus quibuscumque.

S. 4. Presentibus ad sepe-
nium hancdem validis

Dat. Romae apud Sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris die
tertia Januarii 1704. Pontificatus
nostri anno quarto.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Philippi Di-
ocesis Valentinae.

Bul-

Bulla VII.

Litterae Cardinalis Vicarij SS^{mi} Clementis XI; super sumario Indulgentiarum Ordinis SS^{mae} Trinitatis: testificantes posse publicari, et imprimi ubique terrarum.

in a Sacra Congregatione Indulgentiarum, ac ab eadem Approbato sub die 28. Novembris 1679; et tandem: Sancta memoria Innocentium XI. per litteras Apostolicas in forma Praevis subdatum Romae die 20. Februarij 1680. praefatum Sumarium approbavit pariter, et confirmasse; illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjecisse: quapropter ubique terrarum publicari, et imprimi potest. In quorum fidem etc.

Gaspar Misericordiae Divina Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis Carpineus SS^{mi} Domini Nostri Papae Vicarius Generalis etc.

Universis, et singulis has nostras litteras lecturis Notum facimus, et attestamus: Summariū Indulgentiarum à Summis Pontificibus concessarum Confratribus SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum, concordare cum suo Originali recognito

Datum Romae ex Aedibus nostris Hac die 5. Januarij 1705. Dominicus Episcopus Verulanus Vicegerens loco sigilli.

Notabilia

Litterae istae adducuntur à R. P. Hieronimo à S^{to} Joseph Trinitario Lusitano in suo Directorio Aureo impresso anno 1760: foli 141. In Hispania autem non potest imprimi dictum Sumarium, sine licentia Commissarij Gen^l Cruciatæ.

Bulla VIII.

Sententia Hispaniarum Nuncij annullans decretum Capituli cujdam Provincialis Aragoniae: quo precipiebatur, omnibus Provinciae Religiosis, Muzetam gestare.

Anonium Paquerote, Rectorem Collegij Barcinonensis ejus Ordinis, atque ipsius Ordinis Generalem, cum alijs Religiosis dictae Provinciae, et Ordinis ex una; et ex alia Patrem Magistrum Fratrem Petrum subira Ministrum Provinciale ejusdem super reformatione Decreti Capituli, et Diffinitorij Provincialis: et quod conservetur Habitus consuetus in dicta Provincia, ac super caeteris in dicta lite, et causa contentis, ad quam Nos referimus, et in qua constat: quod cum pro utraque parte super ipsius iustitia plenarie allegatum esset; conclusa fuit causa. Et cum ita legitime se haberet; atque citatis pro sua determinatione partibus: Viri Rectibus, sententiam dedimus, et protulimus tenoris sequentis.

Nos Dominus Franciscus Aquavivas, et Aragon Dei, et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Tarisanus, sanctissimique Patris et Domini Clementis divina providentia Papae XI. Nundius Apostolicus, et Collector Generalis in Regnis Hispaniarum cum legati à latere facultate etc.

Omnibus Superioribus, et Religiosis Provinciae Aragoniae, Valentiae, et Cataloniae, Calceatorum Ordinis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum, quos in scriptum spectat, et spectare poterit quomodo libet, atque unicuique in solidum: Salutem in D^{no} n^{ro} Jesu Christo.

Notum facimus: quod L^{is}, et causa discussa fuit coram Nobis, et Tribunali nostro inter partes: Patrem Magistrum Fratrem

Pro nullo, nulliusque effectus declaratur Decretum Capituli Provincialis, super quo litigatur, defectu iuris

,, iurisdictionis: utpote factum absque licentia
 ,, et Auctoritate Sedis Apostolica, et proci-
 ,, pte: quod servetur forma, et consue-
 ,, tudo Habituum, et vestimenti, quae hucus-
 ,, que servata est in dicta Provincia: con-
 ,, sequenterque: quod Religiosi, qui virtus
 ,, te dicti decreti praefatam antiquam consue-
 ,, tudinem reliquerint, ipsam infra
 ,, unius mensis spatium reassumant sub

,, excommunicationis Majoris latae sententiae
 ,, poena. Et ad hoc dentur, et expediatur ma-
 ,, data necessaria.
 ,, Ita providit Ill^{mu} et R^{mu} Dⁿⁱ Fratresq;
 ,, Aguirivas, et Aragon Archiep^l Sarisany Nu-
 ,, dius, et Collector Generalis Apostolicus Regnoru
 ,, Hispaniae. Madridi die 23. 7^{bris} 1705. et
 ,, subscripsit.
 ,, Dⁿⁱ Iulio Zanellus Auditor.
 ,, coram me Balthazar Fernandez Monteco.

Notabilia

Transumptum huius sententiae cum executorialibus ejusdem a servatur in Ar-
 chivo huius Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis. Originale vero in Archivo
 P^{te} n^{ra} de Remedio extra muros Valentiae.

Bulla IX.

Unit Provinciam Italiae nostrorum Discal-
ceatorum, excepto conventu S^{ti} Dionisij de
Urbe, congregationi Discalceatorum His-
paniae.

,, Dilectis filiis Ministris, et Fratribus Pro-
 ,, vinciae Italiae Ordinis Ssme Trinitatis
 ,, Redemptionis Captivorum.

,, Clemens Papa XI.

,, Dilecti Filij: salutem et Apostolicam bene-
 ,, dictionem.

,, S. 1. Exponi Nobis nuper fuit di-
 ,, lectus filius Amadeus a^l sacris S^{cd}.

,, S. 2. Praefatam Provinciam

,, Italiae dictae Congregationi Hispaniae
 ,, Auctoritate Apostolica tenore praes-
 ,, sentium unimus, conjungimus, an-
 ,, nectimus, et incorporamus: ac di-
 ,, lecto filio moderno, et pro tempore
 ,, existenti Ministro Generali ejusdem
 ,, Congregationis subijcimus etc.

,, Dat. Roma sub annulo Pir-
 ,, ceatoris die vigesima Novembris
 ,, 1705. Pontificatus nostri an-
 ,, no quarto.

Italiae
 Notabilia

Citatur hoc Breve a R. P. Alexandro a^l Madre Dei in Chronica Discalce-
 atorum Congregationis Hispaniae Part: 3. pag: 203; et solumhas ipsius Clau-

Bulla X.

Concedit indulgentiam plenariam Visita-
tibus quamcumque Ecclesiam Nostrorum
Discalceatorum Hispaniae in die Festo
Ssme Trinitatis.

,, Clemens Papa XI.

,, Universis Christianis praesenter litte-
 ,, ras inspecturis: salutem, et Apostolicam
 ,, benedictionem.

,, S. 1. Ad augendum Fidelium Religio-
 ,, nem

,, onem, et animarum salutem Coelestibus Ec-
 ,, clesiae Thesauris pia charitate intenti: om-
 ,, nibus, et singulis utriusque sexus Christi-
 ,, fidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac
 ,, sacra comunione refectis, quamcumque ex
 ,, Ecclesijs Fratru Discalceatoru nuncupato-
 ,, rum Congregationis Hispaniae Ordinis Sac-
 ,, tissime Trinitatis Redemptionis Captivoru,
 ,, tam hactenus erectis, quam in posterum
 ,, erigendis

erigendi, die Fexto ejusdem SS^{me} Trinitatis
à 1^o Vesperis, usque ad occasum Solis diei
hujusmodi, singulis annis devote visitave-
rint, et ibi pro Christianorum Principum con-
cordia hæresum extirpatione, ac S^{te} Ma-
ris Ecclesie exaltatione pias ad Deum pre-
ces effuderint: plenariam omnium peccato-
rum suorum indulgentiam, et remissionem
miserericorditer in D^{no} concedimus.
S. 2. Presentibus perpetuis futuris
temporibus Valituris.

S. 3. Volumus autem, ut eorumdem
presentium litterarum transcriptis etiam
impressis ad

Dat: Roma apud Sanctam Ma-
riam Majorem sub Annulo Piscat-
oris die duodecima Octobris 1706
Pontificatus nostri anno sexto.

§. 3 Notabilia

Conservatur Originale hoc Breve in Archivo Conventus Matritensis nostrorum
Discalceatorum, et adductum à P. Alexandro à Madre Dei loco citato: post Approbatio-
nes. Potest lucrari hæc indulgentia virtute communicationis Indulgentiarum concessæ
ab Innocentio XII. in Maxi magno supra posito, in nostris Ecclesijs. Adest peculiaris
concessio in Archivo n^o. Conv. Matrit.

Bulla XI.

Judicem constituit, pro decidenda quadam
causa, versa inter Conventum nostrum Ave-
nionensem, et Petrum de Vervins Advocatum
ejusdem Civitatis Avenionensis.

Dilecto Filio Magistro Michaeli Benoit
Nostræ, et Sedis Apostolicæ Notario in Statu
nostro Avenionensi commoranti.

Clemens Papa XI.

Dilecte Fili! Salutem, et Apostolicam bene-
dictionem.

S. 1. Exhibita Nobis nupèr pro parte
dilectorum filiorum Patrum Conventus SS^{me}
Trinitatis Avenionensis petitio continebat:
quod alias pro parte dilecti filij Petri de
Vervins Advocati Avenionensis, Nobis hu-
militer supplicantis: quatenus causam, et
causas appellationis, et appellationum pro
parte dicti Petri ad Sedem Apostolicam
inter legitima, et ipse averterat, tempora,
interposita, et interpositarum, à sententiis
diffinitiva, seu decreto diffinitivo per dilec-
tum filium Auditorem Generalem status
nostri Avenionensis contra dictum Petrum
in quadam causa civili, non tamè execu-
tiva; sed ad utrumque effectum, suspen-
sum scilicet, et executivum de jure appel-
labili, ut latius in Actibus specificatur, re-
busque alijs, latius in eisdem actis deduc-
tis in prima instantia, lata, seu facta,
ac

ac nullitatis ex tribus; iniquitatis, et injus-
titie; attentatorum, et innovatorum quorum-
cumque; nec non restitutionis in integrum;
pro ut de jure, adversus quocumque præ-
judicialia, saltem ex clausula generali,
si qua mihi iusta causa videbitur: ac quam,
et quas dictus Petrus super præmissis con-
tra præfatos Patres, omnesque alios, sua in-
teresse putanter, habebat, et movebat, ha-
bereque, et movere volebat, et intendebat:
aliquibus probis viris illarum partium in-
dignitate Ecclesiastica constitutis, et eorum
cuiuslibet audiendi, et decidendi commit-
tere, aliasque ei in præmissis de oppor-
tuno juris remedio subvenire paternam
solicitudine dignaremur.

S. 2. Nos illius precibus hæc annu-
entes Venerabili Fratri Archiepiscopo A-
venionensi, sive ejus officiali, necnon tibi,
et dilecto filio vni ex iudicibus in Synodo
Diocesana Avenionensi, per alias nos-
tras litteras in simili forma Brevis Le-
tæ super expeditas, dedimus in mandatis:
quatenus causam, et causas præfatas
sub certis modo, et forma, et cum facultate
tibi tunc expressis audirent, cognosce-
rent, deciderent, fineque debito termi-
narent, prout in dictis litteris plenius continet.

S. 3. Cum autem, sicut eadè expositio
continebat; dictus Petrus in prædictis
litteris

168 litteris tacuerit; quod agitur de solutio-
ne census, et non de simplici causa civi-
li: quodque dictus Archiepiscopus, sive
officialis, est predictis partibus suspectus,
quod si expressisset, prout non sine dolo
tacuit, utique dictas litteras simplicitér
signari, et dicto Archiepiscopo, sive ejus
officiali committi, seu presentari, non ex-
torsisset: verum, cum falsus Precator, ca-
vere debet imperatoris: Ideo Nobis etiam
humiliter supplicari fecerunt Patres predicti:
ut eis similiter in premissis opportune
de benignitate Apostolica dignareretur.

§. 4. Nos igitur, et merita causae,
et causarum hujusmodi, presentibus pro ex-
pressis habentes, ipsaque Patres, et eorum
singulos à quibusvis excommunicationis etc.
vique ad: et absolutos fore censentes, cau-
sam, et causas hujusmodi à dicto Archie-
piscopo, et officiali ad Nos advocantes,
supplicationibus eorundem Patrum etiam
inclinati: discretioni tuae per praedictos
committimus, et Mandamus: quatenus
si partes in te consenserint: vocatis ad
id, qui fuerint vocandi, in causa, et cau-

si predictis Auctoritate nostra procedas, per-
inde ac si praefata littera emanasset
cum clausula: sine praedictis legitime
executionis; sin minus alium Iudicem de
consensu partium, alias ex officio tua, dic-
ta Auctoritate deputer, qui ut premitti-
tur procedat.

§. 5. Nos enim tibi, vel Iudici, ut premit-
titur deputando, etiam per edictum publicum,
constitito de non tuto accessu, dictum Petrum
omnes alios, quos opus fuerit citandi, illi qd,
et quibus videbitur, sub sententijs, censu-
ris, et poenis inibendi; necnon caetera in
premissis necessaria, et opportuna facien-
di, exercendi, et exequendi plenam, et libe-
ram, Apostolica Auctoritate, tenore pre-
sentium concedimus facultatem.

§. 6. Non obstantibus premissis, ac
constitutionibus, et Ordinationibus Apostoli-
cis. Caeterisque contrarijs quibuscunque.

Dat: Roma apud Sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris die
quinta Maij 1707. Pontifica-
tus nostri anno septimo.

Notabilia

Hoc Breve arceatur Originale in Archivo N^o Conventus Muenionensis
ubi illud transcripsi, cum ibi degerem Hospitio reverentis, magna cum humanitate
liberalitate, et affectu vere fraterno, à Ministro, et Patribus dicti conventus anno 1758.

Bulla XII.

sive litterae Apostolicae Hispaniarum Nuntij
porragandi. Capitulum Provinciale Provin-
ciae Aragoniae ad annum sequentem.

Antonius Felix Zondadari, Dei, et Apo-
stolicae Sedis gratia Archiepiscopus Damas-
cenus, SS^{mi} Dⁿⁱ n^{ri}, Domini Clementis
Divina providentia Papae XI, ejusdemque
S^{ae} Sedis in his Hispaniarum Regnis cum
facultate Legati de latere Nuntius iuris
umque R. C. A. Collector Generalis etc.

§. 1. Ex injuncta Nobis Apostolicae Legati-
onis officio, Religiosarum Communitatum
foelici regimini, et gubernio, quieti, tran-
quillitati, et indemnitati, prout temporum

qualiter exigunt opportunè consulere inten-
dimus.

§. 2. Cum itaque pro parte dilecti Nobis
in Christo Patris Magistri Subira, Provin-
cialis Provinciae Aragoniae, Valentiae, Cathar-
launiae, et Majoricarum, Fratrum Calceatorum
Ordinis N^{rae} Trinitatis Redemptionis Cap-
tivorum fuerit Nobis nuper expositum: Capi-
tulum Provinciale dictae Provinciae, pro elec-
tione Provincialis facienda, et alijs prout
de more disponendis, et statuendis, de
proximo celebrandum foret: sed stante:
quod Provincia Cathalauniae, et Majoricensis
ab inimicis occupata reperiantur; ac pro-
inde illarum Religioni ad haec accedere
nec harum ad illas se conferre, nequeant, et
insuper Provinciae, Aragoniae, seu illarum

Conventus ob continua bella, adeo extenuata
 et opibus destituta existant, ut sumptibus
 pro celebrando Capitulo necessarijs suffere-
 dis impares reperiantur, capitulum predictum
 huius temporibus nullo modo celebrari
 valeat; ac propterea pro parte eiusdem
 Patris Magistri Subira fuerit Nobis hu-
 militer supplicatum: quatenus celebrationem
 Capituli ad aliud tempus Nobis bene vi-
 su differre, protrahere de benignitate
 Apostolica dignatemur.

S. 3. Nos igitur dictum Patrem
 Magistrum subira gratioso favore pro-
 sequi volentes, et a quibusvis excommu-
 nicationis, et vique ad: et absolutum
 fore censente: huiusmodi supplica-
 tionibus inclinati, ac vobis serenissime
 Majestatis, etiam Nobis super hoc ininu-
 atis annuere cupientes, sufficienti ad id fa-
 cultate muniti, attendi, verique exiten-
 tibus narratis, celebrationem predicti Ca-
 pituli

Capituli Provincialis Provinciae Aragonie, Vale-
 nie Cathalaunice, et Majoricensis, Fratrum
 Ordinis SS^{me} Trinitatis Redemptionis Captivo-
 rum, ad aliud annum proximum, et interim do-
 nec, et quovis impediementa predicta
 quominus celebrari possit duraverint Auc-
 toritate Ap^{ca} tenore presentium deferimus,
 protrahimus, et prorogamus.

S. 4. Non obstantibus constitutionibus,
 et Ordinationibus Apostolicis, ac dictorum
 Ordinis, et Provinciae etiam juramento,
 confirmatione Apostolica et ceterisque
 contrarijs quibuscunque.

Dat. Martis Toletane Dicecesis
 anno Domini 1708. tertio Kalendas
 Martij, Pontificatus autem predicti SS^{mi}
 Dni nri Papae anno octavo.
 A. F. Archiep^{us} Damasc. Natus Ap^{cus}
 F. Salamanus Abreviator Ap^{cus}

Notabilia

Transcriptum impressum huius Revis asservatur in Archivo N^o Conventus de
 Remedio ex muro Valentie in registro Indultorio Apostolicorum. nu: 75.

Bulla XIII.

Confraternitatem S^{te} Crucis, et S^{te} Elena
 erectam in Ecclesia S^{ti} Conventus Mas-
 silienis confirmat, eique indulg^{iam} concedit.

Clemens Episcopus servus servorum Dei - V-
 niversis Christianis fidelibus preseter litteras
 inspecturis: salutem, et Apostolicam benedic-
 tionem.

S. 1. Considerantes Nostra modesta
 litatis fragilitatem, et humani Generis
 Conditione, districtique diem Iudicij, per
 cupimus fideles omnes iudicium ipsum
 bonis operibus, et pijs precibus prevenire,
 ut per illa eorum peccata deleantur, et
 ipsi aeternae salutis gaudia facilius con-
 sequi mereantur.

S. 2. Cum itaque, sicut accepimus,
 in Ecclesia S^{me} Trinitatis Fratrum Redep-
 tionis Captivorum intra Civitate Massiliense
 et

in ea sita Cappella, seu sito Altari SS^{me}
 Crucis, ac S^{te} Elena Cypriani nuncupato
 una pia, et devota utriusque sexus Christi-
 fidelium confraternitas sub invocatione ejus-
 dem SS^{me} Crucis, ad Dei Omnipotentis lau-
 dem, et honore, animarumque salutem, et pro-
 ximi subventionem, non tamen pro homi-
 nibus unius specialis artis, erecta, et initi-
 tata, seu per Ordinarium loci erigenda, seu
 instituenda existat, cuius dilecti filij Con-
 fratres quaplurima Charitatis, et virtutum
 opera exercere conueverunt, seu intedunt.

S. 3. Nos: ut dicta Confraternitas
 majora in dies suscipiat incrementa, ac ip-
 si, et pro tempore existentes dictae Confrat-
 ernitatis Confratres, in huiusmodi pio-
 rum operum exercitio confirmetur, et ma-
 gis ad ea in posterum exercenda; vel alij
 Christiani fideles ad dictam Confraternitatem
 in-

170
 ingrediendam per amplius invitentur, die
 taque Ecclesia in debita veneratione ha
 beatur, et ab ipis Christianis congru
 is frequentetur honoribus: de
 S. 3. De ejusdem Dei Omnipotentis,
 misericordia, et Beatorum Petri, et Pauli
 Apostolorum ejus auctoritate confisi: omni
 bus, et singulis Christianis utriusque sex
 us vere poenitentibus, et confessis, qui die
 tam confraternitatem de cetero ingredi
 entur, et in ea recipientur, die prima eo
 rum ingressus, si SS^m Eucharistia Sac
 ramentum superint: necnon ad preces, et
 pro tempore existentibus dicta Confraterni
 tatis Confratribus, vere poenitentibus, et co
 fessis, ac sacra communione refectis, si id
 commode fieri poterit, vel saltem contritis
 in illorum morti articulo pium nomen
 Iesu corde, si ore nequiverint, devote in
 vocantibus. Insuper eisdem Confratribus,

scilicet vere poenitentibus, et confessis, ac
 eadem sacra Communionem refectis, qui dicta
 Ecclesiam, seu Cappellam, vel Altare hujusmo
 di in die festo principali dicta Confrater
 nitatis, per dictam Confraternitatem eligendo, et ab ordi
 natione loci approbando, qui semel electus, et
 approbatus amplius variari non possit, citra
 tamen festum Paschalis Resurrectionis
 Dominica, a 1st Vesperis, usque ad occum
 Solis diei festi hujusmodi devote visitaverint
 et inibi pro Ste^m Mariæ Ecclesia exaltatione
 harenam extirpatione, et fidelium conversione,
 ac inter Principes Christianos concilianda,
 et foveada pace, concordia, et unione, ac pro
 tempore existentis Romani Pontificis salute
 pias ad Deum preces effuderint, quo die Fer
 to predicto id pro tempore fecerint: Indul
 gentiam plenariam, et omnium peccatorum suo
 rum veniam, et remissionem Apostolica
 Auctoritate tenore presentium concedimus, et
 scilicet: largimur.

S. 4. Præterea ipsi confratribus vere poenitentibus
 et confessis, ac sacra communione refectis, qui Cappellam,
 seu Cappellam, vel Altare hujusmodi in 4^{or} Festis,
 Dominicis, vel feriatis diebus per dictam Confraternitatem eli
 gendor, et ab ordinario loci approbator, qui semel
 elector, et approbator non possint variari, similiter
 visitaverint, et ut preferunt oraverint pro quolibet
 dictorum dierum: septem annos et totidem
 Quadragenas

S. 5. Demum eisdem Confratribus, quoties mi
 ser, et alij Divinis Officiis ad vel aliquod pietatis,
seu Charitatis opus exerceverint, pro quolibet ex
hujusmodi operibus sexaginta dies: ut in similibus
Previsibus: seu Punctis.

Datis Romæ anno Incarnationis Do
 minice, apud Sanctum Petrum 1711. quarto No
 nar Junij Pontificatus nostri anno undecimo.

Notabilia

Hec Bulla reperitur Originali in Archivo N^o Conventus Marianiensis, ubi
 illa transcripsi anno 1758.

Bulla XIV.

Ad instantiam R^m Magistri Hieronimi
 Cabitzudo Procuratoris Gen^l N^o Sacri Or
 dinis Præcipit Sum^{us} Pontifex, ut bis in anno, Ad
 veter, scilicet et Quadragesimæ, predicetur de
 misericordis Captivorum in omnibus Ecclesijs.

Clemens Papa XI.
 Ad futuram rei Memoriam
 S. 1. Cum, sicut dilectus filius Hiero
 nymus Cabitzudo, in sacra Theologia Doc
 tor,

,, tot, minister, ac Superiori Conventus S^{te} Trinitatis.
 ,, circa Romanam de Urbe; nec non Procurator
 ,, Generalis Fratrum Ordinis S^{ss}me Trinitatis
 ,, Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponit
 ,, fecit; Christianifideles multo numero sub du-
 ,, ra Barbarorum servitute, cum gemino cot-
 ,, pois, et animae periculo detinerent; quia vero
 ,, illorum Redemptio pluribus ab hinc annis, ta
 ,, propter bella, ac Regionum direptiones, quam
 ,, propter conventuum egestatem, et eleemosi-
 ,, narum diminutionem intermissa fuit. Unde
 ,, de eorumdem Captivorum Calamitates, et peri-
 ,, cula in dies ingravescunt; cumque dictus
 ,, Hieronymus Procurator Generalis, Christianifi-
 ,, delium pietatem ad opus adeo pius exci-
 ,, tati plurimum desideret.

,, S. 2. Nos ipsius Hieronymi Procurato-
 ,, ris Generalis votis hac in re, quantum cu-
 ,, Dno possumus benigne annuere volen-
 ,, tes, eumque a quibuscumque excommunicatio-
 ,, nis, et aliis vique ad. et absolutis fore cense-
 ,, tes: supplicationibus eius nomine Nobis su-
 ,, per hoc humiliter porrectis inclinatis, de
 ,, Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Car-
 ,, dinalium negotiis, et consultationibus Episc-
 ,, coporum, et Regularium Prepositorum, comitis
 ,, et attenta relatione dilecti Fratris nostri
 ,, Francisci Mariae Casini S. R. E. Cardinalis
 ,, tituli S^{te} Prisce nuncupati, dicti Ordinis
 ,, nisi apud Nos, et sanctam sedem Apostoli-
 ,, cam Protectoris, super premissis eidem
 ,, Cardinalibus facta:

,, S. 3. Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopi,
 ,, Episcopis, ceterisque Regnum vtriusq³
 ,, Castelle, Boethice, Aragonie, Valentie Princi-
 ,, palibus Catalonia, Insularum, Majoricensi, et Mi-
 ,, norica, ac eidem Regno Sardinie, Legionis,
 ,, et Navarre; Fracia, necnon Provinciarum
 ,, Campanie, Picardie, Normandiae, Linguae oc-
 ,, citanae, Provinciae, Belgii, Italiae, Portugalliae,
 ,, et Siciliae, ac civitatum Neapolitanae, Tauven-
 ,, ris, Taurinensis, et Alexandriensis, atq³ Pro-
 ,, vinciae Mediolanensis, respective Ordinariis:
 ,, necnon dilecti filii superioribus Generalibus
 ,, quorumvis Ordinum, et Institutionum Regularium;
 ,, laudem serie, Auctoritate Apostolica, praeci-
 ,, mus, et mandamus: ut saltem duabus vi-
 ,, cibus quolibet anno, Adventus scilicet, et Qua-
 ,, dragesima temporibus, in suis respective
 ,, Ecclesiis, tam per Verbi Dei Praedicatorum,
 ,, in sacris concionibus, quam alij actionibus,
 ,, et functionibus publicis, praedictorum Christi-
 ,, fidelium Captivorum miseriam, et Calamitates
 ,, populo proponant, et comendari curent, et
 ,, faciant, ut eorum exhortationibus stimulen-
 ,, tur Christianifideles ad eleemosinas largiten-
 ,, das conferendas, quibus Redemptores dicti Ordinis
 ,, eisdem Captivos a dura servitute hu-
 ,, juscumodi redimere, ac illorum spiritali co-
 ,, solationi, corporalique saluti, Domino be-
 ,, nedicente, valeant providere. Opera tamem semper
 ,, in praemissis auctoritate Congregationis
 ,, eorumdem Cardinalium.

,, S. 4. Non obstantibus Conditionibus,
 ,, bus, et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contra-
 ,, rii quibuscumque.

,, S. 5. Volumus autem: ut eorumdem praesentium lit-
 ,, terarum transumptis, eorum impressis ad.

Dat: Roma apud sanctam Mariam majorem
 sub anno Salvatoris die 16. Septembris 1713.

Notabilia: Pontificatus nostri anno decimo tertio. = J. Oliverius =
 Hoc Breve servatur originale in Archivo N^o Conventus S^{ss}ae Trinitatis Parisi-
 ensis, ubi illud transcripsi anno 1758. Et de decennio in decennium reno-
 vandi debet, donec illius praecipuum exacte servaretur. In Archivo n^o Ma-
 tricensi habetur copia impressa Romae typis Rev. Camerae Ap^o

Bulla

Bulla XV.

Monitorium Iudicis Apotolici prohibens
gravibus censuris aliisque poenis Ordinatio
et Episcopo Majoricensi, Visitatione Cappellae
Sanctae Virgini Mariae de Doloribus, Nostri
conventus Sancti Spiritus Majoricensis, adhuc
sub pretextu, non Oves visitandi.

Nicolaus Spinola Archiepiscopus Thebarum, Causarum Curiae Camerae Apotolicae Generalis Auditor, Romanae Curiae Iudex Ordinarius à SS^{mo} D^{no} nostro Papa specialiter deputatus.

Universis et singulis R. R. D. D. Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, sacristis, tam Cathedralium, quam collegiatarum Ecclesiarum, Canonicis, Parrochialiumque Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, curatis, et non curatis, ceterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, Tabellionibus Publicis quibuscumque, illisque vel illis ad salutem ad.

S. 1. Noveritis: fuisse nuper coram Nobis pro parte, et ad instantiam Venerabilis Conventus Sancti Spiritus Ordinis Sanctae Trinitatis Redemptionis Captivorum Civitatis Majoricensis, illiusque Patris Prioris, seu Ministri, ac Vicarij Cappellae Venerabilis, Sanctae Mariae Virginis de Doloribus, sitae in Venerabili Ecclesia, seu intra septa dicti Conventus: necnon ejusdem Venerabilis Cappellae: tamquam erectae in solo, et Fundo Sacrosanctae Basilicae Lateranensis, totius Urbis, et Orbis, fecunda matris, et Capitis; ac Illustrissimorum, et Reverendissimorum Capituli, et Canonorum dictae Sacrosanctae Basilicae Lateranensis, pro eorum jure, et interesse, tam conjunctim, quam divisim, separatim, et in solidum, ac alias ad personaliter comparitis, et exponentibus:

S. 2. Quod alias, et de anno 1521 per instrumentum rogatum Petri Olivorum

Notar

Notarij publici dictae Civitatis, factis favore dicti Capituli, et Canonorum, donata, et concessa dicta Cappella, et successive per eodem Capitulum, et Canonicos, acceptata prius hujusmodi donatione, fuerunt ipsi Venerabili Cappella, et Vicario, ac officialibus pro tempore dictae Cappellae, communicata, et concessa, omnia, et singula privilegia, exemptiones, indulgentiae, indulta, et gratiae, aliisque jura honorifica per summos Romanos Pontifices Capitulo Lateranensi concessa, et signanter privilegium exemptionis à visitatione Ordinarij, quovis tempore, et quovis die facienda, per litteras de more concedi solitas, et expeditas die 23. Martij dicti anni 1521; Posteaque, quia R^{mus} D^{ns} Episcopus Majoricensis jactabatur: se habere jus Visitandi dictam Cappellam, ipsamque obligandi ad observantiam interdicti Generalis, vel particularis quomodolibet relaxandi, et promulgandi, non obstantibus dictis privilegijs, et exemptionibus, et supra concessis; propterea expedito monitorio eorundem hunc Iudice particulari dictae sacrosanctae Basilicae Lateranensis, super observatione, et executione dictorum privilegiorum, et jactationis jactationum, eoque legitime provocato dicto Episcopo Majoricensi, subinde servatis servandis, proteruta causa, emanavit denique sub die 24. Aprilis anni 1668. sententia per Acta etiam, dictae Basilicae Lateranensis Notarij, in qua demandata fuit omnimoda observantia eorundem privilegiorum, ac declarata exempta dicta Cappella à praedicta visitatione Ordinaria.

S. 3. Et insuper exponitur: quod licet hodiernus R^{mus} Episcopus Majoricensis, nihil, saltem legitime, valeat innovare, contra formam dictarum privilegiorum, et tenorem sententiae pro illorum executione emanatae, et tot annorum intervallo peritus executae, attamen, nascitur quo jure ductus, sese jactavit, et jactat, in nocte Novembris Dⁿⁱ nostri Jesuchristi, et in die

Cena

27 Coena Dñi, visitate dictam Cappellam, pretextu
 27 visitandi suas Oves ibidem existentes, non
 27 autem dictam Cappellam exemptam, vel alio
 27 quovis pretextu, vel quovis colore.
 27 S. 4. Cupienter preterea iidem Instan-
 27 tes predicta privilegia, et executionis
 27 sententiam desuper emanatam, ac litteras
 27 confirmationis eorundem privilegiorum, et
 27 exemptionum ultimo loco expeditas à
 27 predicto R^{mo} Capitulo sub die 28 Junij
 27 preteriti, ab eodem R^{mo} Episcopo, et alijs
 27 quorundem interest, observari, et debita executi-
 27 oni demandari, et pro huiusmodi effectu
 27 in pacifica possessione libertatis non reci-
 27 piendi dictam pretensam visitationem,
 27 etiam sub antedictis pretextibus, et ab
 27 indebitis molestijs via juris eximi, et
 27 liberari: ad Nos recursum habuerunt, hu-
 27 militer supplicando, quatenus eisdem
 27 in premissis de opportuno iuris remedio
 27 provideri velle dignaremur.

27 S. 5. Nos igitur Nicolaus Spinola
 27 Iudex, et Auditor predictus, attendens: pe-
 27 titionem esse justam, et rationi consonam
 27 quodque iura petendi non est denegandus
 27 assensus: Vobis omnibus, et singulis su-
 27 predictis tenore presentium Committimus,
 27 et mandamus: quatenus statim, visis, seu
 27 receptis presentibus fueritis requisiti ex
 27 parte nostra, imò verius Apostolica Auc-
 27 toritate moneatis, et requiratis, prout Nos
 27 monemus, et requirimus R. Dñm Pro-
 27 motorem fiscalem dictae curiae Episcopae
 27 Majoricensis, omnesque, et singulos,
 27 alios, in executione presentium nomina-
 27 tos, et cognominandos: quatenus infra
 27 sex dierum spatium ab executione praesentium
 27 computandorum, quorum duos
 27 pro primo, duos pro secundo, et reliquos
 27 hos duos dies pro tertio, ultimo, et per
 27 totum termino, una pro trina Nos assigna-
 27 namus, et vos assignetis eisdem, per praesentem
 27 sententiam, sub quingentorum ducatorum auxi-
 27 in auro R. C. R. in casu dñi applicando:
 27 rum, ac pro illis mandati executioni, et
 27 in iuris subsidium, quatenus opus sit, ex-

27 communicationis, abique arbitrio nostro praesentem
 27 nit, debeant, et ipsorum quilibet, ad quem
 27 spectat, debeat: privilegia, exemptiones, gratias,
 27 indulgentias, aliaque iura honorifica
 27 per dictos Romanos Pontifices, dicto R^{mo}
 27 Capitulo Lateranensi concessa, ac per ipsum
 27 communicata eidem, Cappella, Vicario, et
 27 officialibus, sententiam pro illorum executione
 27 ne desuper emanatam, ac litteras confirmationis
 27 dictorum privilegiorum, et exemptionum ad unquam,
 27 et in omnibus, et per omnia observare,
 27 attendere, et adimplere, ut debite, totali,
 27 et omnimoda executioni demandasse; et huiusmodi
 27 effectu, predictos, Venerabilem Cappellam,
 27 Vicarium, et officiales pro tempore in pacifica,
 27 et quiesca possessione libertatis non recipiendi
 27 dictam visitationem Ordinariam quovis modo
 27 omnino tempore, et signanter nocte Nativitatis,
 27 Dñi nri Jesu Christi, et in die Coena Domini,
 27 etiam sub pretextu, visitandi Oves suas
 27 ibidem existentes, et quovis alio pretextu,
 27 et quovis colore, manutenuisse, defendisse,
 27 et conservasse: Sprique R^{mo} Episcopo minime
 27 licuisse, nec licere, declarasse: dictam
 27 pretensam visitationem peragere, quinimo à
 27 quibusvis molestijs, et vexationibus in,
 27 et super praemissis dictis Instantibus
 27 quomodolibet illatis, seu fieri comminatis,
 27 inferendis, et comminandis in futurum
 27 omnino cessasse, recessisse, et sese abstinuisse;
 27 dictaque molestias, et caetera contraria
 27 nullas, et nulla declarasse, ac tamquam
 27 talia revocasse; ac per Nos observari,
 27 attendi debere, manuteneri, defendi debere,
 27 cessari, et per Nos observari, attendi debere,
 27 mandari vidisse, et super praemissis
 27 decreta quaecumque fieri, et mandatum
 27 de manutenedo, observando, et aliud
 27 quodcumque desuper necesse fuerit, et
 27 opportunum decerni, et relaxari, sententias
 27 fieri, et promulgari; ius et iudicium fieri,
 27 et ministrari vidisse: Expensasque
 27 debite referre, et praesentibus omnino
 27 parere: deducere debere impensores
 27 non solum debere, si quis debere

Compereat ad Alioquin predictos sic monitos, et monendos, si in premissis se gravatos fore censerint, modo, et forma premissis citentur, ac citari curentur, et mactentur, prout Nos eisdem citari mandamus; quatenus sexagesima die post preteritionem executionem juridicè compareant Romam in iudicio legitime coram Nobis cum omnibus, et singulis eorum iuribus, causam eorum preteriti gravaminis allegaturi, et si que dixerint, et facturi, prout iustitia suadebit, et ordo dictaverit rationis.

S. 6. Certificantes eisdem sic monitos, et citatos; quod si in dicto citationis tempore comparuerint, sive non, Nos nihilominus ad premissa omnia, et singula, abique graviora iuris, et facti remedia procedemus iudicia mediate, dictorum citatorum condumata, vel absentia in aliquo non obstante. Et in super inhibeatis precipiatis, et mandatis: prout Nos inhibemus, precipimus, et mandamus supra dictis sic citatis, per presentes, vel citatis necnon omnibus iudicibus Ecclesiasticis, Ordinariis, et extraordinariis, Delegatis, et Subdelegatis, quacunque auctoritate, et facultate fungentibus, et functuris; ceterisque

que alij iustitia ministris, ne sub iam dictis, alijque arbitrio nostro ad poenis, audeant, seu presumant; aut ipsorum aliqui audeat, seu presumat: dictam Venerabilem Cappellam, quovis anni tempore, et rignanter nocte Nativitatis Dni nri Jesu Christi et in die Coena Dni vintare; episcopatibus vintadi over mar, in dicta Capella existentes; et sub quovis alio pretextu, aut quocumque colore: minisque eisdem Instantes in premissis in partibus molestare, vexare, et perturbare, nec aliud quidem quam contra formam dictorum privilegiorum, et exemptionum, litterarum confirmationis eorumdem, et sententiarum pro illorum executione, ut supra emanatarum, innovare, seu attemptare quovis pretextu ad quod si secus ad. Id totum ad Absolutione ad.

In quorum fidem ad.
 Dat. Roma in Palatio magna Curia Innocentiana in Monte Citatorio hac die 4. Julij 1715.
 S. 99 Salvator Papatunciu Causarum Curie Camera Apostolica Notarius
 loco sigilli
 1. 99 Nicolaus Archiepiscopus Thebanus Auditor.

Notabilia.

Hoc monitorium auctoritate Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis; et fuit executioni mandatum dicto anno. Cujus virtute Episcopus tunc Majoricensis preteritionem suam dimisit, et revocavit. Sententia Executionis dictorum privilegiorum, et litterarum confirmationis eorumdem, inveniuntur supra in hoc Bullario in Clemente IX. ad annum 1668.

Bulla XVI.

Monitorium Iudicis Apostolici precipiens sub gravissimis censuris et poenis: ne Frater N^{ri} Conventus de la membrilla Provincia Baethica molestentur, super percussione non solvendi Decimas.

Nicolaus tituli S^{ti} Sixti S. R. E. Cardinalis nalis Spinola, curie Causarum C. A. Generalis Pro-Auditor, Romanae Curie Index Ordia

Ordinarius, sententiarum quoque et Censurarum, tam in eadem Romana Curia quam extra eam latarum, et litterarum Apostolicarum quarumcumque Universalium, et necus Executor a S^{mo} D^{no} nro Papa specialiter electus, et deputatus.

Universis, et singulis R. R. D. D. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium, quam

quàm Collegiarum, Ecclesiarum Canonicis,
 Parochialiumque Rectoribus, seu locutene-
 tibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, cu-
 ratis, Cæterisque Presbyteris, Clericis, Nota-
 riis, et Tabellionibus publicis, quibuscumque,
 illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præ-
 sentes nostræ litteræ pervenerint, seu quo-
 modolibet presentabuntur: salutem in Do-
 mino, et nostris huiusmodi, imò verius A-
 postolicis firmiter obedire mandatis.

S. 1. Noveritis: quòd infrascripta die
 ex parte Venerabilis Conventus, et Reveren-
 dorum Patrum Ordinis S^me Trinitatis Re-
 demptionis Captivorum Regularis Observa-
 tie, villa vulgo de la membrilla Toletana
 Diœcesis Principalem, comparitum, et expo-
 sitionem exhibuit: ipsos P^r. P^r. Instantes,
 vigore quamplurium privilegiorum per sumos
 Romanos Pontifices ipsi Instantibus, eorum-
 que Ordini concessorum reperiri inquietam
 et pacificam possessionem, seu quasi iuris
 non solvendi Decimas, et non potuisse pro-
 inde, neque posse, super dicta eorum quietam
 et pacificam possessionem, contra formam præ-
 dictorum privilegiorum ab aliquo molestari, ve-
 xari, perturbari, inquietari, neque impediri,
 minusque in partibus, et coram alijs Domi-
 nis Iudicibus, aut alijs, quàm coram Nobis
 per acta infrascripti Curie nostræ Notarij
 ad iudicium trahi, vacari, neque conveniri.

S. 2. Nihilominus R. D. Promotor
 fiscalis Curie Archiepiscopalis, et R^mum
 Capitulum, et Canonici Venerabilis Ecclesie
 Metropolitanae Toletanae, ex adverso Prin-
 cipales, et forsan alij, in executione præse-
 ntium nominandi, et cognominandi, nec-
 citur, quo iure ducti, quæve ratione suffi-
 culti: sese jactarunt, et jactant, velle, eor-
 dem Dominos Instantes, contra formam
 dictorum privilegiorum, super dicta eorum
 quietam, et pacificam possessionem, molestare,
 vexare, et perturbare, ac ad iudicium tra-
 here, vacare, et convenire; et præmissa om-
 nia, et singula in actis infrascripti Curie
 nostræ Notarij, nisi loco, et tempore sufficien-
 ter verificabuntur. Quapropter ad Nos re-
 cursum habuerunt iidem Instantes humi-
 liter

liter supplicando: quatenus in præmissis oppor-
 tunè providere, et præsentium Invenitum cum
 inhibitione, super observatione, et executione præ-
 dictorum privilegiorum, et mantentione res-
 pective prædicta, concedere, et decernere dig-
 naremur.

S. 3. Nos igitur attendentes: petitione
 huiusmodi fore, et esse iuram, rationique con-
 sonam: quòdque iusta petenti non est dene-
 gandum assensus: vobis omnibus, et singulis
 supradictis committimus, et mandamus stic-
 te precipiendo in virtute S^me Obedientie, qua-
 tenus statim visis presentibus, et postquam
 fueritis requisiti, ex parte nostra, imò verius
 Apostolica auctoritate, moneatis, et requi-
 ratis, pro ut Nos monemus, et requirimus
 supradictos Dominos Promotorem fiscalem
 Curie Archiepiscopalis, et R^mum Capitulum, et
 Canonicos Venerabilis Ecclesie Metropolitanae
 Toletanae ex adverso Principales; omnesque
 et singulos alios, in executione presentium no-
 minandos, et cognominandos: quatenus in-
 fra sex dierum spatium: quorum duos pro pri-
 mo, duos pro secundo, et reliquos duos ob-
 is pro tertio, ultimo, et peremptorio termino
 monitioneque canonica, Nos assignamus,
 et vos assignetis; eisque sub quingentorum
 ducatorum auri in auro, R. C. Applican-
 dorum, et pro illi madati executivi, et in iu-
 ris subsidium, quatenus opus sit, excommuni-
 cationis, alijsque sententijs, censuris, et poenis;
 debeant, seu quilibet eorum debeat prætax-
 rata privilegia per sumos Romanos Pon-
 tifices dictis Reverendis Instantibus, eorum-
 que Ordini concessa, omniaque, et singu-
 gula in eis contenta, et expressa quæcumque
 singula singulis congruenter referendo, ob-
 servasse, adimplerisse, ac debita et tota-
 li executioni demandasse, et suos ple-
 narios effectus satisfecisse, et pro effectu
 huiusmodi supradictos, Venerabilem Con-
 ventum, et Reverendos Patres Instantes,
 in supradicta eorum quietam, et pacificam
 possessionem, seu quasi iuris, non solven-
 di Decimas, mantenuisse, defendisse, et
 conservasse; manteneri, defendi, et con-
 servari fecisse; et ab omnibus, et singulis jac-
 tationibus

176
 citationibus, vexationibus, perturbationibus, im-
 pedimentis quibuscuque eidem Instantibus
 illatis, latis, factis, seu inferri comminatio-
 nibus, a dandisque, et inferendis omnino cessare,
 desistere, et sece abstinere; cessarique desiste-
 re, et abstinere fecisse: omniaque damna,
 expensas, et interese, refecisse; et quocumque
 decreta, sententias, et mandata de super nec-
 cessaria, et opportuna ad favorem Instan-
 tium decerni, et relaxari vidisse, deducen-
 tes. Et remedium sibi ipsis undecumque, quo-
 modocumque, et qualitercumque preveniendi,
 et nobile Officium Iudicis, et juris bene-
 ficiam implorando; non solum isto, sed, et
 omni alio meliori modo; alioquin prefatos
 sic monitos, si in premissis sese fore gra-
 vatos censerint; peremptorie citatis, prout
 Nos per preteritas citamus eisdem: qua-
 rentis quinquagesima die ab executione
 presentium presentanda, compareant Roma
 in iudicio legitime coram Nobis per acta
 infrascripti curie nostrae Notarii, per sese,
 vel Procuratores suos idoneos, et sufficien-
 ter instructos, causam eorum gravaminis ala-
 legaturi, aliaque dicturi, et facturi, prout
 iustitia suadet, et ordo dicaverit rationis.
 S. 4. Certificantes eisdem sic monitos,
 et citatos: quod si in dicto citationis termino
 non comparuerint, vel non: Nos nihilominus
 ad premissa, et alia graviora iuris, et fac-
 ti remedia procedemus iustitia mediata,
 eorundem citatorum contumacia, vel abse-
 ntia in aliquo non obstante. Et in super
 inhibeatis, et inhibendo expresse precipia-
 tis, et mandatis: pro ut Nos per preteritas,
 inhibemus, precipimus, et mandamus R.
 D. Promotori fiscali Curie Archiepiscopalis,

et R^{mo} Capitulo, et Canonis venerabilis Eccl^e
 sic metropolitanae Toletanae, ex adverso Prin-
 cipalibus, omnibusque, et singulis in execu-
 tione presentium nominandis, et cognominan-
 dis: ne sub iam dicti penis, et censuris,
 audeant, seu presumant, nec ipsorum aliquis
 audeat, seu presumat; Venerabilem Convec-
 tum, et Reverendos PP. Ordinis S^{me} Fri-
 mitatis Redemptionis Captivorum Regularis
 Observantia villa vulgo dictae de la membr-
 villa Toletana Diocesis Instantes, in, de,
 et super premissis, illorumque causa, seu
 occasione, ac ratione prefatorum privilegio-
 rum, molestare, vexare, perturbare, inquiet-
 tare, et impedire: neque molestari, vexari,
 perturbari, inquietari, et impediri facer-
 re, seu permittere, vel minimam quidquam
 aliud, contra formam, et tenorem dicto-
 rum privilegiorum, et predictarum notitia-
 rum litterarum, ac damnum ipsorum Instan-
 tium, facere, et innovare, seu fieri, et in-
 novari facere, per sese, vel per alios, direc-
 te, vel indirecte, tacite, vel expresse quo-
 vis sub pretextu, causa, ingenio, vel qua-
 vis colore. Quod si recis factum fuerit id
 totum revocare, et in pristinum statum redu-
 cere curabimus: necnon ad predictarum
 censurarum, et penarum incursum declaratio-
 nem, procedemus iustitia mediata. Ab-
 solutione vero omnium etc.
 In quorum fidem etc.
 Dat. Romae ex Innocentiana Curia
 Hac die 25. Februarij 1717.
 N. Cardinalis Spinola Pro-Auditor
 locos et sigilli.
 Josephus Penestius Cassan-
 C. R. Notarius.

Notabilia

Hac Monitorium Apostolicum reperitur Originale in Archivo N^o Conventus
 de la Membrilla Provinciae Baethicae; cuius transcriptum accipi per Tabellari-
 um publicum a R. P. P^{ro} Fratre Augustino Romero ministro dicti Conventus an-
 no 1758. Privilegia, quae hoc monitorio exequi mandantur sunt communia
 a omnibus nostris Conventibus; sed tamen solum hic Conventus de la
 membrilla, et Conventus N^o Dominae de Fuenlanta in Provincia Cast-
 ella, talia privilegia conservare curaverunt.

Bull

Bulla XVII

 2) in simili forma Brevis, litteras, ac
 3) ipsa die datus ad dilectos Filios:
 4) dum Modernum Magistrum Gene-
 5) ralem Fratrum Ordinis B^{te} Mariae
 6) de Mercede Redemptionis Captivorum,
 7) dum modernum ad Superiorem
 8) Generalem pro Regnis Hispaniae
 9) et Fratum Excalceatorum dicti
 10) Ordinis S^{ae} Trinitatis: eoque
 11) eisdem Paternis vocibus admonens
 12) et exhortamur: ut omni lite, et
 13) discrepantia omnino amota, ac
 14) sublata, tecum unanimi consensu
 15) concordiam huiusmodi, honestis
 16) et debitis conditionibus concilian-
 17) dam, et stabilendam quantocius

1) vicierim inire festinent, et nitantur.
 2) S. 5. Postquam vero negotium
 3) huiusmodi inter vos mutua cum mo-
 4) derdia, amore, et tranquillitate ita ac-
 5) tum fuerit: ut in posterum futuris
 6) temporibus nunquam repetatur, ad
 7) Nos, atque hanc Sanctam Sedem
 8) deferri volumus, ut quo firmitus
 9) subsistat, et servetur exactius A-
 10) postolica nostra auctoritatis pro-
 11) sidium, et confirmationis patroni-
 12) cium interponatur.

1) S. 6. Interea: ampliora Ponti-
 2) ficie sollicitudini, susceptoque dolo-
 3) ri nostro solatia; et luculentiora
 4) debita tua, tuorumque filiorum
 5) erga Nos observantia, testimo-
 6) nia Nobis pollicemur, et a Vobis
 7) praestantes: Apostolicam benedic-
 8) tionem Tibi, tuisque Religiosis A-
 9) lumnis per amantem imperti-
 10) mur.

1) Datum Roma apud
 2) Sanctam Mariam Majorem
 3) sub Annulo Piscatoris die du-
 4) odecima Augusti Millesimo Sep-
 5) tingentesimo quadragesimo quinto,
 6) Pontificatus nostri anno quinto.

Vicis
Notabilia

1. Hoc Breve auervatur Originale in Archivo N^o Collegij CesarAugustani; et

et transcriptum authenticum ejusdem in Archivo hujus nati Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis, quod transcriptum accepi Maxiti simul cum Instrumento publico quo Admodum R. P. M^r Fr. Bernardus Pedro Provincialis nostre Aragonie Provinciae, Diffinitoribus, et Patribus ejusdem Provinciae, me constituerunt Procuratorem Generalem, cum facultate transigendi, compromittendi, et amicabilem componendi, atque omnino terminandi dictam litem: ut negotium hujusmodi transactionis cu^m R^{mo} P. Generali Ordinis B^{te} Mariae de Mercede, et cu^m R^{mo} Commisario Generali Nostri^o Discalceatoru^m Hispaniae ad expectatum finem perducem; juxta mentem, admonitionem, exhortationem, et voluntatem S^{ss}mi Patris nostri Benedicti XIV.

2 Authenticum Procurationis instrumento, et transcripto dicti Brevis pariter authenticum, receptis, et voluntatem S^{ss}mi Domini nostri Papae quantocivis, totisque viribus executioni mandarem, non semel, sed iterum, atque iterum dictos R^{mos} Patres inuisi, ipsosque ad dictum Compromissum exequendum enixe invitavi. Cumque R^{mus} P. Generalis Ordinis B^{te} Mariae de Mercede, se monitioni Apostolicae obtemperare velle, exprocordij demonstrasset; dixit: a Trinitarij de quorum Institutu executione agebatur, conformandum esse, et presentandum projectum compositionis. R^{mus} P. Commisarius Generalis nostrorum Discalceatoru^m Congregationis Hispaniaru^m praefati projecti efformationem mihi commisit; quare tale Projectum efformavi hujusmodi sub tenore:

3 Ave Maria III. Projectum compositionis inter R^{mos} PP. Mercenarij ex una, et Patres Trinitarios Calceatos, at Discalceatos ex alia, super lite Redempcionis in Regnis Aragonum. — Preliminaria. — 1^o Statuitur: quod Patres Trinitarij in tota Aragonum Corona gaudeant titulo Redemptoru^m, seu Redempcionis Captivoru^m, quod sua Religioni concecit Ecclesia: uti eodem titulo fruuntur in ceteris Ordinibus Christiani partibus. — 2^o Quod possint executioni mandare eorundem canonicu^m Institutum Redempcionis Captivoru^m: ipsosque Redemptionem, suo tempore in toto Aragonu^m Regno publicare; partimque accipere in maritimis ejusdem Regni partibus; processionem in gratiaru^m actione redemptis cum Captivis peragere; ceterasque exercere functiones, quas Redemptores in alijs Regnis possunt, et exercere solent. — 3^o Quod in omnibus Ecclesijs sui Ordinis, possint habere scrinia, arcular, sive trunkos, in quibus elemosinae pro redimendis Captivis a Christianis fidelibus mittantur; et petere pro ipsoru^m Redempcionem eisdem in Ecclesijs valeant. — 4^o Quod dicti Patres Trinitarij integre recipere, et colligere possint, legata ipsi relicta, vel data, virtute testamentorum, vel quancumque aliaru^m scripturarum a fidelibus in toto Aragonu^m Regno pro Redempcionem Captivorum.

4 Capitula Compositionis. — 1^o: quod in Diocesis, in quibus non solum Patres Mercenarij, sed etiam Trinitarij Calceati, et pariter Discalceati, habent suos conventus, legata Redempcionis indeterminata et indefinita, dividantur in quatuor partes: quaru^m duae erunt pro Patribus Mercenarijs: ex alijs vero duabus unam recipient Patres Trinitarij Calceati, aliam autem Trinitarij Excalceati. — 2^o: Quod in Diocesis, in quibus solum Mercenarij, vel solum Trinitarij suos habent conventus, illi legata Redempcionis indeterminata

196
determinata integrè recipiant, qui erunt soli. — 3^o: quod in Diocesis, in quibus
reperiuntur Patres Mercenarij cum solis Trinitarij Calceatis, vel cum solis
Trinitarij Discalceatis, dicta legata in quinque partes dividantur, quarum tres
recipient Mercenarij, duas vero Trinitarij qui ibi erunt. — 4^o: quod Trinitarij,
sive Calceati, sive Excalceati possint solum petere pro Redemptione Captivorum
in locis illarum Diocesium in quibus aliquem habuerint Convictum. —
5^o: ut lites, et discordia omnino evitentur in futurum statuitur: quod
in Diocesis in quibus fuerint simul Calceati, et Discalceati Trinitarij, uno
anno ibunt Mercenarij soli per Villas, Loca, oppida, et Civitates illarum
Diocesium, ad colligendum oblatim elemosinas pro Redemptione Captivorum;
alio vero anno ibunt ad hoc negotium Trinitarij Calceati, et Discalceati
soli; et isti Trinitarij Diocesim dividant in duas partes; in quarum
una petent Calceati; in alia vero Discalceati: ita ut: qui uno anno
in uno Anno in una parte elemosinas collegerint: redeunte vice sua
in alia parte illas colligant. In Diocesis vero, in quibus reperiuntur
Trinitarij Calceati soli, vel soli Excalceati: uno anno colligant
Mercenarij; alio vero anno Trinitarij, qui ibi erunt.

5 R^{mo} Patri Commissario Generali nostrorum Discalceatorum, ejusque
consultoribus, et Consiliarij, non placuerunt hæc compositionis capitula
ideo aliud projectum compositionis eformari, sub præfatis preliminaribus,
capitula compositionis relinquendo ad Arbitrium R^{mi} P. Generalis
Ordinis B^{te} Virginis Mariæ de Mercede, et ejusdem Redemptricis Religionis;
sub sequenti verborum tenore.

6 Capitula Compositionis. — Circa legata indefinita, et indefinita:
terminata: ac circa facultatem petendi, et colligendi elemosinas
pro Redemptione Captivorum per Villas, loca, Oppida, et Civitates
totius Aragonis Regni, conveniunt Trinitarij: in eo quod R^{mus}
Pater Generalis Ordinis B^{te} Mariæ Virginis de Mercede, et sua Graciosa
vixima Redemptrix Religio, projectam efformet sibi bene visum.

7 Notum Excalceatis placuit hoc projectum, simul cum preliminaribus antecedentibus,
et statim dicto anno 1745. mense Novembri, simul cum R^{mo} P. Commissario
Generalis nostrorum Discalceatorum Congregationis Hispaniæ, R^{mo} Patre
Generalem Ordinis B^{te} Mariæ Virginis de Mercede adiri, et debita cum
reverentia in suis manibus libellum supplicem poni, in quo scripta erat
hæc ultima propositio, simul cum preliminaribus antecedentibus. Pre
vocationem inter nostram, suamque Religionem desiderabat, magnis, atque affectuosissimis
expressionibus significavit: et certè dum vita illi Comes fuit, desiderium bonorum pacis, et concordia fieri, atque SS^{mi} Dⁿⁱ n^{ri} Papæ monitionibus,
et exhortationibus parere, et obediendi, operibus demonstravit; ipse enim ad Filios suos
Valentinos, Aragonicos, et Catalonicos, exortatorie scripsit; sed morte preventus;
consensum, et assensum illorum non vauit obtinere. Nec vique in hodiernum diem
responsum à R^{mis} Patribus Mercenarij accepimus.

Bulla VII.

sive Decretum Sacra Rituum Congregationis
transfrens Officium translationis S.P.N. Jo-
annis de mata ad 1^{am} diem non impeditam
in casu impediment occurrentis Dominica
ca 5^a post Pascha.

Ordinis Discalceatorum SS^{mae} Trinitatis
Redemptionis Captivorum.
Sacrorum Rituum Congregatio die 20. Janu-
arii anni 1742. concessit Ordini Discalceato-
rum SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivo-
rum facultatem recitandi officium proprium
translationis Corporis S^{ti} Joannis de Ma-
ta, praedicti Ordinis Patris, ac Fundatoris
sub ritu duplici majori, assignata die
Dominica quinta post Pascha in perpetu-
um.
Cumque autem in praesenti anno 1746
Dominica 5^a post Pascha incidat dies
15^a Maij, quo die Martini Diaecesis To-
letanae, ubi veneratur Corpus S^{ti} Joann-
nis de Mata, celebratur festum S^{ti} Iose-
phi Agricola ritu duplici 1^{ae} Classis cu
octava: utpote Patroni Principalis die-
ce villae Matritensis: Hinc Procura-

tor Generalis praefati Ordinis humiliter
Sacra Rituum Congregationi supplicavit pro
declaratione sequentis dubij:
An festum Translationis Corporis S^{ti}
Joannis de mata debeat, transferri ad ali-
quam diem non impeditam?
Et Sacra Congregatio audito prius vo-
to unius ex Apostolicarum ceremoniarum Ma-
gistris respondit: Celebratur Officium S^{ti} Iose-
phi, et transferatur Officium Translationis
Corporis S^{ti} Joannis de Mata in primam
diem non impeditam Officio nove lectio-
num: quantumvis sit assignatum in tali Do-
minica: neque transferendum ad aliam Do-
minicam. Ac ita declaravit, et servari
mandavit.
Die 29. Januarij 1746.

Ita reperitur in Registris Decretorum
Congregationis Sacrorum Rituum.
In quorum fidem etc.

M. Marefuscus S.R.C. se-
cretarius.

Notabilia

Transumptum Manuscriptum, et Authenticum huius decreti observatur in Ar-
chivo huius nostri conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla VIII.

Concedit indulgentiam plenariam vi-
sitantibus aliquam ex Ecclesijs Calceato-
rum SS^{mae} Trinitatis singulis diebus ac-
tualis celebrationis Capituli Generalis ce-
lebrandi in conventu Cervifrigidi anno
1749.

patrum loci de Cervofrigido Diaecesis
Meldensis in Ecclesia, seu conventu Fra-
trum Ordinis huiusmodi prope diem, be-
nedicente Domino, celebrandum sit.
S. C. Nos, ut opus tam piis mayo-
ri cum fructu fiat, et ad augendum fi-
delium Religionem, et animarum salu-
tem caelestibus Ecclesiae Theauris Pa-
terna charitate intendi: omnibus vi-
ciisque sexus Christianis, veris
paenitentibus, et confessis, ac sacra co-
munionem refectis, qui praedictam, vel a-
liquam ex Ecclesijs conventus Fratrum
Ordinis

Benedictus Papa XIV.
Universis Christianis praesentes litte-
ras inspecturis salutem, et Apostolicam be-
nedictionem
S. I. Sicut accepimus, Capitulum Ge-
nerale Fratrum Ordinis SS^{mae} Trinitatis Re-
demptionis Captivorum de Observantia mieu-
patrum

198
 „ordinis predicti, ubique existentibus, die quo
 „inhabitatur Capitulum Generale huiusmodi,
 „ac singulis diebus actualis illius celebra-
 „tionis, devote visitaverint, et ibi pro Chris-
 „tiano Principum concordia, haurerent ex-
 „tiratione, ac ^{Matris} Ecclesie exalta-
 „tione pias ad Deum preces effuderint, ple-
 „nariam semel duntaxat omnium pecca-
 „torum suorum indulgentiam, ac remissio-
 „nem misericorditer in Domino conce-
 „dimus.

§. 3. Presentibus post celebratione Capituli
 „si minime Valideris.
 „§. 4. Volumus autem: ut si pro impetrati-
 „one (ib). Utque presentium Litterarum tra-
 „sumptis (ib).
 „Dat: Romae apud Sanctam Ma-
 „riam Majorem sub Annulo Piscato-
 „ris die septima Januarij 1749.
 „Pontificatus nostri anno nono.

§. 3. Presentibus
 Notabilia

Transumptum authenticum huius Brevis custoditur in Archivis huius nostri
 Conventus ^{Matris} Spiritibus Majoricensis.

Bulla IX.

Dat Amo Patri Generali nostrorum
Discalceatorum Sarcophagum, sive Sep-
pulcrum, in quo requievit Corpus S^{ti}
P. N^{ri} Joannis de Mata, ab ejus obitu,
vigine ad translationem ipsius in His-
paniam.

ditum; tamen anno 1655. inde in His-
 „paniam translatum apud Nuntium ipsius
 „Apostolice Sedis in Hispanijs tunc tem-
 „poris commorantem depositum fuit,
 „quod deinde anno 1686. Clara memo-
 „ria Marcellus Cardinalis Duravius, ac-
 „pud Hispaniarum Regem Catholicum, Apost-
 „olicus eodem Nuntius, Ministro Gene-
 „rali, et Diffinitorio laudati Ordinis, ea
 „tradidit conditione: ut sub Altari Cap-
 „pelle in Cella Venerabilis Fratris Tho-
 „mae de Virgine, Matris erecta collo-
 „caretur.

„Benedictus Papa XIV.
 „Dilecto Filio Michaeli a S. Josepho Minis-
 „tro Generali Fratrum Ordinis SS^{me} Trin-
 „nitati Excalceatorum nuncupatorum.
 „Dilecte Fili! salutem et Apostolicam
 „benedictionem.
 „S. L. minime dubitamus, quin me-
 „morie redineas, quidquid a Nobis alias
 „dum tu quidem officium Procuratoris
 „Generalis incliti Ordinis tui in hac alma
 „Urbe nostra obiret. Nos vero in minor-
 „ribus constituti, Promotoris Fidei mun-
 „nus gereremus, praestitum fuerit: ut
 „debitus sacri Exuvij S^{ti} Joannis de
 „Mata, ejusdem tui Ordinis Fundatoris
 „vis cultus restitueretur. Illius namque
 „Corpus in Arca marmorea, seu Sar-
 „cophago in Ecclesia sub invocatione S^{ti}
 „Thomae Apostoli in Formis dicta in mo-
 „te Coelio ejusdem abnae Urbis nostrae,
 „qua ad dilectos Filios Capitulum, et Canonicos
 „eos Basilicae Principis Apostolorum S. Petri
 „in Vaticano spectat: etri ab initio con-

„S. 2. Mota autem in Congregatione
 „Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
 „Cardinalium sacris Ritibus Praeposito-
 „rum, tam anno, 1696, quam anno
 „1715. controversia, quoad idempnitatem
 „omnium Corporum S^{ti} Joannis de Mata,
 „quae Romae primum, postmodum Mar-
 „tini asservari asserebantur; ipsa Co-
 „gregatio respondit: nos constare de idemp-
 „nitate. Iterum jussu felicis recorda-
 „tionis Clementis Papae XI Praede-
 „cessoris nostri, postulato super ipsa
 „idempnitate, apud eandem Congrega-
 „tionem Cardinalium edito, factum fuit,
 „ut Nobis, dum partes Promotoris fidei
 „ageremus

ditum

ageremus per gravissima rationum momenta in quarto libro operis nostrorum de Canonizatione Sanctorum parte 2. cap: 23. nu: 8. typis impressa, admittentibus plena resolutione postquam laudatus Clemens XI. Prædecessor noster viam universæ carnis ingressus fuisset die 19 mensis Martij, prodiret die 6. Septembris anno 1721. constare nimirum de idemplitate. Ea propter hujus resolutionis Decretum recollectenda memorie Innocentius Papa XIII. itidem Prædecessor noster approbavit.

S. 3. Quoniam autem eodem tempore, et Promotoris Fidei, et Secretarij Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum muneribus fungentes, Canoniatu etiam in eadem Basilica Vaticana fruebamur: ita cum Canonicis, Collegis nostris egimus, ut benigne nostris votis assentientes, ipsos Fratres sæpediti Ordinis tui ab omni penitus liberarent onere, et obligatione, assensu S. Joannis ex Hispanijs, ubi custodiebantur, Romam, unde translata fuerat, iterum remittendi. Nec minorem sanè habuimus operam, ut consensus hujusmodi, à Capitulo Vaticano præstitus, ab eadem Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini interpretatione die 7. mensis Februarij anno 1722. Nobis Secretarij Ministeriis sustinentibus, cum clausula de Apostolico beneplacito impetrandò, approbaretur.

S. 4. Porro ad supremum Sacrosancti Apostolatus Apicem, quamvis immerentes, per ineffabilem Divinae Bonitatis abundantiam eveci: ubi opportuna sese dedit occasio, quæ admodum rebus ipsis expertus es, nullam passi sumus elabi opportunitatem, quam arripientes, Ordinem, cui tanta cum nominis tui, et Regularis disciplinæ laude, Minister Generalis modo præes, de Catholica Religione, et æterna

Christifidelium salute benemereri pergerem, præclaris Apostolica nostra benignitatis, Auctoritatisque argumentis, non cumulaverimus.

S. 5. Verum: ut tibi, dilecte Fili: tuisque Religiosis Alumnis, magis, magisque pateat, quanta vos Paterna Charitate complectamur: quantaque veneratione S. Joannem de Mata Fundatorem dicti Ordinis prosequamur; memorer: quod in memorata Ecclesia S. Thomæ in Formis, post Altare Majus in parvo sacratio adhuc vacua reperitur, una cum insculpta epigraphe hoc indicante Urna marmorea, sive Sarcophagum, ubi ossa ejusdem S. Joannis de Mata tumulata diu jacuerunt, una cum epigraphe hoc indicante; illam, seu illud Nobis à Capitulo, et Canonicis antedictæ Basilicæ Vaticanae, dono dari postulavimus: nec alia certè ratione, quam ut Nos quidem illud monumentum patri donationis titulo Tibi largiremur. Tu vero, in Hispanias transmittendum, et tuis Religiosis Alumnis tradendum, curares: hi demum ea qua decet veneratione inibi custoditum tenerent. æquum Nobis enim visum est: ut ubi ossa S. Joannis in presenti requiescunt, ibi et pristinum sacrorum ossium Sarcophagum cum inscriptione, in perenne veritatis argumentum constitueretur.

S. 6. Caterum furiis per hæc nostras litteras in forma Brevis, non tantum Te, quippe qui omnium in hac re gestorum conscius es, atque particeps, quam modernos, ac Futuros Ordinis Ordinis tui Religiosos Alumnos monitos voluimus: ut non solum quidquid hæc tenus actum, gestumque fuerit, futuris temporibus perspectum; verum Apostolica etiam Auctoritate, per eadem nostras litteras, tamquam authentica documenta, confirmatum haberent.

200
 7. Interim ad Te, tuosque Fratres
 potissimum pertinet: ut tam prætorio mu-
 nere gaudentes, avidius Nos apud Deum
 vestrarum obsecrationum suffragiis com-
 mendetis; dum Nos celestis præsidij
 auspiciem, et studiosa nostra, ad vobis qua
 ad integrum est, gratificandum, volun-
 tatis pignus esse cupimus, Apostolica
 benedictionem, quam tibi, dilecte Fili: ijs-
 deque Religiosis Alumnis tuis peramanter
 impertimus.
 Dat: Roma apud Sanctam
 Mariam Majorem sub Annulo
 Piscatoris die tertia Februarij
 1749. Pontificatus nostri
 anno nono.

Notabilia

1. Hoc Breve adducitur in Bullario Benedicti XIV. Tomo A. pag: 549. Romæ impresso eodem anno nec expeditionis 1749. Est quidem hoc Breve, perpetuum evi-
 dentissimumque testimonium Paternæ dilectionis, qua Benedictus XIV. Minis-
 ter Generalis, et Frater Noster Discalceator Congregationis Hispaniæ, prosequen-
 tur: est etiam Monumentum æternum Venerationis, et devotionis, quam profite-
 batur ipse summus Pontifex S^{to} Patri N^o Joanni de Mata: Et propterea utraque
 fabula, Calceata, et Discalceata, debita est, Magno Ecclesiæ Patri Benedic-
 to XIV. Discalceata: ut videre est, in hoc Breve. Calceata vero, ut in ipso vi-
 detur Breve. Non solum propter devotionem, et obsequentissimam Veneratio-
 nem, quam habuit erga S. P. N^m Joannem de Mata; sed etiam propter cari-
 tationem, quam refert sui sacri Corporis in Hispanias: per hæc verba: Tame-
anno 1655, inde in Hispanias translatum. ~~est~~ apud Nuntium Apostolicæ
Sedis, in Hispanijs tunc temporis commorantem, depositum fuit.

2. Sed à quibus translatum? Et à quibus depositum? Translatum est à
 duobus Fratribus laicis, quorum unus, Fe Sundaclus de Medina nuncupabatur, fi-
 lius Provincia Castellæ; alter vero Frater Josephus Vidal Provincia Bragoniæ, et
 hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricenis Filius; qui cor meum dolore transfixum
 habentes, propter despectum cultum sacri Corporis Nostri Gloriosi Fundatoris; requi-
 ebat enim in Ecclesia Sancti Thomæ de Formis, quæ semper Clausa manebat, ni-
 si Dominicis, et Festivis diebus, ad unicum Sacrum ibi celebratum; animo conceperunt:
 illud Sacrum Corpus in Hispaniam transferre, ut debitus illi tribueretur Cultus.

3. Depositum fuit, cum scripturis, juridicis informationibus, et instrumentis neces-
 sarijs, ad probandum suo tempore identitatem Corporis, à R^{lo} admodum P. M^{ro} Fra-
 tæ Francisco de Arcos Provinciali Castellæ, et à Patribus dicte Provinciae, consi-
 lio, et Auctoritate Catholici Regis Philippi IV; In Oratorio Nuntiaturæ Hispaniæ
 Calceati illud translulerunt, Calceati illud deposuerunt: Calceati scripturas, inter
identitate corporis. Gratias ergo demum SS^{me} Trinitati, quæ suis sanctis inspira-
 tionibus, et auxilijs nostros Calceatos participes fecit laboris, sollicitudinis, et dilige-
 et celebremus felicem memoriam Benedicti XIV. qui nostris Fratribus Discalcea-
 tis tam prætorium donum, ^{et dedit} ut est Sarcophagum, sive Sepulcrum, in quo tot annis
 S^{ti} Joannis Anglici, secundi Generalis; et S^{ti} Michaelis Hispani, cognomine Saynez, Gene-
 ralis V. nostri sacri Ordinis: Unde forsan aliquando deservient istæ Apostolicæ litteræ
 ad declarationem cultus horum sanctorum.

Bulla X.

sive Decretum Sac. Rituum Congregationis
Vigilias SS. PP. Nistorum, Joannis, et
Felicis, concedens

Die 7. Februarij in Vigilia S^{ti} Joannis
de Mata.

Ad Matutinum. Lectio IX.

Lectio S^{ti} Evangelij secundum Mattheum
In illo tempore dixit Jesus Discipulis
suis: Beati misericordes, quoniam ipsi mi-
sericordiam consequentur. Et reliqua.

Homilia S^{ti} Joannis Chrysostomi.

Hic non tantum pecunie largitores dice-
re mihi videtur, sed etiam eos, qui operi-
bus misericordiam exercent. Varij enim
sunt miserendi modi, et latum est praecep-
tum. Quod igitur illorum est prae-
mium ipsi misericordiam consequentur, et vi-
detur quidem equalis esse retributio, sed
est ipse bono opere longe major. Ipsi namque
misericordiam sicut homines, sed misericor-
diam consequuntur ab universorum Deo. Non
sunt autem aequales humana miseratio, et
Divina, sed quantum inter malitiam, et
bonitatem discrimen est; tantum inter hoc,
et illud. Tu autem D^{ne} D^{us}.

Missa

in Vigilia S^{ti} Joannis de Mata: Os justitiae
meditabitur D^{us} ut in Comuni Confessione
non Pontificis, praeter orationes, quae sequuntur:

Oremus

Omnipotens, et misericors Deus, qui ad re-
dimendum fideles tuos a potestate Paga-
norum Beatum Joannem Patrem nostrum
eligere dignatus es; presta quaesumus:
ut ejus sacra festa provenimus, pia
apud te patrocinia consequamur. Per Do-
minum D^{um}

Secreta.

Sacrificium Domine, quod oculis tuae
Majestatis exponimus, in nobis semper pre-
cibus Beati Joannis proficiat. Per D^{nm} D^{um}

Postcommunio.

Domine Jesu Christe, qui tuo nos precioso
sanguine redemisti: fac nos precibus
Beati Joannis Patris nostri in redimendis
fidelibus tuis, fructu ejusdem sanguinis
litari. Qui vivis etc.

Die 19 Novembris In Vigilia S^{ti} Fel-
licis Vallerij.

Ad Matutinum Sectio IX.

Lectio sancti Evangelij secundum Mat-
theum.

In illo tempore dixit Petrus ad Jesum:
Ecce nos reliquimus omnia, et sequuti
sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Hieronimi Presbyteri.

Lib: 1. in Mattheo cap: 20.

Quandis fiducia: Petrus Piscator erat, di-
ver non fuerat, cibo manu, et arte, quae-
rebat: et tamen loquitur confidenter, reli-
quimus omnia, et qui non sufficit tan-
tum relinquere, jungit, quod perfec-
tum est: et secuti sumus te. Fecimus quod
jurasti: quid ergo nobis dabis pro meritis?
Iesus autem dixit illi: Amen dico vo-
bis: quod vos, qui secuti estis me, in re-
generatione, cum venerit Filius homi-
nis in sede majestatis suae, sedebitis et
vos super sedes duodecim, judicantes
duodecim tribus Israel. Non dixit: qui
reliquistis omnia. Hoc enim et Crates
fecit Philosophus, et multi alij divitias
contempserunt; sed qui secuti estis me;
quod proprie Apostolorum est, atque cre-
dentium. Tu autem D^{ne} D^{us}.

Missa

In Vigilia S^{ti} Felicis Vallerij: Os justitiae
meditabitur D^{us} de Comuni Confessione no-
Pontificis: praeter orationes, quae sequuntur:

Oremus

Presta nobis Domine, ut salutaris P^{ri}
Felicis abstinencia, eruditi: sicut ab a-
limentis abstinemus in corpore, ita
ab omni iniquitate jejunemus in
mente. Per D^{nm} D^{um}

Secreta.

Tua nos Domine Charitate perfunde, qua
Beati Felicis Patris nostri pectus ad
Redemptionis munus imbuiti. Per D^{nm} D^{um}

Postcommunio.

Domine Jesu, qui Beatum Felicem terze-
num Regnum rejicere docuisti: da no-
bis quaesumus, ex ejus imitatione terrena
despicere, et sola coelestia desiderare. Qui
vivas etc.

282
Ordinis SS^{mae} Trinitatis
Redemp^t Captivorum

Ad humillimas preces Patris Magistri
Laurentij Monasterij Procuratoris Gene-
ralis totius Ordinis SS^{mae} Trinitatis Redem-
ptionis Captivorum, Sacra Rituum
Congregatio, referente celsitudine Re-
gia Eminentissimi Domini Cardina-
lis Ducis Eboracensis, benignè indul-
sit: ut in posterum in tota dicta Reli-
gione Sanctissima Trinitatis fiat, sex-
vata forma Rubricarum, Vigilia Sac-
torum Joannis de Mata, et Felices de
Valois ejusdem Ordinis Fundatorum;

ac in super scriptas orationes, tam in
officio eorumdem, Vigiliarum, quam in Mis-
sa; necnon lectiones, et homilias, unam
Evangelij pro ut jacent approbavit, ac
recitari concessit.

Hac die 19. Aprilis 1749.

D. F. Card. Tamburinus Praefectus

Loco II Sigilli

J. Patriarcha Hierosolimitanus Secret.

Notabilia

Transumptio authentica hujus Decreti asservatur in Archivo hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis. Id ipsum, eodem die, mense et anno, concessit sacra Congregatio N^{ra} Discalceatis Hispaniae ad Preces Fr. Amadei de Sanctis Procuratoris Gen^lis Congregatio-
nis, sub eodem Verborum tenore.

Bulla XI.

Decretum N^{ri} Dⁿⁱ n^{ri} Papae con-
cedens: quod uno Anniversario adimpleri
possint omnia onera Missarum, et Anniver-
sariorum, de quorum Obligatione authenticis
instrumentis non constabat in Conventibus
N^{re} Aragoniae Provinciae.

B^{ne} Pater!

Modernus Provincialis SS^{mae} Trinitatis
Redemptionis Captivorum, Calceatorum Pro-
vincia Aragoniae, devotus Orator, hu-
militer S. V. exponit: quod occasione
Visitationis suae Provinciae audivit: quod
in aliquibus ejusdem Ordinis Conventi-
bus nonnulla onera Anniversariorum,
et Missarum adimplenda erant, sine ta-
men aliquo documento, et annotatione
librorum, ubi omnia illa onera scrip-
ta sint: et varijs diligentijs adhibitis,
nichil invenit; sed tantum resultavit

scrupulum, et aedidit unius vel alterius.
Quare pro parte sua conscientiae, et pro
tranquillitate Religiosorum eorumdem Con-
ventuum: supplicat humiliter S. V. qua-
tenus dignetur benignè concedere: quod
ad evitanda quaecumque dubia, et scru-
pula: onera praefata, cum uno Anniver-
sario, et una Missa cantata in quor-
libet ex dictis Conventibus celebranda,
adimpleri possint. Quod Ad.

Ex Audientia SS^{mi}

Die 5. Julij 1749.

SS^{mi} attentè expositis induluit juxta
preces; quovisque tamen nichil de one-
rum obligatione, ex authenticis instru-
mentis ad certam notitiam pervenerit.

Loco II Sigilli

Joseph Levizzani Secretarius.

Notabilia

Transumptum authenticum impressum hujus Decreti custoditur in Ar-
chivo hujus N^{ri} Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bull

Bulla XII.

ive Decretum S^mi Domini nostri Papa
concedens Altare Privilegiatum in Omnibus
Ecclesijs N^o Ordinis ab Ordinario semel design-
natum pro secularibus, et Regularibus.


Ordinis Sanctissime Trinitatis
Redemptionis Captivorum.

Ad humillimas preces Fr^{at}r Petri Francisci
Vacchini Moderni Fratrum totius Ordinis
S^me Trinitatis Redemptionis Captivorum
nuncupatorum, Vice-Procuratoris Generalis Sac^{ra}
tissimi Dⁿⁱ nostri Benedictus XIV.
audito voto Congregationis Indulgentijs
sacrisque Religijs preposita: volens om-
nes, et singulas Ecclesias conventuales
Fratrum hujusmodi, Ubique terrarum exis-
tentes, tam erectas, quam in posterum
erigendas, in quibus aliud Altare die 29
Julij 1727 a S^me memoria Benedicto
XIII juxta certam formam, jam Privile-
gium perpetuum reperitur, quod per pre-
sentes auctoritate Apostolica revocavit,
et in eis solum Altare a respectivo loca-
rum Ordinario semel designatum, hoc spe-
ciali Privilegio illustrare: ut quoadcumque
sacerdos aliquis, secularis, vel cujusvis Or-
dinis

dinis Regularis Congregationis, et Instituti, Mis-
sam pro anima cujuscunque Christiani de Lira,
que Deo in charitate conjuncta ab hac luce
migraverit, ad Altare prefatum celebrabit:
anima ipsa de Thesuro Ecclesie per modum
suffragij indulgentiam consequatur: ita ut Do-
mini nostri Jesuchristi, ac B^{ea}t^e Virgⁱⁿis Mariae
sanctorumque omnium meritis sibi suffragan-
tibus a Purgatorij paenis liberetur, benigne
concessit, atque indulget. Non obstantibus,
in contrarium facientibus quibuscunque. Prae-
senti in perpetuum Valituro. Voluitque Sa-
crosanctae Romanae Ecclesiae auctoritas sua hanc gratiam suffragari absque
ulla Brevis expeditione.

Dat: Rome die 11. Decembris 1750.

Fr. J. Card^{is} Portocarrero Praefectus.

Loco  Sigilli.

D. M. Erba Protonotarius A-
postolicus Secretarius.

Notabilia

Transumptum impressum, et authenticum hujus decreti extat in Archivo N^o Conventus
S^{cti} Spiritus Majoricensis.

Bulla XIII

ive Decretum Sacrae Congreg^{is} S. R. E. Car-
dinalium Concilij Tridentini Interpretum
concedens R^{mo} P. N^o Generali facultatem
reducendi onera missarum, et suffragiorum.

Em^{mi} et R^{mi} Domini.

Fr^{at}r Guillelmus LaFebvre, D^o Theologus Pa-
risiensis, Major, et Generalis Minister to-
tius Ordinis S^me Trinitatis Redemptionis
Captivorum, humillimus Orator, E^cc^le^si^e UV.
exponit: a quibusdam dicti Ordinis Minis-
tris ad ipsum fieri recursum, pro reducti-
one missarum perpetuarum, quibus conventus
gravati reperiuntur; ita ut omnibus satisfacere
nequeant, vel eleemosinarum nimia te-

nuitate, vel capitalium fortium diminu-
tione, vel heredum inopia; praecipue his-
ce temporibus, ob vectigalia solvenda, bel-
lorumque incommoda tollerata: verum
cum Apostolica decreta de celebratione Mis-
sarum praedictarum reductione a Generalibus
fieri interdicit, absque Apostolica sedis
recursu: Praefatus Orator humiliter E^cc^le^si^e
UV. supplicat, ut dignetur ipsi concede-
re facultatem, qua possit dictam reduc-
tionem facere, super his statuendo pro
ut in Domino ei visum fuerit expedire.

Die 29. Decembris 1750.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E.
Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum
benigne

204
benigne commisit Patri Generali, una cum diffini-
tione supradicti Ordinis, ut veri existentibus
narratis: et vocatis vocandis, ea dumtaxat
ex supradictis oneribus missarum, que tamen
taxative, non autem demonstrative, ad tra-
mitem instructionis transmittende, coe-
pta erunt, iuxta proportionem, cuiuslibet
legati reddituum quantitatem, ad ratio-
nem elemosinae manualis, inspecta ratio-
ne pro eorum arbitrio, et conscientia gra-
tis moderentur, atque reducant. Ita tamen
ut si aliquando augeantur redditus, au-
geatur etiam proportionaliter numerus
ipse missarum; quod in actu presen-
tim visitationis erit inspicendum.
A. Card. Gentili Praefectus.

Loco III. sigilli

J. A. Fulvietus Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum aueratur originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Paulini Pa-
viniensi; ubi illud transcripsi anno 1738.

Bulla XIV.

sive litterae Cardinalis Gentili Praefecti
Congregⁿⁱ S. R. E. Cardinalium concilij Tri-
dentini Interpretum continentes instructio-
nem pro reductione missarum.

Admodum R^e Patet! Quidquid ab hac Sa-
cra Congregatione dispositum, et resolutum
fuerit, circa petitam a Paternitate tua facultatem
reducendi onera missarum, ex adjuncto
Sacrae Congregationis Decreto percipies.
Quomodo autem te gerere debeas in praefati
decreti executione, quoad onera taxative,
vel demonstrative concepta, scias:
Quod mature pensatis, et perlectis dis-
positionibus, et foundationibus quibuscumque,
quibus praefata missarum onera annexa
reperiuntur (exceptis instrumentis, et contractibus,
super quibus manum ponere non debes, nisi in casu
judicialis instantiae, pro illorum recisione
titulo Larionis). Illa legata, seu fundationes
erunt taxative concepta, si Fundatores legando,
aut aliquo modo disponendo, orationem, seu
dispositionem inceptam ab assignatione fundi,
et sub inde missarum onus adjecerint, et hoc casu,
missarum huiusmodi onus moderari possis,
ad rationem elemosinae manualis, servata forma
enuntiationis decreti; secus vero, si Fundatores
orationem, seu dispositionem inceptam ab
impositione oneris, et sub inde fundum assign-

averint. Tunc enim onus dicitur
demonstrative conceptum; ac Fundatorum
Haeredes per te cogendi sunt ad perpetua
dicti oneris maintenancem, et ad sup-
plendam summam deficientem, tam pro
praeterito, quam pro futuro tempore.

In casu vero, quod factis iudicialibus,
et peritibus diligentibus, etiam per
edictum sub poena censurarum, vel haeredes
cogendi, vel fundatorum bona, non reperiuntur,
vel fundationes haberi nequeant:
Tunc onera ipsa, ad eandem rationem
elemosinae manualis reducere possis.

Ut autem in futurum cautius procedatur,
tum in adimplendis jam acceptis, tum
in acceptandis in posterum oneribus
missarum, Eminentissimi Presbyteri,
tibi infungendum esse, duxerunt, ut
constitutiones S^{tae} memoriae Urbani VIII
et Innocentij XII. de celebratione missarum
strictè observari mandes.

Roma 19. Decembris 1730.

Tui Studiosissimus

A. Card. Gentili Praefectus.

P. Gen^{ti} Ord^{is} SS. Trin^{is}

J. A. Fulvietus Secretarius.

Not.

Notabilia

Littere istae Apostolicae extant Originales in Archivo N^o Conventus S^{ti} Mathurini
Parisienensis: Ubi illas transcripsi anno 1758.

Bulla XV.

Statuit: ut Capitulum Generale nostrorum
Reformatorum Galliae in posterum celebra-
tur de sexennio in sexenniū.

Benedictus Papa XIV.

Ad futuram rei memoriam

1. S. Credita Nobis divinitus di-
vinationis ratio exigit: ut Paternam Re-
ligiosorum virorum Altissimi Obsequij sub
laudabili Regularis disciplina observata
manipatorum, uberique honorum operum
fructus aspirante superni favoris auxilio
profere juxta satagentium, curam ge-
rentes, feliciores eorum in via Domini
progressus, quantum Nobis ex Alto co-
ceditur, provide studeamus.

2. Exponi siquidem Nobis nuper
fecerunt Vocales, dilecti Filij Congregatio-
nis Reformatae Ordinis Fratrum SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum in
Gallia: quod per quasdam foelicis re-
cordationis Pauli Papae V. Praedecessoris nos-
tri litteras, in simili forma Brevis die
25. Februarij 1619. expeditas, inter ca-
etera praescriptum, statutumque reperitur:
ut Capitulum Generale memorata Congre-
gationis, atque Diffinitores Generales, ali-
que officiales, in illo electi, in suis respec-
tive demandatis muneribus per trienni-
um dumtaxat perdurent: et alias: pro-
ut in dictis litteris, quarum tenorem
praesentibus pro expresso haberi volumus,
uberius dicitur contineri.

3. Cum autem, sicut eade ex-
positio subjungebat; dicti Exponentes,
qui, ut avertunt, praescriptum, seu statu-
tum hujusmodi hucusque observatum fuit;
occasione celebrationis ultimi dictae Congre-
gationis Capituli Generalis, anno 1749.
factae in Conventu Cervifrigidi Meldensis
Diocesis die 12. Mensis Maij ejusdem anni,
in unum Congregati, considerantes ingetes
expensas pro accensu ad Domum Capitula-
rem, et regressu ad proprias cujuscumque

205
Domo Regulares: hac de causa, longa itine-
ra ad praemissum effectum peragenda, ali-
aque incommoda, pro indemnitate ejusdem
Congregationis decreverint: reservato nos-
et hujus Apostolicae Sedis beneplacito: ut Capi-
tulum Generale hujusmodi de triennio
in trienniū, sicut praedicitur celebratum,
in posterum de sexennio in sexenniū
celebraretur; et Vicarius Generalis, ejus-
que Diffinitores, et assistentes, in nupero
Generali Capitulo canonicè electi, in su-
is respective muneribus, seu Officijs:
ac itidem pro tempore eligendi deinceps,
ad sexenniū durarent: Nobis
propterea humiliter supplicari fecerunt,
ut nobis in praemissis opportune provide-
re, et ut infra indulgere, de benignita-
te Apostolica dignaremur.

4. Nos igitur ipsos exponentes spe-
cialibus favoribus, et gratijs prosequi vo-
lentes, et eorum singulares personas a
quibusvis excommunicationis et) us-
que ad. et absolutas fore censentes: hu-
jusmodi supplicationibus inclinati: ut
de caetero Capitulum Generale Congrega-
tionis Reformatae Ordinis Fratrum SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorum in Gal-
lia quolibet sexennio, Non obstantibus
memoratis Pauli V. Praedecessoris nostri
litteris, quas quoad praemissa per praes-
entes revocamus, firmis tamen, et in
omnibus et per omnia, remanentibus, cae-
teris alijs Ordinationibus, et praescrip-
tionibus, in eis contentis; a supradicto
Capitulo Generali, ut praefertur, anno
supradicto habito computandum; ab
que ita perpetuis futuris temporibus,
de sexennio in sexenniū continuando
celebretur: ac Vicarius Generalis, ejus-
que Diffinitores, seu Officiales in Capi-
tulis Generalibus dictae Congregatio-
nis in posterum, sic de sexennio in sexen-
niū habendis, in Officijs, eis canonicè
demandatis

206
 27 demandatis per sexennium perdurent. 27 missis per quoscunque Iudices ad. Ac irritum
 27 Auctoritate Apostolica tenore presentis 27 et inane etc.)
 27 um statuimus, et Ordinamus.
 27 S. 5. Ac dilectos Filios: Vicarium Gene
 27 ralem, ejusque Diffinitores, seu Assistentes
 27 in Capitulo Generali ultimo loco, ut preser
 27 tux celebrato, canonice electos, in suis respec
 27 tive muneribus, seu officiis sibi demandatis
 27 ad sexennium, a celebratione dicti Capi
 27 tuli Generalis computandum Auctoritate,
 27 et tenore presentium confirmamus; illo
 27 rumque electiones, et deputationes appro
 27 bamus: omnesque, et singulos juris, et fac
 27 ti, etiam substantialiter defectus, si qui in
 27 praemissis ea de causa, et non recuatis
 27 dicti Pauli V. Praedecessoris litteris, inter
 27 venerint, supplemus, et sanamus.

27 S. 6. Decernentes eandem praesertes
 27 litteras semper firmas etc. sique in pra
 27 missis

Notabilia

Hoc Breve custoditur Originale in Archivo nostri Conventus Rothomagensis, et
 Transcriptum authenticum ejusdem in Archivo nostri Conventus Tharazonensis,
 cujus exemplar accepi per Tabellarium publicum a R. P. Fr. Ludovico Sicolle Co
 ventus Tharazonensis Alumno anno 1759.

Bulla XVI.

sive Decretum SS^{mi} Dⁿⁱ n^{ri} Papae con
 cedens Cappellano Directori Confraterni
 tatis N^{ri} Ordinis, erectae extra Ecclesias
 Nostras, facultatem impertiendi Resolu
 tionem generalem in quinque diebus co
 suetis.

27 B^{ne} Pater!

27 Fr. Petrus Franciscus Vacchini Sacrae The
 27 ologiae Magister, et in Curia Romana
 27 Vice-Procurator Generalis totius Ordinis
 27 SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Capti
 27 vorum, humillimus Orator praevis sa
 27 crosum pedum oculo, Sanctitati Vestrae
 27 exponit: quod usque hodie, tam dicti
 27 Ordinis Pater Generalis, quam Procurator
 27 Generalis, tam Praedecessores, quam Mo
 27 derni, et etiam in praesentiarum Procura
 27 tor, in expediendis erectionibus Confrat
 27 ernitatum, secundum facultatem a Se
 27 de Apostolica concessam praefato Ordini,
 27 semper deputaverunt Directorem, seu Cap
 27 pellanum eorumdem Confraternitatum pro
 27 tempore, pro facienda functione, vocata
 27 Communicatio Indulgentiarum in quinque
 27 diebus anni, ad tenorem formulae praes
 27 criptae a Sanctae memoriae Clemete X,
 27 juxta ejus Breve Apostolicum die 11. Febru
 27 arij 1673. emanatum. Verum ^{quia} occasio
 27 ne, qua sacrae congregationis mandato refor
 27 mata fuit dicta formula faciendi dictas
 27 erectiones, seu aggregationes reperit fuit,
 27 quod praedicta facultas faciendi dictas
 27 functiones ad Ecclesias Ordinis solum
 27 pertinet: ideo, ut impediatur quaelibet
 27 deordinatio, et praesudicium, quod dicto
 27 Ordini evenire posset, cessatione dicta
 27 rum Functionum in Ecclesiis extra praedict
 27 um Ordinem, ubi sunt dictae Confrater
 27 nitates erectae; eo magis: quo a quo
 27 dam Episcopo oppositum fuit; nisi constet
 27 de

de specifica facultate: humiliter supplicat
Orator S. V. ut benigne concedere dignetur
extensionem dicte Functionis faciende in
quacumque Ecclesia, ubi sit erecta dicta
Confraternitas, una cum facultate de-
putandi Directorem, seu Cappellanum
pro tempore, ubi jam expressum est in
dicta formula. Quod ad.

Die 10. Maij 1752.
Ex Audientia S. S. mi

S. S. mus Dñs noster Benedictus Papa XIV.
attentis expositis, petite extensioni benignè
annuens: indulgit: ut Patres, tum Ze-
neralis, quam Procurator Generalis predic-
ti Ordinis, moderni, et pro tempore exis-
tentes, ad faciendam in annuntiatis quin-
que diebus functionem, quam Communica-
tionem Indulgentiarum vocant in Eccle-
sijs extra dictum Ordinem, ubique exis-
tentibus, in quibus Confraternitas S. S. me
Trinitatis Redemptionis Captivorum canonicè
reperitur erecta, Rectorem, seu Cappella-
num cujuscumque ejusmodi Confraternitatis

pro tempore electum, deputare valeant: du-
modo tamen servetur formula in Bre-
vi Sancte memorie Clementis X. die
11. Februarij 1673. incipientis: Ex injuncti
Nobis coeclis prescripta; et methodus in
litteris erectionis, seu aggregationis e-
jusmodi Confraternitatum à Sacra Co-
gregatione Indulgentiarum, et Sacris Reli-
quijs preposita, sub die 12. Januarij
recognita, et approbata. Non obstantibus
in contrarium facientibus quibuscumque.
Fr. J. Card. Portocarrero Prefectus.

Loco III sigilli

A. M. Erba Protonotarius
Apostolicus Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum originale reperitur in Archivio N. Conventus S. Mathurini Pa-
risiensis: ubi illud transcripsi anno 1758.

Bulla XVII.

Confirmat Confraternitatem Innocenti Trini-
tarij, S. Joannis Christophori de la Guardia nuncupati, in Ecclesia N. Conventus
del Remedio ex muro Valentia erectam
vel erigendam, eique Indulgentias concedit.

Benedictus Episcopus servus servorum
Dei.
Universis Christianis presentibus litte-
ras inspecturis: Salutem, et Apostolicam
benedictionem.

S. 1. Considerantes nostra Mortali-
tatis fragilitatem, et humani generis co-
ditionem, districtique severitatem Judicij,
percipimus: Fideles omnes et singulos judi-
cium ipsum bonis operibus, et pijs precibus
prevenire: ut per illa eorum peccata dele-
antur, ipsique aeternae felicitatis gaudia
facilius consequi mereantur.

S. 2. Cum itaque, sicut accepimus in
Ecclesia Conventus nostra Domine de los
Remedios nuncupata Ordinis Fratrum S. S.
Trinitatis Redemptionis Captivorum Calcea-
torum nuncupatorum extra muros Civitatis
Valentiae Diocesis Valentinae, vna pia, et
devota utriusque sexus Christianorum
Confraternitas sub invocatione S. Joan-
nis Christophori de la Guardia nuncupa-
ti ad Dei Omnipotentis laudem, et ho-
norem, animarumque salutem, proxi-
mique subventionem, non tantum pro
hominibus unius Artis, canonicè erecta,
seu per Ordinarium loci canonicè exi-
genda existat, cujus Confraternitatis
dilecti filij Confratres quamplurima pie-
tatis, charitatis, et misericordiae opera
exercere consueverunt, vel intendunt: ut
igitur dicte Confraternitas majora in dies
incipiat

208
" accipiat incrementa, ac ipsi, et pro tempore
" existentes dictae Confraternitatis Confratres
" in huiusmodi priorum operum exercitio co-
" foveantur, et magis ad ea in posterum ex-
" ercenda; nec non alij Confratres ad dictam
" confraternitatem de cetero ingrediendo
" per amplius invitentur; dictaque Eccles-
" ia in debita veneratione habeatur, et ab
" ipsis Christianis fidelibus congruis frequentibus
" honoribus, illique eo libentius ad dictam
" Ecclesiam devotionis causa confluat, quo
" ex hoc, dono caelestis gratiae uberius compe-
" xerint se refectos.

" S. 3. De Omnipotentis Dei Miseric-
" cordia, ac Beatorum, Petri, et Pauli, Apos-
" tolorum ejus auctoritate Confirmitur: Omnibus,
" et singulis utriusque sexus Christianis fide-
" libus, vere poenitentibus, et Confessis, qui
" dictam Confraternitatem de cetero ingre-
" dientur, die prima eorum ingressus, si SS^m
" Eucharistiae Sacramentum sumpserint: eor-
" demque Confratribus, nunc, et pro tempore
" existentibus, etiam vere poenitentibus, et
" confessis, ac Sacra Communionem, si id co-
" mode fieri potuerit, refectis; vel saltem
" Conditis, in eorum morbis articulo, primum
" Nomen Jesu Corde, si ore nequiverint, deu-
" vote invocandis, aut aliquo poenitentiae
" signum dederint: Ac dictis Confratribus, et
" am vere poenitentibus, et confessis, ac dicta
" sacra Communionem etiam refectis, qui Eccles-
" iam predictam in die festo principali eju-
" dem confraternitatis, per ipsos Confrat-
" res eligendo, et per Ordinarium loci ap-
" probando, qui semel electus, et approbatus
" amplius variari non possit, citra tamen
" festum Paschae Resurrectionis Domini
" cae, a 1^a Vesperis usque ad occasum Solis
" diei festi huiusmodi, singulis annis devo-
" te visitaverint; et inibi pro S^{ta} Mariae
" Ecclesiae exaltatione, haereticum extirpandi

one, et infidelium conversione, ac inter Chris-
" tianos Principes Concordia, pace, et unione, ac
" Romani Pontificis pro tempore existentis sa-
" lute, piam ad Deum precem effuderint, quo
" die festo proprio id pro tempore egerint: In-
" dulgentiam plenariam, omniumque et singu-
" locum suorum peccatorum, veniam, et remissi-
" onem Apostolica Auctoritate tenore prae-
" sentium concedimus, et elargimur.

" S. 4. Praeterea eidem Confratribus, si-
" militer vere poenitentibus, et confessis, ac Sa-
" cra Communionem refectis, qui Ecclesiam prae-
" dictam in 4^{ta} alij festis, seu feriatis die-
" bus, per dictos Confratres etiam eligendis,
" et per Ordinarium loci similiter approbatis
" qui semel electi, et approbati, pariter am-
" plius variari non possunt, citra tamen fe-
" stum Paschae Resurrectionis, a 1^a Vesperis
" usque ad occasum Solis singulorum 4^{ta} posteri-
" orum festorum, seu feriatum dierum huiusmo-
" di, annis singulis etiam devote, ut supra vi-
" sitaverint, ac ut praefertur oraverint, quo
" die 4^{ta} posteriorum festorum, vel feriatum die-
" rum huiusmodi, et pro tempore fecerint
" septem annos, et totidem quadragenas etc.

" S. 5. Postremo eidem Confratribus
" quoties missis, aut alij divinis Officiis
" in eadem Ecclesia more Confraternitatis cele-
" brandis etc. ut in similibus Brevibus pro
" quolibet pietatis, vel Charitatis, aut mise-
" ricordiae opere sexaginta dies etc. Praeferri-
" bus perpetuis futuris temporibus Valiteris.

" S. 6. Volumus autem: quod si dicta co-
" fraternitas alicui Archiconfraternitati etc.
" Quod si Confratribus predictis alias aliqua
" indulgentia etc.

" Dat: Roma apud Sanctam
" Mariam Majorem anno Incarnatio-
" nis Dominicae 1752. Idibus sep-
" tembris Pontificatus nostri
" anno tertio decimo.

Notabilia

Hae Bulla auervatur Originatis in Archivo, sive in Aula Capitulari ejusdem Co-
" fraternitatis, sita in Conventu N^o de Remedio extra muros Valentiae. Dies festivi-
" tatis principalis a Confratribus electa, et ab Ordinario approbata est Dominica 2^a Julij:
" 4^{ta} vero dies pro indulgentia septem annorum, et totidem quadragenarum, sunt: Domini-
" cae 2^a Maij, Augusti, et Novembris, ac festum Circumcisionis Domini: Hac Bulla cum
" alijs ab Alexandro VI. et diversis summi Pontificibus, parum deservit ad impetranda declaratione
" cultus huiusmodi Trinitarij.

Bulla XVIII.

ive Decretum SS^{mi} Dⁿⁱ Benedicti XIV.
quod concevit facultatem impertiendi Absolu-
tionem Generalem in Festivitatibus SS.
S^{ti} N^{ostri} Joannis de Mata die 8. Fe-
bruarii, et S^{ti} Felicis de Valois die 20. Novembris.

Primo Pater.

Magister Fr^{anciscus} Petrus Franciscus Vaccinari,
Minister, et totius Ordinis SS^{mae} Trinitatis
Redemptionis Captivorum in Romana
Curia Vice-Procurator Generalis, Orator
humillimus, praevis sacrorum V. S. pedu
oculo, suppliciter exponit: In praefato Or-
dine antiquissimum morem vigere, dispe-
sandi Christianis, praesertim Confrat-
ribus utriusque sexus, post sacramenta-
lem confessionem, sacramque communio-
nem, quamdam benedictionem, quae vul-
go Absolutio Generalis appellatur: eique
communicatio indulgentiarum, peccatorumque
remissionum, praedicto Ordini a Sancta Sede
cum specifica facultate eam confratribus co-
municandi concessarum, una cum communi-
catione omnium bonorum operum, quae in
eodem Ordine fiunt, ut in formula ab
eadem S^{ta} Sede praescripta continetur.
Que sacra communicatio, ex indulto me-
morie recolendae Summorum Pontificum
Clementis VIII, Pauli V. Clementis X.
aliorum procedens, fit quinquies in anno:
videlicet: in diebus: SS^{mae} Trinitatis; S^{tae}
Agnetae 22, 28. Januarii; S^{tae} Catharinae
2, et 3. Novembris; Feria IV. Cinerum;
et Feria V. in Coena Domini.

Verum cum Festivitates Sancto-
rum dicti Ordinis Fundatorum: Joannis
de Mata, et Felicis de Valois, quarum
prima die octava Februarii, secunda
die vigesima Novembris celebrantur,
hujusmodi careant privilegio; cupe-
ret Orator: extensionem praedictae Ab-
solutiois Generalis, etiam ad dies fe-
stivos dictorum Sanctorum Fundatorum,
ut habent aliae Mendicantium Religi-
ones, concederetur. Quapropter Ora-
tor humillime supplicat Sanctitati
vestrae: ut dignetur concedere facultatem

209
tatem dispensandi in praefatis diebus, Oc-
tava Februarii, et vigesima Novembris
Generalem Absolutionem, eisdem, modo
et forma, quibus alijs quinque diebus
ex Apostolico indulto solet impertiri.
Quod summa gratia habeatur etc.

Die 16. Decembris 1752.

Ex Audientia S^{ae} M^{ae}.

Sanctissimus Dominus noster Benedic-
tus Papa XIV petitam Communicatio-
nem, ac facultatem, quibus praefatum
Ordinem in quinque enuntiatas Festi-
vitatibus ex Apostolica concessione gau-
dere, avertitur: dummodo idem mo-
dus, et forma servetur, et singula in
ejusmodi concessionibus injuncta per-
gantur; etiam in Festivitatibus Sanc-
torum, Joannis de Mata, et Felicis
de Valois, dicti Ordinis Fundatorum,
quarum prima, die octava Februarii
altera vero die vigesima Novem-
bris quotannis celebrantur, in perpe-
tuum benigne extendit, atque con-
cessit. Non obstantibus in contra-
rium quibuscumque.

F. J. Cardinalis Portocarrero
Praefectus.

Loco III. Sigilli.

A. M. Erba Protonotarius
Apostolicus Secretarius.

Notabilia

Transumptum hujus Apostolici Decreti, impressum in Typographia R. C. A. et servatur in Archivo hujus N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla XIX.

S^{smo} D^{no} Benedicto XIV. sive Decretum Sacrae Sedis Congregationis XIV. transferens Officiū, et Missam Translationis Sacri Corporis S^{ti} P^{ri} Joannis de Mata a Dominica 5^a post Pascha ad Dominicam infra Octavam Assensionis pro N^o Conventu Thaxazonensi.

Avenionensis.

Cum ex parte Magistri Fr^{atris} Petri Francisci Vocchini, Ministri, et in Curia Romana totius Ordinis S^{smo} Trinitatis Redemptionis Captivorum, Vice-Procuratoris Generalis humillimam precem S^{smo} D^{no} nostro Benedicto XIV. nomine Religiosorum Conventus Civitatis Thaxazonensis Avenionensis Diocesis, potest recta fuerint: quatenus Officiū, et Missam Translationis S^{ti} Joannis de Mata ipsiusmet Ordinis Fundatoris, quae ab omnibus Religiosis, tam calceatis, quam Excalceatis, Dominica 5^a post Pascha, sub ritu Duplicis

majoris recitantur; in posterum in praefato Conventu Thaxazonensi ejusdem Ordinis, in Dominica infra Octavam Assensionis Domini sub eodem ritu recitari, et respective celebrari valeant: Sanctitas sua ad relationem mei Secretarii, in casu de quo agitur, petitam gratiam benigne concessit.

Die 30 Martij 1753.

B. F. Cardinalis Tamburinus Praefectus.

Loco III Sigilli.

M. Mascius Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum extat Originale in Archivo N^o Conventus Thaxazonensis, cuius Titulum supra accepit per Tabellarium publicum a R. de P. Fr^{atre} Ludovico Sicelle Conventu Thaxazonensis Alumno anno 1759. Petita fuit haec Translatio officij, quia Dominica 5^a in dicta Civitate celebratur ab antiquo Festo B^{ea}e Mariae Virginis de Castello cum summa Populorum frequentia, tam incolarum, quam exterorum.

Bulla XX.

Concedit Gradum Praesentati P. Lectori Jubilato Fratri Josepho Prati Majoricensi.

tatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendari testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamus ad gratiam liberales.

S. R. Cum igitur, sicut nuper exponi fecisti: Tu, qui, (ut aueris) Frater ex parte Professorus Provinciae Aragoniae Ordinis S^{smo} Trinitatis Redemptionis Captivorum existis, postquam viginti septem ab hinc annis Habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum suscepisti, et Professionem per fratres praefatos emittisti,

Dilecto Filio Josepho Prati Fratri ex parte professo Ordinis S^{smo} Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Benedictus Papa XIV.

Dilecte Fili! salutem, et Apostolicam benedictionem.

S. 2. Religionis zelus, vita, et morum honestas, aliaque laudabilia probitas,

21.
 consuetam expresse emiserat, regulares studiorum cursus, expleveris, et primum examinatus, et approbatus fueris, a tunc ex-
 itente Episcopo Majoricensi, tum ad sacramentalia Christianifidelium confessiones audiendas, tum etiam ad Verbum Dei predicandum, quae munera summa cum nominis tui laude, exercere per-
 gis, in lectorem sacrae Theologiae institutus per quatuordecim annorum spatium lecturam praefatam expleveris, publicam quo Theses sustinueris, et subinde promotionem promeritam obtinueris, et ~~ad~~
 ad assequendas moderationes Cathedra- rum publicae Auditorii Generalium Uni-
 versitatis, et Academiae litterariae Regni Majoricensis bis habueris: cupiasque propterea in praemium Religionum laborum tuorum Praesentium Gradu a Nobis decorari.

S. 3. Nos igitur Te, praemiorum laborum tuorum intuitu, specialibus favoribus, et gratijs protequi volentes, et Te a quibuscumque excommunicationis ~~ad~~ usque ad: et absolutum fore cientes: supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Te memorata

tuae Provincia Praesentium supernumerarium de Iustitia, cum omnibus et singulis prerogativis, prebeminentijs, privilegijs, gratijs, et indulgijs, exemptionibus, voto et loco, quibus abij Praesentium numerarij de Iustitia Provincia praefata, tam de jure, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudet, ac uti fuit, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, Auctoritate Apostolica tenore praesentium, creamus, facimus, et declaramus, ac aliorum ejusdem Provinciae Praesentium numero, et consortio favorabiliter aggregamus.

S. 4. Mandantes propterea in virtute istius Obedientiae omnibus, et singulis Provinciae praefatae Superioribus, Praetatis, Fratribus, et personis, ceterisque ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut te praesentis gratiae commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant, nec te desuper a quoquam quomodolibet inde debite molestari, perturbari, vel inquietari permittant.

Dat. Romae apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Junij 1753. Pontificatus nostri anno decimotertio.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in hoc Conventu S^{ti} Spiritus Majoricensi. Et Nota: quod non Gradus de gratia; sed ex iustitia intuitu meritorum a Nostris Apostolicis Constitutionibus praescriptorum, quibus partem ipse Pater assecutus est Gradus Praesentium Numerarium, et nunc fuit, et gaudet Magistri numerarij Gradus a tunc hunc Conventum per triennium vigilantissime administravit.

Bulla XXI.

Concedit indulgentiam Plenariam ad septennium visitantibus Ecclesiam nostram Matritensem Dominica infra Octavam Nativitatis B^{ae} Mariae Virginis immaculatae a 1^{ta} Vesperis dictae Dominicae

Benedictus Papa XIV
 Universis Christianifidelibus praesentes litteras inspecturis: salutem, et Apst benedictionem.

S. 1. Ad augendam Fidelium Religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae Theauris,

pia charitate interti ~~ad~~ ut in similibus Praevibus

S. 2. Praesentibus ad septennium tantum Valituris.

S. 3. Volumus autem: ut si pro impetratione ~~ad~~

Dat. in Arce Pandulphi Albanensi Diocesis sub Annulo Piscatoris die vigesima tertia Junij 1753. Pontificatus nostri anno decimotertio.

Not.

Notabilia

Hoc Breve invenitur Originale in Archivo N^o Conventus Matritensis, cujus transcriptum accepi a R. P. F. Antonio Guzman anno 1756. Impetratum fuit ad fovendam devotionem dulcissimi Nominis B^{te} Mariae Virg^{is} Immaculatae.

Bulla XXII.

Concedit indulgentiam plenariam ad septennium
Visitantibus aliquam ex Eccle-
nisi N^o Ordinis Dominica infra Octavam
Nativitatis B^{te} Mariae Virg^{is} a 1^{ae} Vesp.

Benedictus Papa XIV.

- 99 Universis Christi Fidelibus presentes lita-
- 99 teras inspecturis: salutem et Apostolicam
- 99 benedictionem.
- 99 S. 1. Ad augendum Fidelium Religi-
- 99 onem, et animarum salutem coelestibus
- 99 Ecclesiae Theauris pia Charitate intentis

99 Omnibus ad) qui aliquam ex Ecclesie Or-

99 dinis SS^{me} Trinitatis ad) ut in ante-

99 cedenti, et similibus.

99 S. 2. Presentibus ad septennium ta-

99 tum validuris.

99 S. 3. Volumus acite: uti pro impe-

99 ratione ad)

99 Dat: Roma apud S. Mariae Majorae

99 sub annula Piscatoris die decimasep-

99 tima septembris 1753. Pontificatus

99 nostri anno decimoquarto.

Notabilia

Reperitur Originale Hoc Breve in Archivo Conventus Matritensis nostrorum calcatorum; et Transcriptum Authenticum ejus in Archivo hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla XXIII.

Decretum Sac: Rit: Congregationis conce-
dent officium, et Missam sanctorum quorum
Reliquiae in Ecclesie nostrae aservantur
et venerantur.

Die 26. Octobris.

- 99 Officium proprium sanctorum quorum
- 99 Reliquiae in Ecclesie Ordinis SS^{me} Tri-
- 99 nitatis Redemptionis Captivorum aservan-
- 99 tur, et venerantur.

99 Omnia de Communi plurimorum Marty-

99 rum, praeter Orationem, et lectiones

99 quae sequuntur.

Oratio

99 Auge in nobis Domine Resurrectio-

99 nis Fidem, qua in sanctorum tuorum

99 Reliquijs mirabilia operaris: et fac nos

99 immortalis gloriae participes, cujus in

99 eorum cineribus pignora veneramus. Per

99 D^{nm} ad)

In primo Nocturno.

99 Lectiones de Scrip: Occurrunt

In secundo Nocturno.

99 Lec: IV.

99 Ex Tractatu S^{ti} Joannis Damasceni de

99 fide Orthodoxa.

99 lib: 4 cap: 26.

99 Christus Dominus sanctorum Reliquias,

99 velut saluberrimas Fontes praebuit, ex quibus

99 sua plurima ad nos beneficia manant,

99 suavissimumque unguentum profluit, nec

99 vero quisquam huic sermoni fidem detra-

99 hat. Nam si aqua in deserto ex aspera et so-

99 lida rupe, atque ex arina Maxilla ad cedan-

99 dam Sampsonis nitim, Deo ita volente, prodit;

99 et; erit ne, cui cuiquam incredibile vi-

99 deatur ex Martyrum Reliquijs suave

99 unguentum scaturire? Minime certe; his

99 quidem, quibus Dei potentia, honorque,

99 quo sanctos suos afficit, perspectus, et ex-

99 ploratus est: atque illud quidem veteri

99 legi comparatum erat: ut quis quis motu

99 suum contigisset, immundus censeretur.

Verum

Verum hi in mortuorum numero minime habendi sunt. Tu autem d[omi]n[us].

Sec: V.

Ex quo enim ipsamet, ac vite ductor inter mortuos ascriptus est, qui spe resurrectionis, fideque erga eum diem extremum clauerunt, mortuos haud quaquam appellamus. Quod enim mortuum corpus miracula edere queat? Per eos demones expelluntur, morbi profligantur, aegrotantur, cæci prospiciunt, leprosi mundantur: tentationes, ac marores discutiuntur, ac denique omne donum optimum à Patre summum, eorum opera, ad eos, qui fide minime dubia postulant, descendit. Quid non laboris suscipias, ut Patronum quemdam nanciscaris, qui te mortali Regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? Non non hi honorandi sunt, qui totius humani Generis Patronos se profitentur, ac Deo nostra causa supplicat? Tu autem d[omi]n[us].

Sec: VI.

Honorandi certe: et quidem: itant in eorum nomine Deo Tempora extruamus, dona offeramus, eorum memoriam colamus, atque in ea spiritualiter oblectemur: quo nimirum letitia nostra, his, à quibus invitamur, congruat, ac nondum eos colere, et demereri studemus, offendamus potius, et irritemur. Quibus enim rebus Deus colitur, iidem quoque servi oblectantur. Quocirca in Psalmis, et Hymnis, et Canticis spiritualibus, et compugnatione, et eorum, qui in egestate versantur, commiseratione; quibus obsequijs Deus potissimum conciliatur, sanctos colamus, statuas ipsos, ac visibiles Imagines, erigamus; imò ipsi, eorum vicinibus imitantes, hoc consequamur, ut viva eorum statua, atque Imagines simus. Tu autem d[omi]n[us].

In tertio Nocturno

lectiones de Homilia super Evangelium
Descendens Jesus de monte. 2.º loco de Columnis plurimorum Martyrum. Tona Lec:
SS. Martyrum Christiani, et Daria, et in laudibus eorumdem commemoratio

In MISSA

Innoctus.

Multa tribulationes Justorum, et de omnibus his

213
hi liberavit eos Dominus; Dominus custodit omnia ora eorum, unum ex ipsis non conturbetur. Psalm: Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. H. Gloria Patri d[omi]n[us].

Oratio

ut supra: commemoratio SS. Christiani, et Daria.

Epistola

Lectio tibi Sapientia Eccl[esi]e 44.

Hi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanet bona, hereditas sancta Nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum; et filij eorum propter illos in aeternum manent, semen eorum, et gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generatione, et generationem. Sapientiam ipsorum narrent Populi, et laudem eorum nuntiabit Ecclesia.

Graduale.

Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis.

Ps. Cantate Domino Canticum novum, laus eius in Ecclesia sanctorum.

Alleluia Alleluia

Iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei, et delectentur in letitia. Alleluia.

III Sequentia S. Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Descendens Jesus de monte stetit in loco Campedii, et turba

discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Judea, et Hierusalem, et

maxima, et Tyri, et Sydonis, que venerant, ut audirent eum, et sanarentur

ab infirmitatibus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur.

et omnis turba quærebat eum tangere

quia virtus de illo exibat, et curabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, quia

vestrum est Regnum Dei. Beati, qui nun esuritis, quia saturabimini. Beati,

qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati esuritis, cum vos oderint homines, et cum

sepa-

reparaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint
nomen vestrum, tamquam malum propter
filium hominis: Gaudete in illa die quoniam
merces vestra multa est in caelo. Dicitur
Credo.

Offertorium

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Is-
rael, ipse dabit virtutem, et fortitudinem
Plebi suae: benedictus Deus. Alleluia.

Secreta.

Imploramus Domine clementiam tuam,
ut sanctorum duorum, quorum Reliquias
veneramus, suffragandibus meritis,
Hortia, quam offerimus, nostrorum sit
expiatio delictorum. Per Dñm dñ.

Communio.

Gaudete Iusti in Domino, Rectos
deus collaudatio.

Post-Comunio.

Multiplica super nos quae sumus Domine
per haec sancta, quae sumimus Misericordiam
tuam, ut sicut in duorum soler-
nitate sanctorum, quorum Reliquias co-
limus

Notabilia

Hoc decretum servatur originale in Archivo Conventus S^{te} Francisci Ro-
mana de Urbe.

Bulla XXIV

Concedit indulgentiam plenariam visitationibus
Ecclesiam N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoris
in die Dominica Pentecostes, et 100 dies
indulgentiae, singulis diebus ex duodecim
immediate antecedentibus dicta Dominica
Pentecostes.

Benedictus Papa XIV.

Universis Christianis presentes litteras
inspecturis: salutem et Ap^{ca} benedictionem.

S. 1. Ad augendum fidelium Religio-
nem, et animarum salutem ad ut in simi-
libus Previtibus Qui Ecclesiam Fratrum Ord-
nis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Capti-
vorum nuncupatorum oppidi, Civitatis eadem
nuncupatae de Palma Majoricensis Diocesis
dummodo praeter indulgentias Ecclesiae
dicti

simus, pia devotione testamur; ita eorum per-
petua societate, se largiente, fruamur. Per
Dñm dñ.

Ordinis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Cum P. Magister Petrus Franciscus Vacchini,
Vice-Procurator Generalis Ord^{is} SS^{mae} Trini-
tatis Redemptionis Captivorum, humillime Sac-
rorum Ratum Congregationi supplicaverit,
quatenus, ad majorem sanctorum venera-
tionem, quorum Reliquiae in Ecclesia sui Or-
dinis asservantur, officio proprio, cum
Missa earumdem, pro Ordine minorum S^{ti}
Francisci Conventualium approbata, ad praef-
atum Ordinem extendere dignaretur:

Sacra eadem Congreg^o ad relationem
Emⁿⁱ et Rⁿⁱ Dñi Cardinali Porto Carrero
Pontificis: petita officio sacrum Reliquiarum,
contra tamen ipsarum approbationem, sub ritu
Duplici majoris singulis annis die 25. Oc-
tobris, in memorato dicto Ordine: versatis tam-
men Breviarij, et Missae Romani Rubricis,
in posterum recitari, et Missa celebrari coecit.
Die 22. Maij 1754.

D. F. Card^{is} Tamburini Praefectus.

Loco H^{is} sigilli:
M. Mareficus S. R. C. Secretarius.

dicti Ordinis generaliter concessas, nulla
illi Ecclesiae specialiter concessa reperian-
tur, Dominica Pentecostes a 2^{ae} Vesperis
vique ad occasum solis diei huiusmodi
singulis annis devote visitaverint, et ibi
pro Christianorum Principum concordia, ha-
erum extirpatione, ac S^{tae} Mariae Ecclesiae
exaltatione, pias ad Deum preces effuder-
int plenariam omnium peccatorum suorum
indulgentiam, et remissionem misericordi-
ter in Dño concedimus.

S. 2. Ii vero, qui expositioni SS^{mi}
Eucharistiae Sacramenti de licentia Ord-
narij in dicta Ecclesia singulis duodecim
diebus immediate antecedentibus praefata
Dominica Pentecostes, facienda, per aliquod
temporis spacium devote interfuerint, et
ut

ut supra oraverint centum dies de injuc: petitione, presentatione, admisione, seu par
tis eis, seu alias quomodolibet debiti poeni- ficatione ad).
tentis, in forma Ecclesie consueta relaxa-

S. 3. Presentibus ad septennium tantum, Dat. Roma apud S. Mariam Ma-
jorem sub annulo Piscatoris die deci-
maginta Decembris 1755. Pontificatus
nostri anno decimo sexto.

S. 4. Volumus autem: ut si pro im-
pena
Notabilia
Hoc Breve aservatur Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majori-
centis; et impetratum fuit ad fovendam devotionem Fidelium, qua frequentius co-
venirent ad celebrationem solemnissimam duodenarii, in quo, singulis diebus predicatur
de uno ex duodecim fructibus spiritus S^{ti}, ad excitandum infidelibus fervida deside-
ria Adventus ejusdem spiritus S^{ti} in cordibus ipsorum.

Bulla XXV.
concedit indulgentiam plenariam Visitationis: a 1^{is} Vesperis ad) visitaverint, ibique pro
libus Ecclesiam Conventus S^{ti} Spiritus Ma- Christianorum Principum ad) pias ad Deum
jovicentis die 25. Septembris, in qua ce- preces effuderint indulgentiam plenariam
lebrabatur Festum Innocentis Trinitatis S^{ti} misericorditer in D^{no} concedimus
Joannis Christophori, S^{ti} Pueri de la Guardia
nuncupati.

Benedictus Papa XIV.
Universis Christianis fidelibus presentes litteras inspectionis: salutem, et Ap^{cam} benedictionem.
S. 1. Ad augendum Fidelium Religio-
nem, et animarum salutem, celeribus ad).
Omnibus ad) qui Ecclesiam Conventus S^{ti} Spiritus Majoricentis die 25. Septembris
S. 2. Presentibus ad septennium
tantum Validuris
S. 3. Volumus autem: ut si pro impe-
tatione ad).
Dat: in Arce Sandulphi Albanensis
Diocesis sub Annulo Piscatoris
die vigesimatercia Junij 1756.
Pontificatus nostri anno decimo:
sexto.

Notabilia
Hoc Breve reperitur Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricentis.
Et impetratum fuit ad fovendam devotionem fidelium erga Innocentem Trinitarium,
S^{ti} Puerum Guardiensem: Propter eandem rationem, aperta fuit
lamina aenea ejusdem S^{ti} Pueri Crucifixi: ante cujus Imagines recitantis se-
mel orationem Dominicam, et salutationem Angelicam, concessit 40. dies indulgentie
Illius et Annus Dⁿⁱ, Dⁿⁱ Laurentius Dezpuig, qui postea fuit Archi-
episcopus Tarraconensis.
+ Episcopus Majoricentis,

Bulla XXVI.
Id ipsum, quod in antecedenti, concedit tra-
tori cum liberalitate in presenti.
Benedictus Papa XIV.
Universis Christianis fidelibus presentes litteras ins-
pectionis salutem, et Ap^{cam} benedictionem. S. 1.
S. 1. Ad augendum fidelium Religio-
nem etc) dummodo praeter indulgentias
Ecclesiae dicti ordinis generaliter co-
cessas, unca tantum Indulgentia plenas
reperiatur concessa, die 25. Septe-
bris

- 216.
- 17 bis à 12^{is} Vesperis, usque ad occasum Solis,
 - 17 diei hujusmodi devotè vintaverint, et ibi
 - 17 pro Christianorum Principum ad.
 - 17 S. 2. Presentibus ad septennium ad.
 - 17 S. 3. Volumus autem: ut si pro ad.

Dat: Roma apud Sanctam
 Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris
 die vigesima Septembris 1756.
 Pontificatus nostri anno decimo-
 septimo.

Notabilia

Hoc Breve extat Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis; et impetrat^o fuit: quia in antecedenti diebat: dummodo præter Indulgentiæ Ecclesiæ dicti Ordinis generaliter concessas nulla alia indulgentia plenaria concessa eidem Ecclesiæ repereretur; et cum repereretur concessa indulgentia plenaria diei Pentecostes: ideo impetrat^o fuit hoc secundum Breve.

Bulla XXVII.

sive Decretum Sac: Rit: Congregationis
 concedens N^o Fratibus Officium, et Missam
 S^{ti} Paulini Episcopi Nolani.

- 17 Ordinis Sanctissima Trinitatis
- 17 Redemptionis Captivorum.
- 17 Porrecto Sacerdotum Rituum Congregationis
- 17 supplicis libello, quo Procurator Generalis
- 17 Ordinis Calceatorum S^{me} Trinitatis
- 17 Redemptionis Captivorum, et Fratres præ-
- 17 dicti Ordinis ad devotionem, et cultum
- 17 erga S^{ti} Paulinum Episcopum Nolanum
- 17 augendum, confirmandumque: humiliter

17 supplicarunt: ut Officium cum Missa ejusdem
 17 Sancti sub ritu duplici minoris: pro Frat-
 17 ribus Calceatorum ejusdem Ordinis concessum
 17 reperitur, ad Oratores extendere dignare-
 17 tur:
 17 Sacra Congreg^o ad relationem Em^{mi},
 17 et R^{mi} Dⁿⁱ Cardinalis Portocarrero
 17 Ponentis, gratiam juxta petita concessit.

17 Die 26 Martij 1757.

17 D. F. Card. Tamburinus Praefectus.

17 loco II sigilli.

17 M. Marefurus S. R. C. Secretarius

Notabilia

Transcriptum hujus Decreti, impremum in Typographia R. C. A; asservatur in
 Archivo hujus nostri Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla XXVIII.

Concedit indulgentiam plenariam omnibus, qui
 orationi 40 horarum per aliquod temporis
 spatium interfuert in Festivitatibus Pen-
 tecostes in Ecclesia N^o Conventus S^{ti} Spiritus
 Majoricensis.

17 Benedictus Papa XIV.

17 Universis Christianis fidelibus praesentes litteras
 17 inspecturis: salutem, et Ap^{cam} benedictionem.

17 S. 1. Ad augendum fidelium Religionem
 17 et animarum salutem coelestibus Ecclesie
 17 Thesauris pia Charitate intendi: omnibus
 17 utriusque sexus Christianis fidelibus verè poenitè-
 17 tibus, et confertis, ac sacra comunione refectis,
 17 qui orationi 40. Horarum, continuatarum, na-
 17 autem, nisi noctis tempore, interpolatarum de-
 17

17 licentia Ordinarij in Ecclesia S^{ti} Spiritus Fra-
 17 trum Ordinis S^{me} Trinitatis Redemptionis
 17 Captivorum loci de Palma Majoricensis Di-
 17 ocesis, Dominica Pentecostes instituenda,
 17 per aliquod temporis spatium devotè inter-
 17 fuerint et ibi pro Christianorum Principum co-
 17 cordia, haereticorum extirpatione, ac S^{te} Mariae
 17 Ecclesia exaltatione pia ad Deum preces ef-
 17 fuderint: Plenariam omnium peccatorum suo-
 17 rum indulgentiam, et remissionem misericordi-
 17 ter in D^{no} Concedimus. Presentibus ad septen-
 17 nium tantum Validuris.

17 S. 2. Volumus autem; ut si alias ad

17 Dat Roma apud S. Mariam Majorem sub annulo
 17 Piscatoris die 28. Aprilis 1757. Pontificatus
 17 nostri anno decimo-septimo -

Not:

Hoc Breve custoditur originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricē-
 sis. Impetratum fuit: ut cum Oratione 40. Horarum coronaretur devotissimo Du-
 odenarium duodecim Fructuum Spiritus S^{ti}: quod incepit in hoc conventu cura,
 diligentia, labore, et devota sollicitudine, ferventique devotione admodum R^{di} Patris
 Magistri Fratris Raphaelis Ramis anno 1738; et ex tunc solemnissime, et devotis-
 sime celebratur singulis annis. His obsequijs veneratus Spiritus^{S^{ti}}, inspiravit duobus
 devotis conjugibus, Laurentio Rosello, et Margarita Anna Moya, eisdem v-
 xori, ut solverent expensas, pro Oratione 40 Horarum; et ideo impetratum
 fuit hoc breve, ad septem annos, sed postea Hanc Orationem fundavit dic-
 tus Laurentius Rosello, et illam concessit pro perpetuis futuris temporibus Cle-
 mens XIV. ut videbimus infra.

Bulla XXIX.

Præcipit Episcopo Guadicensi, et alijs lo-
corum Ordinarijs, ut nihil innovent, quo
ad cultum usque ad presentem diem
tributum Venerabili Servo Dei Patris
Marco Criado N^o l^ori Ordinis.

Die 15. Septembris 1757.

Sanctissimus Dominus noster: attentis
 peculiaribus circumstantijs Casus, Le
 quo agitur, decrevit: tollerari posse, et
 debere ab Episcopo Guadicensi, alijsque
 locorum Ordinarijs: ut ad præcavenda
 scandala, quæ timeri possunt, nihil
 innovetur quoad cultum usque ad præ-
 sentem diem exhibitum Venerabili

Servo Dei Marco Criado: ac insuper
 declaravit Sanctitas sua: ex hac per-
 missionem, nec expresse, nec tacite, ap-
 probatum ceneri eundem cultum, aut
 quidquam inferri posse ad finem, et
 effectum Beatificationis, sive equipol-
 lentis, sive formalis: quarum evenien-
 te casu mandavit: procedi debere
 ad præscriptum Decretum S^{te} memo-
 ria Urbani VIII: ac si præsens per-
 missio ab Ap^{ca} Sede non emanasset.

J. C. Boschi Secretarius.

loco sigilli.

Notabilia

Franciscriptum impressum hujus decreti asservatur in Archivo hujus N^o Conventus
 S^{ti} Spiritus Majoricensis. Hoc Decretum emanatum fuit; quia quidam Episcopus
 Guadicensis: præcepit: quamdam Efigiem S^{ti} Marci Criado auferri ab Altari in
 quo venerabatur in Ecclesia loci de la Perza nuncupati sue Diocesis ab immemora-
 bili tempore: unde ad instantiam Religionis emanavit à Benedicto XIV. Postea
 virtute hujus Decreti, et ad instantiam ejusdem N^o Religionis, Monus R^{mo}
 Dominus, Dⁿⁱ Michael à S^{to} Josepho Episcopus Guadicensis: (cui, cum esset
 Generalis Nordorū Discalceatorum Congregationis Hispanie, dedit idem Bene-
 dictus XIV. sepulcrum, sive sarcophagum, in quo requievit corpus S^{ti} Patris N^o Jo-
 annis, àb anno sue mortis, usque ad Translationem ejusdem sacri corporis) revoca-
 vit sententiam sui Antecessoris, et præcepit: Efigiem S^{ti} Marci Criado reponi
 in Altari, ubi antea venerabatur. Ac tandem sacra Rituum Congregatio cō-
 firmavit hanc revocationem, et repositionem (ut dicitur). Ego vero non vi-
 di hanc revocationem, nec confirmationem sacra Rituum Congregationis: ideo illas
 non hic apponi.

Bul-

Bulla XXX.

Concedit Ministro Generali N^o Ordinis
facultatem eligendi, extra Capitulum Gene-
rale, Procuratorem Generalem in Ro-
mana Curia.

Benedictus Papa XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Exponi nuper fecit Nobis Dⁿⁱ
lectus Filius Guillelmus Saboure, Minis-
ter Generalis Ordinis S^{me} Trinitatis
Redemptionis Captivorum: quod per quas-
dam felici recordationis Clementis Pa-
pae XI. Praedecessoris nostri in simili for-
ma Brevis die 13. Augusti 1703. super
unione dicti Ordinis, emanata, vel ex-
peditas litteras, inter caetera sancitum
fuit: ut Procurator Generalis totius Or-
dinis praedicti in Capitulo Generali con-
rectivo, ad sexennium tantum alterna-
tive eligeretur; ita scilicet: ut pro uno
sexennio sit ex Hispania, Italia aut
Lusitania, pro alio vero sexennio ex
Gallia Provincia: hic vero in Urbe pro
gerendis negotijs, et hinc Ordinis, seu Reli-
gionis, residere debeat, ibique expensis
omnium Provinciarum dicti Ordinis sus-
tentetur.

S. 2. In eisdem vero litteris itidem
praescriptum fuit: quod si aliquem ex Dif-
finitoribus Generalibus dicti Ordinis ab
humana decedere, aut qualibet alia de
causa deficere contigerit, Minister Ge-
neralis dicti Ordinis, pro tempore exis-
tens intra tres menses, a noticia illi-
us obitus, vel amotionis, aut defectus
numerandos, alium Diffinitorem Ge-
neralem ex Provincia illius, qui defu-
erit, vel amotus fuerit, aut defecerit,
propria auctoritate nominet; et alias
pro ut in dictis litteris, quarum tenor
rem pro sufficienter expresso praesenti-
bus haberi volumus, continetur.

S. 3. Cum autem Conventuum
seu Domorum Regularium dicti Ordinis
paupertas, hujusmodi sexennalibus Ca-
pitulis

peccatis correctivis haud faveat, vel potius
obstitat; quandoquidem unum ex his du-
taxat hucusque celebratum sit; ex quo or-
tum est: ut Procurator Generalis, non se-
mel, ultra sexennium praescriptum, sicut
praemittitur, in officio prorogari necesse
fuerit, reclamantibus licet nonnullis Pro-
vincijs, quae Alternativa stabilitam gau-
dere cupiebant: quarum votis Guillelmus
Generalis Minister ob facultatis defectum
annuere nequit: ac propterea ipse Mi-
nister Generalis facultatem eligendi etiam
Procuratorem Generalem sibi a Nobis
concedi plurimum desideret: Nobis prop-
terea humiliter supplicari fecit: ut sibi
in praemissis opportunè providere de be-
nignitate, et ut infra indulgere dig-
naremur.

S. 4. Nos igitur ipsum Guillelmum
Generalem specialibus favoribus, et gratijs
prosequi volentes: et a quibusvis Exco-
municationis ad usque ad: et absol-
tum fore censentes: hujusmodi supplica-
tionibus inclinati: eidem Guillelmo mo-
derno, seu pro tempore existenti, Minis-
tero Generali ipsius Ordinis: ut si contin-
gat: Procuratorem Generalem, jam electum
et canonice deputatum, ante sexennium
demandati officij ab humana decedere,
seu aliqua ex causa, et quocumque modo
ex illius persona jam electa, et nomina-
ta, officium Procuratoris Generalis va-
care: aut Capitulum Generale correctivum,
quacumque de causa minimè celebrari:
eo casu Procuratorem Generalem dicti
Ordinis, unum illius Professorum, necessa-
rijs tamen qualitatibus, et requisitis per con-
stitutiones dicti Ordinis, auctoritate Apo-
stolica confirmatas praescriptis, praedictum,
servata in omnibus, et per omnia praedi-
ctarum litterarum ejusdem Clementis Prae-
decessoris forma, et dispositione, nominare,
eligere, et deputare: ac nominatum, electum,
et deputatum, officium Procuratoris Gen-
eralis suscipere, gerere, et exercere libere, et licite
possint

possit, et valeat respective Auctoritate Apca
 tenere presentibus concedimus, ac facultatem
 tribuimus, et impertimur.
 S. S. Decernentes eadem presentibus
 litteras semper firmas etc. sique in pre-
 missis per quoscumque Iudices etc. Ac in-
 vidum, et inane etc.

S. 6. Non obstantibus Constitutionibus
 et Ordinationibus Apca etc.
 Dat: Romae apud Sanctam Mariam
 Majoram sub Annulo Piscatoris die
 decima quinta Februarij 1758.
 Pontificatus nostri anno decimo:
 octavo.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo N^o Conventus S^{ti} Madurini Parisi-
 ensis: ubi illud transcripti dicto anno 1758. licet alias prorogatum fuerit Offi-
 cij Procuratoris Generalis sexennium; noluit tamen R^{mus} Lafebure illud prorogare, sed
 pro sua justificatione, et successorum suorum, in Generalatu impetravit a sede Apo-
 tolica facultatem in hoc Breve illi, suisque successoribus concedam.

Clemens XIII.

Venetus, ex Nobili Raizonicorum Familia in Venetia Perilludiz,
 Cardinalis Raizonicus antea dictus, electus fuit in Romanum
 Pontificem anno 1758. Obijt autem Romae anno 1768.

Bulla I.

sive Decretum sacrae Congregationi nego-
 tiorum Episcoporum, et Regularium preposita
 confirmans aliud Decretum N^o R^{mi}
 Generalis in favorem Conventus Majori-
 censis N^o Sacri Ordinis.

tium juribus, sub die 14 Julij 1758.
 providentissime statuit, atque decrevit.
 Primo: Quod praedicti Conventus S^{ti}
 Spiritus, et S^{tae} Catharinae remaneant, si-
 cut hactenus fuerunt, incorporati Provinciae
 Aragoniae, ejusque Provinciali subiciantur.
 Verum si hic in posterum per se ipsum
 illos statuti temporibus virtute non potu-
 erit, tunc vices suas committere, et delega-
 re teneatur uni ex Religiosis eorundem
 conventus. Si vero per se ipsum illos viri-
 taverit solita propina contentus sit, quin
 majus aliud emolumentum petere pos-
 sit, sine specialibus facultatibus capituli
 Provincialis. Secundo: quod ut praesci-
 bunt Regulae, et constitutiones Ordinis,
 Religiosi professi in dictis duobus con-
 ventibus, quorum idcirco filij sunt, de-
 inceps invitati ab eis non extrahantur,
 nulloque sub praetextu ad alios Provin-
 ciae conventus transire cogantur, nisi
 ob casus in Regula expressos, de qui-
 bus tamen constet per sententiam a Mi-
 nistro

Em^{mi} et R^{mi} Patres.
 Religiosi Conventus S^{ti} Spiritus, et S^{tae}
 Catharinae Civitatis Majoricensis Ordi-
 nis SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Cap-
 tivorum, Oratores humillimi Eminentia-
 rum Vestrarum, eo, quo pax est, obsequio
 exponunt eisdem: quod ipsi ut occurrerent
 nonnullis abusibus, et praedictis
 tibus, quibus injuste gravabantur, per me-
 dium duorum Religiosorum ipsorum, qui
 ab Insula Majoricensi personaliter sese
 contulerunt Parisios, recurrem fecerunt
 ad R^{mu} Patrem Generalem: qui visis
 et mature ponderatis Oratorum instanc-
 tijs; nec non etiam visis litteris sibi
 scriptis a R^o Provinciali, alijsque Re-
 ligiosis: (pro nunc) salvis in ceteris par-
 tibus

228
nibus, vel à Provinciali legitime proferenda: quia
que è converso alijs Religionibus extranei ex Cate-
ris Provincia conventibus in predicta In-
sulam Majoricensem non mittantur: quia
imò omnes aliorum Conventuum, et Regnorum,
nunc in ea degentium ad suæ Professionis Con-
ventus redire teneantur, etiam vigore statu-
ti Capituli Provincialis anno 1739 celebra-
ti. Tertio: quod P. Franciscus Horneder Soto
launus, in dicto Conventu S^{ti} Spiritus nunc lec-
tor Philosophiæ constitutus, ab eo discedere
teneatur; aliusque idoneus ex Majoricensi-
bus Religiosis in ejus locum ibi lector
substituatur, servata forma Constitutionum,
circa oppositionum concursus, ad quem non
alii quam Majoricenses admittantur. Quarto:
quod Religioni S^{ti} Spiritus ex suo Con-
ventu ad illam S^{te} Catharinae, et vice ver-
sa, non possint mitti invitati, nisi ob causas
in Regula expressas; aut nisi translatione
hujusmodi postulaverint, à Provinciali, seu
visitatore: quibus inhibendum sit, hujusmo-
di mutationes precipere, in Odium, vel intus-
itu futurarum electionum, harumque libertas
alio medio non tollatur, nec minuat. Quinto
tandem: Quod nemo ex illis Re-
ligiosis, qui vel per se, vel per alios, præmi-
sum recursum fecerunt ad P. Generalem
ullo sub pretextu molestetur: omneque
contra ipsos attentatum, omnino irritum,
et casum censeatur. Predictaque om-
nia superius exposita decreta statim
ac fuerint notificata plenarie committan-
tur executioni: prout latius videre est
in Authenthico Testimonio, quod hic hu-
militer annexitur.

Cum igitur, Em^{mi} Patres: Omnia
mox enarrata, rationi, justitiæ, et equi-
tati, consona omnino esse videantur: hinc
est: quod Oratores prefati obsequen-
tissime supplicanti Eminenti Viri: qua-
tenus dignentur: eadem in Omnibus
approbare, et confirmare, eorumque ul-
teriore executionem districtius sub ce-
suris, et penis demandare; non obsta-
te frivola appellatione, adversus Bum-
ex illis, interposita à dicto P. Francisco
Horneder. Hic enim in tot alijs Provinciali-
bus Aragonia Conventus lectoris munus obire,
et absolvere facillime potest, quin præjudicet
ementis Religionis Insula Majoricensis. Et de gratia dⁿⁱ

Decretum R^{mi} P. Nⁱ Generalis.

Nos Fr^{sc} Guillelmus Lafebure sacra Facultatis
Parisiensis Doctor Theologus, Christianissimi
Regis in sacris consilij conciliarius, et
majestatis ab eleemosinis, et contributionibus Or-
dinarius, major, et Generalis Minister Or-
dinis S^{mi} Trinitatis Redemptionis Cap-
tivorum.

Cum ad Generale Tribunal nostrum
à die nona Aprilis proxime elapsi Parisi-
or accesserint Reverendi Patres Laurentius
Reynès Sactor Jubilatus, et Michael Mes-
tre sacra Theologiae lector, Domus nostra
S^{ti} Spiritus Majoricarum filij, à Reveren-
dis Patribus, Joanne Cervera tunc Ministro
ejusdem Domus, et Michaele Fabreque Min-
istro pariter Domus S^{te} Catharinae, spe-
cialiter deputati: ut in ipsorum, nonnullor-
umque aliorum Fratrum nomine conque-
rerentur circa varia gravamina, quibus
memorata Domus, earumque Alumni ob-
noxij fuisse ferebantur, remedia saluta-
ria à Generali nostra Auctoritate eidem
adhibenda postularent; Cumque ad ip-
sorum reditum in Majoricensem Insulam
tempus opportunum finiatur: nec nisi gra-
vioribus expensis, ac periculis sese expo-
nendo, divitius pene Nos judicium pro-
tolari valeant, quod non sumus prolar-
turi, nisi auditis partibus, acceptis que
ab his, ad quos spectat, juridicis respo-
sis, ad varia capita, ipsis propozita, ac
ex parte nostra communicata à die 24.
ejusdem mensis Aprilis; quibus tamen
ex ipsorum parte nihil fuit hactenus oppo-
situm. Cum interea Nostrum sit: in his,
qua legitime, ac justè possumus, ad comu-
ne Ordinis bonum, Domorumque ipsius, ac
Alumnorum tranquillitatem paternè, et
salubritè providere: Viris prius, ac serio
examine ponderatis libellis supplicibus,
varij instrumentis, qua Nobis exhibita
sunt, tam ex parte Reverendorum Patrum
Reynès, et Mestre, tum etiam supplici-
bus libellis R. P. Presentati Cosme Feme-
nia, et Fratrum ipsi adherentium, R. P.
Francisci Tomis, et Josephi Prats Majoricè-
mum; nec non etiam litteras R. admodum
P. Josephi Baza Provinciae nostrae Arago-
nicæ Provincialis: R. P. Presentati Fratris
Antonij Puig Gotholaunenensis ad prefatas
Domos

Domos visitandas habente anno Millesimo sep-
 tingentesimo quinquagesimo septimo a predic-
 to R. P. Provinciali deputati; litteris etiam
 R. P. Petri Cerdo in predicta S^{ti} Spiritus Do-
 mo ab eodem P. Provinciali Ministri consti-
 tui; necnon, et R. P. Joannis Baptista Sala
 Domus S^{ta} Catharina Ministri cum decla-
 ratione ipsi adjuncta: quibus omnibus
 matura discussis, recursu durante, ea qua
 sequuntur ordinanda, ac statuenda du-
 ximus, et de facto, salvis tamen partium
 iuribus, liteque pendente in ceteris: sta-
 tuimus, et Ordinamus:

1^o: quod prememorata Domus nos-
 tra, S^{ti} Spiritus, et S^{ta} Catharina, Regni
 Majoricarum Provinciae nostrae Aragoniae, cui
 hactenus annexa, subditaeque sunt, uni-
 ta, et incorporata perpetuo remaneant,
 nec sub quovis pretextu, vel obtentu ab
 ipsa separari permittantur; sed in omni-
 bus, sicut caeterae ejusdem Provinciae Do-
 mus, tam Capitulo, quam Provinciali
 Aragoniae subjectentur. Ne tamen pro-
 futae Domus Majoricensis, occasione fee-
 quendum visitationum nimium gra-
 ventur, expensisque extraordinarijs, aut
 alijs incommodis obnoxiae sint, statu-
 mus: quod quando R. admodum P. Pro-
 vincialis ipsas personaliter visitare non
 potuerit, vices suas in posterum committere
 teneatur uni ex Fratribus nostris Majori-
 censibus, in alterutra ex predictis Domi-
 bus tunc degenti, quem magis idoneum,
 ac requisitis ex Constitutionum prescrip-
 to conditionibus ornatum repererit, que
 que visitatorem suo nomine constituat.
 Quando vero R. P. Provincialis predictas
 Domos per se visitaverit, attentè praece-
 tim caveat, ne praepudicium ipsi alii-
 quod afferat ex ipsa visitatione; sed in
 omnibus ita modeste, ac Religiose se
 gerat, ut in spiritualibus, simul et tem-
 poralibus, incrementa ipsius solitudine
 illis accrescant, nullis mixta detrimen-
 tis: solvatur ipsi solita propina; qua tamen

ii ob itineris longitudinem sufficiens judi-
 cata non fuerit pro viatico, in Capitulo Pro-
 vinciali ex facultatibus predictarum Domo-
 rum augeri possit.

2^o: Cum juxta Regulam, ac Con-
 stitutiones nostras, Fratres in Domibus in
 quibus Professionem emiserunt, vivere, ac
 Deo famulari debeant: cum praeterea non
 sine gravibus periculis, ac incommodis, ex In-
 sularis ejusmodi Domibus ad caeteras Pro-
 vinciae Domos mitti valeant; praecipimus:
 quod in posterum Fratres nostri Majori-
 censes, e suis respective Domibus inviti
 non extrahantur; neque quovis pretextu,
 etiam munerum, vel officiorum, ad quae as-
 sumpti fuerint, ad alias Domos transire
 cogantur; nisi ob casus in Regula ex-
 pressos, de quibus ex juridica sententia
 a Ministro, vel ab ipso Provinciali prolata
 constet, oportebit. Nec etiam in predic-
 tam Insulam mittantur ex caeteris Reg-
 nis, juxta Capituli Provincialis anno 1739
 celebrati Caeraraugusta statutum; cujus,
 necnon, et praesentis Decreti virtute om-
 nes Gotholauni, seu caeteri aliorum Regno-
 rum, in Insula Majorica nunc degentes
 ad sua Professionis Domos redire tene-
 antur.

3^o: Cum autem in praesenti Decreto
 comprehendatur R. P. Franciscus Homedes
 Gotholaunus in praefata Domo S^{ti} Spiritus
 lector Philosophiae, a R. P. Antonio Puig
 visitatore constitutus, absque previo op-
 positionum concursu, ut Nobis declaratum
 est, ac contra prescriptum sacrarum
 Constitutionum lib. 2. cap. 3. S. 3, ac
 etiam mandatum Capituli Provincialis
 anno 1754 Barchinone celebrati: ali-
 us ex Majoricensibus Fratribus nostris
 in ipsius locum lector substituat, et
 servata forma in sacris Constitutionibus,
 Actisque Capitulorum assignata, circa
 oppositionum concursum, ad quem non alij
 quam Majoricenses in posterum admit-
 tantur, quique in alterutra ex duabus insularis
 Domibus,

222
Domibus, non alibi habitur, cui demum
R. admodum P. Provincialis, vel per se, vel per
alium, ex ipsis Fratibus Majoricensibus de-
signandū, presidebit. Ne autem predicti R.
P. Francisci Homeder diocesani, ipsius Duce-
pulis prejudicium inferatur, donec alius
lector Philosophiae in Domino S^{ti} Spiritus legi-
time fuerit institutus, vices ipsius magi-
ster Studentium supplere teneatur.

4^o: Decernimus etiam: quod Fra-
tres ex Conventu S^{ti} Spiritus ad S^{ta} Ca-
tharinae Caenobium, et vice versa, mit-
ti non valeant invitati, nisi ob casus
in Regula expressos: aut nisi transla-
tionem huiusmodi postulaverint a R.
P. Provinciali, vel ejus visitatore: quibus
districte prohibemus: in primis, ne in-
digne subvertant electionum, vel in odi-
um ipsarū, huiusmodi mutationes
praecipere, simileve quodpiam atten-
tate praesument, ex quo electionum
libertas minuat, aut tollatur.

5^o: Statuimus denique, ac etiā in
virtute S^{ae} Obedientiae expressē inhibe-
mus: ne ob presentem recursum ad
nostriū Generale Tribunal Praefati Reve-
rendi Patris, Laurentius Reynés, et Mi-
cael Mestre, sive ceteri, Ministri, et Fra-
tres, qui libellos supplices ex ipsorū parte
Nobis oblatos suscipere, damnum a-
liquod, seu prejudicium, a quovis, seu
quocumque praetextu patiantur, sed
juribus omnibus, et prerogativis sibi
acquisitis liberē, et tranquille frui,
permittantur: si quid autem occasi-
one praefati recursum ipso durante in
predictos Fratres a quovis attentatū
hactenus fuerit, vel in posterum atten-
tandum sit, presentis provisorij nos-
tri Decreti virtute, nostrāque Genera-
li Auctoritate, casum illud omnino, at-
que irritum declaramus; sub eodem
S^{ae} Obedientiae praecipito mandantes
tam praefato R. admodum P. Josepho
Baza Provinciali, quam Conventuum

praefatorū, S^{ti} Spiritus, et S^{tae} Catharinae Mi-
nistris, vel Presidentibus: ut praesens Decretū
nostriū, statim atque ipsi juridicē signifi-
catum fuerit, ac intimatum predictorū Re-
verendorū Patrum, Reynés, et Mestre, vel
alterius ipsorū diligentia, ipsum executio-
ni plenē, et integrē mandari curent.

Datum Parisijs apud S^{tae} Mathurinae
sub signis manualibus, nostro, et Secretarij
nostri, sigilloque Administrationis nostrae
Generalis anno Dñi 1758, die vero 14.
mensis Julij = F. Guillelmus Lefebvre
Generalis = Mandato R^{mi} Paris, et Dñi
Generalis nostri F. Paffe Secretarius = lo-
co III sigilli.

Decretum Sac. Cong^{mi} Regularium
Sacra Congregatio Eminentissimorū et Re-
verendissimorū S. R. E. Cardinaliū nego-
tiji, et consultationibus Episcoporū, et Regu-
larium praeposita, referente Em^{mo} Burge-
nio, Ponente, attentis relationibus Em^{mi} Por-
tocarrero, praefati Ordinis apud S. Sedem
Protectoris, et Patris Procuratoris Generalis,
benignē remissit eidem Em^{mo} Protecto-
ri: ut venis existentibus narratis Orato-
rum precibus pro suo arbitrio, et prudē-
tia, indulgeat juxta petita.

Romae 23. Januarij 1759.
C. A. Card^{is} Cavalchin:
Loco III sigilli.
P. A. Guglielmi Secretarius.

Decretum Cardinalis Protectoris
Utendo potestate Nobis facta a Sacra
Congregatione Episcoporū, et Regularium,
Decreta a R^{mo} Patre Generali facta pro
gubernio, et Administratione Conventū
Majoricensium Ordinis Sanctissimae
Trinitatis; prout in speciali libello supra
relato, in omnibus Approbamus, et Con-
firmamus; eaque tamquam salutaria
et dictis Conventibus utilia, observan-
da esse praecipimus, et mandamus. Qui-
uscūque in Contrariū non obstantibus. etc.

Die 2. Februarij 1759.
F. J. Cardinalis Portocarrero.
Loco III sigilli.

Not=

22^a mittatur Tribunal, causa videndi, precipi-
piendo: ut interim, dum quod opportunis
et providetur, res ita se habeant, ac es-
rant ante publicationem praedicti decre-
ti: omnia sub censuris, et corresponden-
tibus poenis: ut omni turbationis, et sca-
dali motuum caveatur. In hoc enim
gratiam cum iustitia recipiet. =
licentiatus D^{ns} Josephus Antonius Co-
ronado = Fuente. =

Quem quidem supplicem libellum
pro presentato habuimus, cum testimo-
nio in ipso expresso: ipoque viso, Decretum
expedimus, fieri mandantes presentes
litteras, quarum virtute, et Auctoritate:
re Apostolica, qua in hac parte utimur:
praecipimus omnibus in earundem capi-
te contentis, et unicuique in solidum in
virtute S^{tae} Obedientiae, et excommuni-
cationis majoris Apostolicae sub poena, at-
que vocis activa, et passiva, officiorumque priv-
vationis, necnon aliarum nostro arbitrio:
quatenus statim post requisitionem presen-
tium virtute factam, coram Nobis, et
Tribunali nostro; atque ad manus infra-
scripti nostri Secretarii transmittat De-
cretum Originale in praeserta petitione
expressum, expeditumque a R^{do} Minis-
tro Generali Ordinis Trinitariorum Calce-
atorum datum Parisi die 14 Julij,
praeteriti, currentis anni, cum omnibus
illius virtute Actis, ad fines, et effectus

in dicto libello supplicis contentos: atque
interca, sub eisdem censuris, et poenis praeci-
pimus: quod res in eodem statu perman-
neant, ac ante praedicti Decreti publicati-
onem se habebant: donec post maturam
discussionem per Nos, nostrumque Tribu-
nal provideatur conformius iustitia. Quod
opere exerceant: Aliter contrarium faciendum
ad aggravationem, et reaggravationem dicta-
rum censurarum, atque ad poenarum executio-
nem procedemus, et ad omne id, quod
in iure locum habeat. Sanctaeque Obedi-
entiae in virtute, et sub Excommunicationis
majoris Apostolicae latae sententiae poena,
cuiuslibet Notario, vel scribe, qui requisitus
fuerit praesentibus litteris, praecipimus: ut
eadem notificet, et de hoc fide faciat
sine mora.

Dat: Matriti die 23. Novembris
anni 1758

Th: de Gallis Auditor.

Loco II Sigilli.

M^{me} sud Dominationis M^{ato}

D^{ns} Franciscus Augustinus de
Lorza Aguirre pro Secretario Castillo.

Notabilia

Transcriptum harum litterarum asservatum in Archivo N^o Conventus S^{ti} Spiritus
Majoricensis. Intimate fuerunt Praesidi, et Fratribus huius Conventus per Anto-
nium Bovex Notarium Apostolicum die 10. Ianuarij anno 1759 ad instanciam
R. P. Praesentati Fr. Cosmae Josephi Femenia, tunc praefati Conventus Visitato-
ris. Sed die sequenti, 11. nempe Ianuarij, Constitutus Procurator Fratrum huius
praefati Conventus, iudicé requisivi eundem Notarium Apostolicum, et reclama-
vi; atque debita cum reverentia praesentavi dictas litteras, ac ad eundem Apostoli-
cum Nuntium appellavi super ipsarum nullitate: eundem Notarium requirerent
ut de huiusmodi reclamacione, protestacione, et appellacione fidem faceret. Serio-
que discussa causa pro utraque parte in Apostolico Nuntiatico Tribunali
emanavit tandem sententia tenoris sequentis.

Bul-

ive Sententia Apostolice Hispaniarum Nun-
ti data in favorem nostrorum Conventuum
Majoricentium, et Decreti Rmi P. N. Ge-
neralis.

Noti Dni Hieronimus Spinola Divina Mi-
 seratione S. R. E. Presbyter Cardinalis
 et nostri Ssmi Patris, et Domini Clementis
 divina Providentia Pope XIII Nunti-
 us Apostolicus in his Hispaniarum Reg-
 nis, legati a latere cu facultate etc.

Reverendo P. Provinciali Provinciae Ara-
 goniae Trinitariorum Calceatorum Ordinis, et
 Archiepiscopatus, civitatisque Valentiae Ordi-
 nario Ecclesiastico, necnon ceteris Personis,
 ad quas infrascriptum spectat, vel quomo-
 do libet spectare potest, ac unicuique in solidum
 salutem in Dno nro Iesuchristo.

Notum facimus: quod coram Nobis, et
 in Tribunali nostro Lis, et causa agitata fuit,
 et discussa, inter partes, Prefatum Rmum
 P. Provinciale Trinitariorum Calceatorum Co-
 rone Aragonum, Valentiae, Cataloniae, et In-
 sulae Majoricarum, ex una; et Patrem Lec-
 torem Jubilatum Fratrem Laurentium Rey-
 nes, ceterosque Religiosos Conventus Sancti
 Spiritus ejusdem Ordinis, Civitatis Palmae
 Capitalis dictae Insulae Majoricae, ex alte-
 ra: super executione cujusdam Decreti
 Reverendi Patris Ministri Generalis ejusdem
 Ordinis, cuius tenore videtur, et constat:
 quod die 22. Novembris anni elapsi
 1758. pro parte dicti Rmi P. Provincia-
 lis presentatus Nobis fuit libellus supplex
 exprimens etc. hic refert allegata pro utra-
 que parte, quae hic omittuntur brevitate
 gratia: et prosequitur hoc modo videlicet:

Facta conclusione causae, et legitime
 terminata, citatisque partium Procuratori-
 bus ad ejusdem discussionem vivis actis:
 dedimus, et providimus, atque pronuncia-
 vimus sententiam tenoris sequentis:

Petitum pro parte P. Provincialis Tri-
 nitariorum Calceatorum Provinciae Arago-
 niae, Valentiae, Cataloniae, et Insulae Majoricae,
 non habet locum; et partes suo jure utantur
 in sacra Congregatione Episcoporum et Regularium.

Ita pronuntiavit Em^{us} et Rm^{us} Dns
 Hieronimus Spinola S. R. E. Presbyter Car-
 dinalis, Nuntius Apostolicus sua Sanctitatis
 in his Hispaniarum Regnis.

Madriti die 27 mensis Februarii 1760. et
 subscripsit Dominus Auditor = Thomas
 de Gallis Auditor = sua Em^{na} mandato
 = Dni Dominicus leal del Castillo.

Quod quidem Decretum partium
 Procuratoribus notificatum fuit. Et pro par-
 te dicti Rmi P. Provincialis interposita ex-
 it appellatio, quae decreto a Nobis expedito
 die 13. currentis mensis illi concessa fuit
 ad effectum devolutivum tantum coram
 Ssmo cum termino praefixo quatuor me-
 nium.

Postea pro parte dicti Patris Fratris Lau-
 rentij Reynes, et sociorum Nobis exponi-
 tum fuit non solum dictum Decretum, sed
 etiam Appellatio interposita, et mediante,
 quod pars adversa nullum alium recur-
 sum fecerat, concludendum petendo; ut
 Nos praecipere dignaremur: expedire cor-
 respondentes litteras, ad supra dicti
 nostri Decreti debitum, et puram execu-
 tionem, duplices expediendo litteras ad
 effectus locum habentes, et huic parti
 opportunos, quo viso Decretum dedimus
 tenoris sequentis:

Madriti die 17. Martij 1760.
 Debite, puraeque executioni mandetur op-
 portuna tempore sententia ab hoc Tribu-
 nali emanata. Propterea in executione
 definiti a Nobis, in praescripto nostro De-
 creto contenti, decernimus, et declara-
 mus: petitum a prefato P. Provincia-
 li Trinitariorum Calceatorum Corone Ara-
 goniae, Valentiae, Cataloniae, et Insulae
 Majoricae, non habere locum, et prae-
 dita partes suo jure utantur in sacra
 Congregatione Episcoporum, et Regularium.
 Et consequenter ad dictum Decre-
 tum praesentes expedimus, quibus, et
 auctoritate Apostolica Nobis concessa qua
 in hac parte utimur, in ipsarum capite
 contentis, et unicuique in solidum praecipimus
 in

226
 in virtute S^{te} Obedientia sub pena excom-
 municationis majoris Apostolica, et vo-
 cir activa, et passiva, officiorumque priv-
 vationis, et alij nostro arbitrio infligendi:
 quod statim, ubi requisiti fuerint, et qui-
 libet requisitus fuerit, videant premiser-
 tum nostrum Decretum, et illud custodi-
 mant, observent, et exequantur, ac custo-
 diti, observari, et exequi faciant in om-
 nibus, et per omnia, juxta modum, et
 formam in ipso contentam, illud effecti-
 ve executioni mandando, et respective
 observando. Sciendes: quod contrariu
 faciendo, procedemus ad aggravatione,
 et reaggravationem predictarum censura-
 rum, et ad executionem penarum, et ad
 omne id quod in jure locum habeat.

Et precipimus in virtute S^{te} Obedien-
 tia, sub pena excommunicationis majoris
 Apostolica lata sententia cuilibet Notario
 vel Scribe, qui presentibus fuerit requisi-
 tus, quod illas notificet, et de hoc fi-
 dem faciat.

Datis Madridi die 22 Martij 1760.

Thomas de Vallis Auditor.

Loco III sigilli.

et sua Eminentie Mandato
 Franciscus Augustinus de Borja Aguirre
 re pro Secretario Castillo = Duplicatus.

Et
Notabilia

Hae sententia Apostolica, et litterae executionales ejusdem avertuntur in Archi-
 vo hujus N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis: et juridice me instantz ipso anno
 1760 in Capitulo Provinciali Valentia celebrato intimatae fuerunt R^{do} admodu
 Patri Fratri Josepho Baza Provinciali absoluto, atque R^{do} admodu Patri Fratri An-
 tonio Puig de novo electo, me praesente per discretu Josephum Alvarez, et Jor-
 da Notariu Apostolicum die 6. Maij ejusdem anni.

Bulla IV.

Supprimat, et extinguat Confraternitate
B^{te} Mariae Virginis a Remedij in Ci-
vitae lisbonensi Regni Lusitania, et loco
ejusdem erigit in dicto N^o Conventu Tertiu
um Ordinem Ssme Trinitatis Redemp-
tionis Captivorum sub Protectione et Pa-
tronatu ejusdem B^{te} Mariae Virginis a
Remedij: atque eidem Tertio Ordini
Regulam concedit.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam
 S. 1. Universalis Ecclesiae Regimini
 ni Divina sic disponente Clementia me-
 ritis licet imparibus destinatis, Deo bona-
 rum omnium largitori, qui Nos ultra
 innumera immensa Bonitatis suae signa,
 etiam tanta Dignitatis fastigio decora-
 re dignatus est; aliquod venerationis
 motu testimoniu ex anima reddideri,
 majus

magis exhibere non posse duximus: quam Sac-
 tissima Trinitati, ac individuae, Obsequium,
 per orbem terrarum totis viribus augendum,
 promovere: et universos Christianifideles ad ta
 excelsi Misterij contemplationem, specialibus
 ad hunc effectum editis Ordinationibus, at-
 tendens inflammare: eoque, qui peculiariter
 aliquod devotionis specimen ostenderint, par-
 ticularibus quoque Sedis Apostolicae gratijs,
 et favoribus cumulare.

S. 2. Quia vero dilectos filios Fra-
 tres Ordinis Ssme Trinitatis Redemptionis
 Captivorum nuncupatos Civitatis lisbonensis,
 ad augendam erga ejusdem Ssme Trini-
 tatis venerationem Christianifidelium, Tertium
 Ordinem utriusque sexus in dicta Civit-
 ate erigere cupientes, hunc animi nostri
 desiderium pro ceteris obscurare sedulo
 comperimus: Nos ejusdem Ordinis Fratribus,
 qui

qui a pluribus Romanis Pontificibus, Prædecessoribus nostris ob innumera pietatis incrementa, et eorum laudabile, et celsitudo, ad redimendos captivos fideles, infidelibus miserè interuenientes, emissum Institutum, innumeras proremedium gratias, et privilegia ex inexhausto Ecclesie Thesaurò, provida Apostolica liberalitatis manu, deprempas, consequi meruerunt: æquum, quin iustum reputamus, aliquas etiam ex nostra benignitate gratias adungere; eorumque pijs votis quantum cum Dño possumus contribuere: ut Fratres prædicti, opportuno huiusmodi adiutubridio, uberiores fructus ad Redemptionis huiusmodi fecunditatem, Divinæque cultus gloriam, et propagationem in dies ferre non desinant; atque ampliatibus sibi à Nobis, et præfata Sedis favoribus, ampliores quoque Militanti Ecclesie, Dei sponsæ, referant triumphos.

S. 3. Exponi Nobis nuper fecerunt dicti filij, moderni, Superior, et Fratres Conventus SS^{mæ} Trinitatis Redemptionis Captivorum nuncupati, Civitatis Lixbonensis: quod licet alias à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, tunc existentibus Superioribus dicti Ordinis, vigore illius Constitutionum, apostolica auctoritate approbatarum, et confirmatarum, Tertium Ordine SS^{mæ} Trinitatis nuncupandum instituerent, et fundandi, et in eo Confratres Tertiariorum nuncupandos, ad Habitum, et Professionem, regulares admittendi, facultas concessa fuerit; nihilominus huiusmodi Tertiariorum Ordo ad formam præfatarum Constitutionum in toto Portugalia Regno, ab inde citra fundatus, veru erectus minimè extitit; sed solum in Ecclesia præfati Conventus una pia, et devota, valdeque numerosa, forsitan virorum tantum, Christianidelium Confraternitas, congregatio nuncupata sub invocatione B^{re} Mariae Virginis à Remedijs nuncupata, quæ regimini gubernio, et jurisdictioni præfati moderni, et pro tempore existentis Superioris conventus, et

Ordinis, præfatorum, in omnibus, et per omnia, tam in spiritualibus, quam temporalibus subiacet; et cuius Confraternitatis Confratres, nunc, et pro tempore existentes Habitum vulgo Scapularium primòdicti Ordinis gerunt, ac respective gerere debent: quisque in vim plurium indulgentiarum eidem Confraternitati dicta Apostolica Auctoritate concessarum, de gratijs, et indulgentijs primòdicti Ordinis eadem Apostolica Auctoritate elargitis participes fiunt, canonicè erecta reperitur. Quòdque huiusmodi Confraternitas, quæ in dies magis augetur, ingenti Christianidelium devotioni, habitum primòdicti Ordinis gerere, et sub illius Regulis vitam ducere cupientium, explenda haud sufficiens reputatur.

S. 4. Si igitur, sicut eadem expositio subiungebat, præfata Confraternitas in Ecclesia præfati Conventus, ut præfertur erecta, ut infra supprimeretur, et extingueretur, et loco ipsius Confraternitatis ut præfertur, supprimenda, et extinguenda, Tertius Ordo præfatus, per Nos, etiam ut infra, perpetuo erigeretur, et institueretur, et ad hunc effectum omnia, et singula infra posita per Nos fierent, et concederentur; ex hoc profectò maiori SS^{mæ} Trinitatis, et B^{re} Mariae Virginis, gloria, et honori, ac primòdicti Ordinis incremento, necnon Christianidelium consolationi, ac dictorum exponentium pijs desiderijs peropportune consulere: quare iidem Nobis supplicari fecerunt exponentes præfati: Quatenus primòdicti Ordinis, de Christiana Religione, et Republica optimè meriti, uberiori propagationi, ac SS^{mæ} et individua Trinitatis, et B^{re} Mariae Virginis devotionis augmento huiusmodi, in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 5. Nos igitur eisdem exponentes specialij gratia favore prosequi volentes: necnon eorum quemlibet à quibusvis excommunicatione

228
municationis etc) usque ad: et absolutos
pre consentes: huiusmodi supplicationibus
inhibiti: dictam Confraternitatem, Con-
gregationem, ut praefertur, nuncupatam, et
in praefata Ecclesia dicti conventus, etiam
ut praefertur, erectam, et institutam, illius-
que erectionem, institutionem, insignia, sta-
tum, essentiam, denominationem, et om-
nia, et quaecumque illius officia, atque mi-
nistria, necnon statuta, consuetudines,
decreta, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
rata; privilegia quoque, indulta, gene-
ralia, et specialia, si qua sint eidem Con-
fraternitati, illiusque confratribus, tam
spiritualia, quam temporalia, etiam one-
roso, vel alio quovis titulo forsan necessa-
rio exprimendo, dicta Apostolica, aliisque
quavis Auctoritate concessa: quorum
omnium et singulorum tenores, ac si de
verbo ad verbum praesentibus insererentur,
eisdem praesentibus pro expressis habenda,
et insertis, quibuscumque illa sint
concepta formulis: necnon irritantibus,
et alijs decretis munita; perinde ac si
dicta Confraternitas in eadem Ecclesia
praefati conventus numquam erecta,
et instituta fuisset, apostolica auctori-
tate praefata perpetuo tenore praesentium
supprimimus, et extinguimus.

S. 6. Illisque sic suppressis, et ex-
tinctis, in praefata Ecclesia dicti Con-
ventus Tertium Ordinem SS^{mae} Tri-
nitatis Redemptionis Captivorum sub
invocatione ejusdem SS^{mae} Trinitatis,
et Protectione B^{tae} Mariae Virginis
a Remedij nuncupatum, pro utrius-
que sexus Christianis fidelibus, dicta Aposto-
lica Auctoritate, eorundem tenore
praesentium, etiam perpetuo exigimus,
et institimus. Dictumque Tertium Or-
dinem, sic, ut praefertur, erectum, et ins-
titutum in locum praefatae Confraterni-
tatis, sic, ut praefertur, suppressae, et ex-
tinctae, quovis titulo, et quavis ratione,
atque causa, competentibus, etiam quoad
participationem Indulgentiarum, privilegiorum,
facultatum

facultatum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum,
tam spiritualium, quam temporalium,
quibus praefata Confraternitas tempore sup-
pressionis, et extinctionis huiusmodi, de usu,
consuetudine, vel privilegio, aut alias, quocum-
modo libet gaudebat, et gaudere poterat:
dummodo tamen illa sint in usu, et non
revocata, nec sub aliqua revocatione compre-
hensa, sacrisque Canonibus, et Constitutioni-
bus Apostolicis, necnon Concilij Tridenti-
ni Decretis minime adversentur: Aposto-
lica Auctoritate, praesentium quoque tenore,
etiam perpetuo substituiimus, et subroga-
mus.

S. 7. Itemque Tertium Ordinem, sic, ut
praefertur, erectum, et institutum, omnes
que, et singulos, pro tempore existentes,
dicti Tertij Ordinis Confratres, seu
Tertianos in omnibus, et per omnia,
plenariae jurisdictioni, directioni, et qua-
terna, spirituali, et temporalis, tam Te-
neralium primordij Ordinis SS^{mae} Tri-
nitatis, quam Particularium praefati Co-
ventus, respective superiorum, dicta Apo-
stolica Auctoritate, similiter tenore
praesentium perpetuo subijcimus, et sup-
ponimus. Necnon omnes, et singulos,
Confratres dictae Confraternitatis, ut praefertur
suppressae, et extinctae, Tertium
Ordinem, ut praefertur, erectum, et ins-
titutum, ingressuros, et in veros Confratres
dicti Tertij Ordinis, ut praefertur, ere-
cti, et instituti, per inde, ac si ipsi in
eo jam adscripti, inique annuam Pro-
bationis, seu Novitiatus expleverint: quin
propterea annum Probationis, seu No-
vitiatus huiusmodi repetere, vel de novo
explere teneantur: eadem Apostolica
Auctoritate, pariter tenore praesentium
decernimus, et declaramus. Ac Sta-
tuta pro bono gubernio dicti Tertij
Ordinis, ut praefertur, erecti, et ins-
tituti, condita, et edita, ac pro tem-
pore existentibus ejusdem Tertij Or-
dinis, ut praefertur erecti, et instituti,
Confratribus, et Conceptoribus ad observandum
proponenda, sunt tenoris sequentis: videlicet:

Regula

I. Ingressus ad ordinem Tertiariū S^me Trinitatis, sub Protectione B^{te} Mariae Virginis à Remedij, non omnib⁹ in differentē concedatur, sed illis dumtaxat, de quibus bona spes haberi potest, quod, ut melius fiat, antecedentē ad ingressum fiant informationes de sanguine, vita, et moribus. Ad has informationes deputetur Pater Commissarius cum aliquo Tertiario, vel deputentur duo Tertiarij, electi, et approbati à Patre Commissario, Ministro, et Diffinitoribus, ejusdem Ordinis. Si ad ordinem ingressurus sit Sacerdos, Tibularis, Nobilis, et familiaris Minister. hunc non erit necessariū, quod precedant informationes de sanguine, sufficiunt de vita, et moribus.

II. Nullus ad Professionem admittatur, nisi plenē discat Regulam, quam observare debet, ut sciat: an observare possit, quod illi statutum est, tam in spirituali, quam in temporalī.

III. Habitus, et Cappa, sint coloris albi; et in scapulario imponatur Crux, cujus brachium, quod vadit in longum sit de panno rubeo; illud autem, quod vadit in transversum, sit caerulei coloris.

IV. Singulis diebus recitent Tertiarij Horas Canonicas. Clerici, et omnes Divinū Officium recitantes, ad nihil aliud teneantur, et poterunt in Officio Divino se conformare cum Calendario Ordinis S^me Trinitatis. Etiam recitantes officium B^{te} Mariae Virginis per illud satisfaciunt. Sed nullum ex praedictis Officium recitantes, dicent: pro Matustino duodecies Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri; ~~pro~~ ^{pro} Prima, sexies Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri; pro quolibet Hora, nempe, Tertia, Sexta, et Nonna, quinquies, Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri. Pro Vesperis decies, Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri. Pro Complotorio sexies Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri. Tertiarij Infirmi ab hac obligatione sint exempti, si in recitatione

experiantur magnam molestiam, et difficultatem. Tertiarij non recitantes: ut possint gratias, et indulgentias lucrari, duas Missas celebrari faciant, pro fratrib⁹ vivis, et defunctis.

V. Tertiarij quotidie Missam audiant; et si sint in Communitate, cum clausura, et Ecclesia; ubi Missa, et Divina officia celebrentur, interviant: diligenterque studeant: ut magna cum reverentia, magnoque obsequio omnia percipiant.

VI. Tertiarij accedant ad sacramentum poenitentiae, et Communionis, quando fuerint admisi ad Habitum, et Professionem, et omnibus festivitibus: nempe: Paschalibus Christi Domini, spiritus S^mcti, S^me Trinitatis, B^{te} Mariae Virginis à Remedij: omnibusque diebus, nempe: Cinerum, Coena Domini, sanctae Agnetis, S^{te} Catharinae Virg^{is} et Martiri, S^{ti} Joannis de Mata, S^{ti} Felicis de Valois, in quibus est Absolutio Generalis, sive communicatio Indulgentiarū Apostolica auctoritate concessa, et approbata.

VII. Praeter Ecclesiastica jejunia, quae omnes Fideles cōmuniter obligant, omni sexta Feria, tempore Adventus Domini, vigilijs S^me Trinitatis, B^{te} Mariae Virginis à Remedij, jejunent: quae quidem jejunia, si Tertiarij non observent, satisfaciunt, faciendo unam Missam celebrari pro fratrib⁹ Tertiarij, vivis, et defunctis.

VIII. Ante prandium, et cenam recitent Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri, rogando Deum, ut eis benedicat bona in mensa apponita. Finita mensa recitent, Pater noster, Ave Maria, Gloria Patri, gratias agendo pro beneficijs acceptis.

IX. Si aliquis Tertiarius fuerit infirmus referatur Patri Commissario, Ministro, et Diffinitoribus, ut per semet ipsos et per alios Tertiarios, ab ipsis electos, charitate, qua circumstantes edificare in Domino possint, illum sollicitē visitent: maxime si gravi morbo laboraverint, ac de Confessione, et S^me Eucharistia sacramento

sumendo,

230
sumendo admoneant, hortenturque ad patientiam, et
quantum in se fuerit consolentur. Si Tertiarius
fuerit Pauper, id referatur, ne aliquid deest
infirmo, quod necessitati expediat, de medici-
nis, et alijs necessarijs.

X. Quando aliquis Tertiarius e vita dis-
cesserit, omnes Tertiarij cum eo processio-
naliter ad locum sepulture vadant, et in-
tra spatium novem dierum pro ejus anima
dicent quinquaginta Pater noster, Ave maria,
vel celebrare faciant unam Missam. Qui
libet Tertiarius singulis annis celebrari
faciat duas Missas pro Fratibus tam
vivi, quam defunctis.

XI. Die 21. Mensis Septembris Con-
veniant omnes Tertiarij Electores, ad faci-
endam electionem. Ut autem omnis
confusio, aut ratio dubitandi de medio
tollatur, declaratur: quod in electione vo-
cem habeant. In primis Pater Provincia-
lis Ordinis SS^{me} Trinitatis: quod si qua-
libet ex causa per se ipsum non acciderit
tunc debeat presidere, et Vocem habere
in tali electione Pater Minister conventus
SS^{me} Trinitatis Vlyssiponensis: et si hic
etiam non acciderit ob aliquam causam
tunc debeat presidere, et vocem habere
Pater Commissarius. Praterca debeant
etiam vocem habere in dicta electione Mi-
nister Ordinis, et Diffinitores. Hi omnes
ceteras electiones faciant utiles, et ne-
cessarias, prout illis vicum fuerit, tam
ad cultum Dei, et B^{te} Virginis Ma-
rie, quam ad augmentum Ordinis
et Administrationem bonorum.

XII. Ritus suffragandi hic erit.
Die ergo 21. Septembris conveniant P.
Provincialis cum Tertiarij Electoribus,
et in Cappella Tertiariorum P. Commissa-
rius dicat Missam de spiritu Sancto,
cui interesse teneantur omnes Electo-
res. Finita Missa conveniant omnes
Electores ad locum ubi fit electio; et postea
quam omnes sederint, dicatur Hym-
nus: Veni Creator spiritus, D^{us} Emitte
spiritum tuum, et Oratio: Deus qui corda
Fidelium; quibus finitis, procedant ad e-
lec-

tionem, unusquisque suo ordine. Primus
P. Provincialis, postea Minister, Vice-Mini-
ster, Secretarius, et decem Diffinitores, Sche-
dulam in qua suam Voluntatem manifes-
tent, mittant in Urnam, que erit super
mensam, coram tribus scrutatoribus, ad ipsam
mensam sedentibus; et finita suffragatione
extrahat P. Provincialis ab Urna omnes Sche-
dulas, et eas numeret in omnium Electorum
presentia: et si tot invente fuerint quot
sunt electores presentes; singuli scrutatores
illas legant, faciantque collationem nume-
ri ad numerum; et ea facta, P. Provincialis
publicet nomina eorum, qui fuerint
electi, exprimendo suffragiorum numerum,
quem unusquisque electus habuit. Scruta-
tores erunt: P. Provincialis, Minister,
et primus Diffinitor. Primus: eligatur
Minister. Secundo Vice-Minister. Tertio
secretarius. Et postea decem Diffinitores:
tali ordine: ut qui primo loco fuit electus,
sit primus Diffinitor; qui secundo loco,
secundus; et sic de singulis. Finita elec-
tione, scribantur nomina Tertiariorum Elec-
torum; et Dominica sequenti post diem
21. Septembris, vocabuntur Tertiarij Elec-
ti ad occupandum locum, in quo unusquis-
que fuit electus. Et si aliquis ob aliquam
gravissimam causam predictum locum
acceptare non potuerit; loco illius eligatur
alius. In qualibet electione si forte con-
tingerit: quod suffragia sint equalia,
P. Provincialis, et si hic abfuerit, quilibet
Præsidentis electionis, Vocem habeat de-
cisivum.

XIII. Forma Benedictionis Scapu-
larij: et admittendi ad Habitum Tertia-
rios, sit, sicut disponit Formularium Con-
stitutionum Ordinis SS^{me} Trinitatis.

XIV. Forma admittendi Tertiarios ad
Professionem, in hunc modum fieri debet. Ego
Frater N. promitto SS^{me} Trinitati, Beate
Virginis Mariae, et tibi R^{do} Patri N. Com-
missario hujus Ordinis Tertiarij SS^{me} Tri-
nitatis, adimplere precepta divina, et obse-
vare Regulam, et Statuta hujus nostri
Ordinis, secundum gratiam mihi colla-
tam a Domino, et facultatem virium
mearum.

XV.

XV. Si forte aliquo tempore sint Tertiarij, qui velint congregari, et vivere in Comunitate, forma profitendi sit, sicut reperitur in Formulario Constitutionis Ordinis SS^{mae} Trinitatis.

XVI. Post emissam professionem dicat P. Commissarius: Ego N. Commissarius huius Ordinis Tertiarij SS^{mae} Trinitatis, Auctoritate Apostolica mihi concessa accepto tuam Professionem; et si omnia observaveris, tibi promitto vitam aeternam. In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen. Postea, dicat preces, et orationes.

XVII. Pater Commissarius, Ministri, et Diffinitores, quoties eis delatum fuerit delictum gravissimum, et publicum, alicujus Tertiarij, cum omni charitate, et humilitate illum de sua correctione admoneant. Quod si frequentem admonitus se corrigere neglexerit, extra Ordinem expellatur.

XVIII. In hoc Ordine admitti poterunt persone utriusque sexus, et in quocumque loco Regni Portugaliae. Extra Civitatem Lisbonensem nulla persona admitti poterit, sine facultate Patris Provincialis, qui designabit aliquem Religionum Commissarium, si ibi fuerit Conventus; vel si non fuerit, quamlibet personam Ecclesiasticam, quae Tertiarios potest admittere, ad habitum, et Professionem: eisque concedere gratias, et indulgentias.

XIX. Ut securitati Tertiariorum, et conscientiae, in posterum provideatur, sancitur, et declaratur: hanc Regulam non obligare ad culpam, sed unumquisque cum omni humilitate, si illius fuerit transgressor, accipiat poenitentiam, ei a Patre Commissario impositam.

S. 8. Dicta: Apostolica Auctoritate, pariter tenore praesentium, perpetuo approbamus, et confirmamus; illisque perpetua inviolabilis, et irrefragabilis Apostolicae firmitatis robore, vim, et efficaciam adjicimus: omnesque, et singulos, tam iuris, quam facti, et solemnitatum, aliorumque quantumlibet substantialium defectus, si qui deinceps quomodolibet intervenierint, in eisdem supplemus: itaque, sicut

sicut praefertur, approbata, et confirmata, pro tempore existentibus Confratribus, et Consortibus dicti Tertij Ordinis, ut praefertur exacte, et inviolabiliter observanda, Apostolica Auctoritate praefata, cum hoc tamen: quod novi Tertiarj teneantur, aliquam etiam parvam ad libitum pro Redemptione Captivorum eleemosinam offerre, et arbitrio Confratrum, seu Tertiariorum praefatorum sit huic tanto operi adscribere quotam, seu eleemosinam illam, quae numero IV. praefatorum statutorum solvenda legitur a Tertiarj, preces ibidem loco Divini Officij eisdem imponitur, recitare omittentibus. Harum vero eleemosinarum collectio, et administratio in omnibus subiaceat dispositionibus illis, quae apud Ordinis constitutiones Apostolicas libro 1. cap. 6. leguntur. Idem perpetuo tenore praesentium concedimus, et assignamus.

S. 9. Praesentes quoque nostras litteras Apostolicas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostra, seu quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, aut contrarium revocari posse, sed semper, atque perpetuo validas existere, iusque plenarium, et integros effectus sortiri, et obtinere. Sicque et non alias, per quocumque Iudices, Irritum quoque et inane si aliter contigerit attentari.

S. 10. Ac demum: ut praefatus Tertius Ordo, ut praefertur, erectus, et institutus majora in dies suscipiat incrementa, ac pro tempore existentes praefati Tertij Ordinis confratres, et Consortes in priorum operum exercitio confoveantur, nec non Christianifideles ad dictum Tertium Ordinem, ut praefertur erectum, et institutum de caetero ingrediendum per amplius invitentur, dictaque Ecclesia in debita veneratione habeatur, ac ab eisdem Christianifidelibus, vere poenitentibus, et confessis, qui dictum Tertium Ordinem, ut praefertur, erectum, et institutum de caetero ingrediendum die primo eorum ingressus, si SS^{mae} Eucharistia

22^a hie sacramentum susceperint: necnon eisdem
 23^a et pro tempore existentibus dicti Texti,
 24^a ordinis, ut preteritus, erecti, et instituti co-
 25^a fratribus, et conuocatis, etiam vere pœ-
 26^a nitentibus, et confessis, ac sacra Communio-
 27^a ne resectis, die eorum Professionis; et post
 28^a emissam per eos, et eas respective, professio-
 29^a nem huiusmodi, etiam die cuiuslibet
 30^a eorum, et earum respective, obitus: In-
 31^a dulgentiam plenariam, ac omnium, et
 32^a singulorum peccatorum suorum veniam,
 33^a et remissionem, Apostolica Auctoritate
 34^a etiam perpetuo tenore presentium
 35^a concedimus, et elargimur.

36^a S. 11. Quo circa, dilectis Filij Lau-
 37^a rorum Camere Apostolica Auditori, ac
 38^a nostro, et Sedis Apostolica Nuncio in
 39^a Regno Portugaliae residenti, per preter-
 40^a ter committimus, et mandamus: quatenus

41^a ipse, vel eorum alter, per se, vel alterum, præ-
 42^a senter litteras, et in eis contenta quacunque
 43^a ubi, et quando opus fuerit, et toties quoties
 44^a pro parte interesse in præmissis habentibus
 45^a fuerint requisiti, solemniter publicæ, illis-
 46^a que in præmissis efficaci defensionis præse-
 47^a dio assistentes, faciant Auctoritate nostra
 48^a præter litteras, et in eis contenta quacunque
 49^a ab illis ad quos spectat, et spectabit in futu-
 50^a rum, inuisitabiliter, et inconcusse observari
 51^a Omnesque ad præmissorum comodo, et effectum pa-
 52^a cifice fieri, et gaudere. Non permittentes ad
 53^a Contradictore quolibet et rebelles ad.

54^a S. 12. Non obitibus felicis recordatio-
 55^a nis Pontificij Pape VIII. ad ceterisq; cõtra-
 56^a quibuscunque
 57^a Dat: Roma apud S. Mariam maiorem
 58^a sub Annulo piscatoris die 28. Martij
 59^a 1759. Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

1. Hoc Breve extat originale in Archivo N^o Conuentus Ulyssiponensis; cuius Transcriptum imperium accepi anno 1760. à Generali Chronographo Provincie Portugaliae R^o admodum P. Magistro Fr. Emanuele à Sta Lucia per Tabellarium Publicum.
2. Multa sunt notatu digna in hoc Breui. Primo: ~~antiqua~~ Antiquitas Confraternitatis N^o Religionis in Regno Portugalia; hæc enim fundata erat in Conuentu Santarenensi anno 1208. et Dominus Sancius I. Portugalia Rex, cum filijs, et filiabus suis, erant confratres dicte confraternitatis: ut auerit idem Rex in Privilegio Donatio- et N^o Ordini eodem anno 1208: ubi dicit: Hereditates, quas ibi habeo, offero Sancte nostris. Hæc Confraternitas Virginem Mariam à Remedij colebat uti Patronam; et ideo Venerabilis P. Magister Fr. Ioannes Navarro, qui fuit tertius Minister Santarenensis ad Pedes B^o Virginis à Remedij in Altari Cappelle maioris dicti Conuentus, eos depingere fecit genifles dicentes B^o Virgini Maria: sub umbra alarum tuarum Virgo Remediatrice speravimus; et ad pedes fundatorum scribere fecit: Sancti Fundatores huius Cœ nobij. Era 1246; quæ correspondet anno à Nativitate Domini 1208.
3. Deinde Huius Conuentus fuit Filius Venerabilis P. Magister Fr. Stephanus Santarenensis insignis Captivorum Redemptor, Fundator Conuentus Ulyssiponensis, et Hospitalis eo adjuncti; in quo fundavit confraternitatem, et dedit illi leges, et statuta. Fuit Confessor Major S^o Elizabethæ Portugaliae Regine, et Audientis, sive Patris Do- mine Catharine Soeira, Domine honoris, sive Cubicularie S^o Elizabethæ Regine: ultra- que ingressa fuit in Confraternitatem N^o Religionis. Domina Catharina Nuncio reliquit Testamentarium, et voluit sepeliri cum Habitu N^o Religionis; ut constat ex suo testamento, quod in Archivo N^o Conuentus Ulyssiponensis custoditur. Et carta Confraternitatis S^o Elizabethæ Regine magna cum veneratione aueratur, ut præciosa Reliquia, in ipso Ulyssiponensi Conuentu nostra.

Hanc

4. Hanc Confraternitatem suppressit Clemens XIII. et quia à sua fundatione venerata fuerat ²³³
 virginem Mariam à Remedij, uti Patronam: ideo loco ipsius Confraternitatis erexit S^us:
 mus Pontifex cum hoc Brevis Tertium Ordinem SS^{mae} Trinitatis, eidem assignando pro
 Patrona, et Protectrice, B^{ta} Virginem Mariam à Remedij: ut ibi dicit Vicarius Chris-
 ti: Tertium Ordinem SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum sub invocatione ejus-
dem SS^{mae} Trinitatis, et Protectione B^{tae} Mariae Virginis à Remedij. Et si B^{ma} Vir-
 go maria sub titulo de Remedij est Patrona Tertij Ordinis SS^{mae} Trinitatis: quomodo
 non erit Patrona primi Ordinis? Quidquid habet quilibet Tertius Ordo à Primo
 Ordine dimanat: aliter Tertiarij feliciores possent esse Religionis Professis.

5. Ideo pro omnibus Trinitarij, etiam Reformati, etiam Discalceati, laude sūt
 digni Patres N^{ri} Lucitani; Ibi enim soli, auctori fuerunt erectionem Tertij Ordinis
 SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum: Ibi soli impetrarūt Regulam Apostolicā
 pro Tertiarij, noctis: Ibi soli adepti sunt declarationem Patronatus Virginis Ma-
 riae de Remedij à Sede Apostolica. Nūc jam venit tempus, ejusdem Virg^{is} officij impetrandi.

Bulla V.

Decretum SS^{mi} Dⁿⁱ n^{ri} Clementis XIII.
declans quoddam miraculū V. Servi Dei
Simonis de Roxas.

Toletana.

Beatificationis, et Canonizationis V. Servi
 Dei Simonis de Roxas Ordinis Calceatorū
 SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Edito à S^{ta} Memoria Clemente XII. Pa-
 trice maximo, post generalem coram se ha-
 bitam congregationem, Solemni Decreto
 de Virtutibus in gradu heroyco Venera-
 bilis Viri Simonis de Roxas, qui mox
 cepit de quibusdam miraculis, quae e-
 jus intercessionem ab Omnipotenti Deo
 parata predicabantur: ut accedente ni-
 mirum Apostolicae Sedis Iudicio, pateret
 hinc via, ad solemnem Servi Dei Bea-
 tificationem. Horum examen primò ins-
 titutum in Congregatione Antiprepara-
 toria die 12. Novembris 1739. restau-
 ratum deinde in binis alij Preparato-
 rij die 21. Novembris 1741. et die 2.

Decembris 1749. Delatum postremo fuit
 ad Congregationem generalem coram
 SS^{mo} D^{no} n^{ro} Clemente XIII die 20.
 Januarij 1761. Sacrebitas vero sua au-
 ditis de hisce miraculis, quae quatuor
 proponebantur, Consultorū, et Reveren-
 tissimorum Cardinalium suffragij, cu-
 de-

deliberationem suam aliud in tempus
 rejiceret, ut De^{ivini} interim Spiritus illus-
 trationem, et opem imploraret: hac de-
 mum die Purificationis B^{tae} Mariae
 virginis dicata, post sacra peracta
 Coelestis iterum luminis praesidio in-
 vocato: accitisque coram se Reverendis-
 simis Cardinalibus Cavalchino Causa
 Ponente, et Ferronio Sacra Rituum Con-
 gregationis Praefecto, necnon R^{do} Patre
 Cajetano Forti, Fidei Promotore, meque
 Sacrae Congregationis Secretario: animū
 suum aperiens decrevit: Contare in
 tertio genere de primo ex quatuor al-
 latis miraculis: instantanea nimirum
 sanationis Mariae Iosepha Torquemada,
 ab ulceribus sinistrae ejus mammam
 jam diu torquentibus, et devastanti-
 bus. Ut autem Apostolici hujus judi-
 cij perenne extaret monumentū: De-
 cretum istud in Acta Sacra Rituum
 Congregationis referri, et publicari
 mandavit.

Joseph Maria Ferroni Praefectus.

Loco III sigilli

Joseph Maria Serma Sa-
 cra Rituum Congregationis Secretarius.

Not-

Notabilia

Hoc Decretum servatur Originale in Archivo conventus Majoricensis notitiam Calceatorum; et transcriptum impressum ejusdem in Archivo hujus conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla VI.

Constitutio Visitator Apostolicus nostrorum
Conventus Majoricensium R^{mo} admodum
Pater Magister Fr^{sc} Antonius Andreu, et
Mario, N^{ri} Conventus Barcinonensis Filius.

zantes lib: 1. Cap: 38. S. 8.) illuc mittere non possit; sed munus hoc uni ex Insularis conventuum illorum Incolis committere debere.

B^{ene} Pater!

Cum autem postea adversus hoc, et alia enuntiata Decreta Magister

Frater Guillelmus LeFebvre, Doctor Parisiensis, Minister Generalis Ordinis Sac^{ti} Trinitatis Redemptionis Captivorum: et Frater Antonius Puig ejusdem Ordinis, atque in Aragonia Provincia Modernus Provincialis Minister: Humillimi S. V. Oratores, eo, quo par est obsequio exponunt eidem:

Frater Josephus Baza, tunc Provincialis reclamaverit: pro ut, et nunc, reclamant etiam dictus Modernus Provincialis, Orator, apud dictum Ministrum Generalem, exponendo: quod illorum decretorum pax, et executio, non solum ipsius Provincialis auctoritati, et jurisdictioni; verum etiam et ipsorum Conventuum Religiosis incrementis, non parum damni, et commodi allatura sit, ac insuper iurgijs, et litibus, religiosam pacem perturbantibus inter Fratres ipsos Majoricenses memorata decreta obnoxia esse, jamjam experientia doceat; cum que aliunde, neque R^{mo} Generalis visitatores ad Insulam mittere queat; quia hoc eidem vetitum est per Ordinis Constitutiones, in quibus lib: 1. cap: 37. S. 11, expresse habetur: quod R^{mo} P. Generalis, nec Visitatores, nec alios quoscumque, qui ejus vices gerant: neque P. Provincialis visitatorem in Insulam instituere possit, cum Patres illi Decreta P. Generalis, vi quorum instituere prohibetur, executioni mandata contendant; et per se ipsum accedere, non ita facile permittat, Aragonica, cui preest Provincia, semphiduo, ad tria Regna sese protendens: Hinc^{ut} imminentium Malorum occurratur periculo prefati Oratores (predecessore, et insinuante Em^o Cardinali Caraculo de S. Bono Zelatinimo prefati Ordinis

Quod cum Minister Generalis supra dictus ad certam instantiam nonnullorum Religiosorum conventuum S^{ti} Spiritus, et S^{te} Catharina Insula Majorica, quaedam Parisijs Decreta ediderit sub die 14. Julij 1758, quae sibi opportuna, et utilia, tunc visa fuerunt pro recto regimine, et gubernio, tum spirituali, tum temporali predictorum Conventuum, quaeque a sacra Congregatione Episcoporum, et Regularium sub die 23. Januarij approbata, atque ut executioni mandarentur clarissima memoria Cardinali Portocarrero, tunc dicti Ordinis Protectori commissa sunt: Inter illa vero Decreta hoc reperitur.

Quod videlicet Provincialis Aragoniae sub cuius ditione, et territorio conventus illi Majoricenses cadunt, si personaliter ad illos visitandos (prout duobus primis annis sui officij visitare tenebatur), non accesserit, nullum alium visitatorem (sicut multi Provinciales fecerunt, et omnibus licet per Ordinis Reges, et Constitutiones, id expresse permit-

Inter illa vero Decreta hoc reperitur. Quod videlicet Provincialis Aragoniae sub cuius ditione, et territorio conventus illi Majoricenses cadunt, si personaliter ad illos visitandos (prout duobus primis annis sui officij visitare tenebatur), non accesserit, nullum alium visitatorem (sicut multi Provinciales fecerunt, et omnibus licet per Ordinis Reges, et Constitutiones, id expresse permit-

Inter illa vero Decreta hoc reperitur. Quod videlicet Provincialis Aragoniae sub cuius ditione, et territorio conventus illi Majoricenses cadunt, si personaliter ad illos visitandos (prout duobus primis annis sui officij visitare tenebatur), non accesserit, nullum alium visitatorem (sicut multi Provinciales fecerunt, et omnibus licet per Ordinis Reges, et Constitutiones, id expresse permit-

Profectores) unanimi consensu, deliberaverunt
habere recursum ad S^{te} V^{ra} humiliter sup-
plicantes: quatenus ad praedictum ef-
fectum, minidantium jurgium sedandi pro-
cellam, R^{du} P. Magistrum Fr. Antonium
Andreu, et Maso ejusdem Ordinis,
in quem uterque Orator convenerat, in
Visitatorem Apostolicum pro dictis Con-
ventibus Majoricibus eligere, ac deputare
dignetur: Virum abunde probum, ac om-
nibus praedictum qualitatibus, ad hujus-
modi officium exercendum laudabiliter ei-
demque tribuere omnes, et quascumq³ facul-
tates necessarias, et opportunas, ut pro hac
vice tantum ad praedictos Conventus, tan-
quam Visitator Apostolicus se conferat:
rebusque omnibus mature considerat-
is, nomine utriusque Oratoris Decreta,
que contra, vel supra leges, et laudabiles
Provinciae consuetudines, (quas in sui Offi-
cij ingressu R^{mo} P. Generalis observatu-
rum juravit) deputatus Visitator repere-
rit, interpretari, et corrigere, et revocare
in totum, vel in partem: aliaque nova
condere, et reliqua omnia peragere, quae
in Domino visa fuerint expedire pro Re-
gionis, ac Religiosorum Majoricenu^m in-
cremento spirituali, ac temporali; pro pa-
ce inter eosdem, et Provinciales firmam-
da, perpetuoque servanda, perficere, de-
cernere, et mandare possit, et valeat: cum
caeteris quoque facultatibus, similibus Vi-
sitatoribus Apostolicis tribui solitis, contra
impedientes illius Commissionem, aut ma-
gis datis resistentes; taxando tempus, quod
S^{te} V^{ra} visum fuerit pro hujusmodi
visitatione complenda: utque illius Sac-
ta, Decreta, seu Statuta, postquam co-
mpleverint, omnia per Visitatorem, et Se-
cretarium, ab eodem deputandum, ad Re-
verendissimum P. Generalem, et Provin-
cialem, Oratores, fidehiter transmitt-
tantur; ad hoc ut si ita judicaverint,
expedire, et exoptatum pacis, et in-
crementi spirituali, et temporali effectum
ex eisdem proveniturum, perpetuo sedis

233
Apostolica confirmatione stabiliantur mun-
mine, intereaque deputatus Visitator Apost-
olicus adhuc post causam visitatione Apost-
olica fungatur Auctoritate, quousque
ab Inula, et Conventibus illis discedat.
Et erit gratia ad).
Sacra Congregatio Em^{um} et R^{mo} S.
R. E. Cardinalium, negotij, et Consul-
tationibus Episcoporum, et Regularium
proposita ad quam Ssm D^{ns} not-
ter supplicem libellum remittit refe-
rente Em^{mo} Columna de Sciarra Ponē-
te, attenta relatione Em^{mi} Caracciolo
de S. Bono, praefati Ordinis apud S^{ad}
sedem Protectoris, ac audito P. Procura-
tore Generali Ordinis, re mature pen-
satis, Oratorum precibus benigne indul-
xit pro gratia juxta petita;
Et propterea Deputatione^m Patris
Magistri Antonij Andreu, et Maso
in Visitatorem Conventuum ipsius Or-
dinis S^{ma} Trinitatis Redemptionis
Captivorum Inula Majoricensis benignae
approbavit, ei facultatem concessit, ut tan-
quam Visitator Apostolicus, enuntiatus
conventus Majoricenses, illorumque Reli-
giosos, tam in capite, quam in membris
visitet, nec non Religiosorum mores, vitam,
ad primae Ordinis Institutum observandum,
et sacrorum Canonum, et sacri Concilij Tri-
dentini Decretorum praescripta reformet,
dircensionem, et controversias quascumque
divinat, atque componat: aliaque faci-
at, et decernat, quae pro majori divini
cultus augmento, ac disciplina Regularis
propagatione, magis in Domino expedire
arbitrabitur; et praesertim, ut in dicta
visitatione, omnibus in faciem loci matu-
re perpensis, praerescita Decreta vale-
at interpretari, corrigere, vel servare
mandare in totum, aut in partem, alia-
que nova Decreta condere pro Religio-
nis, ac Religiosorum Majoricenu^m Spiritua-
li, ac temporali incremento, ad pacem,
inter eosdem, et Provinciales pro tempore
firmada,

236
 22 firmandam, perpetuoque servandam.
 22 Contradictores quoque et rebelles per
 22 censuras Ecclesiasticas, aliaque juris, et facti
 22 remedia omni appellatione postposita com-
 22 pescendo.
 22 Tribuens eadem Sacra Congregatio
 22 harum vigore prefato Patri Magistro Fratri
 22 Antonio Andreu, et Marro pro premiorum
 22 effectu omnes facultates necessarias, et op-
 22 portunas: hac tamen conditione adjecta:
 22 quod quaecumque Decreta, quae idem Pa-
 22 ter Visitator reformaverit, correxerit, vel
 22 de novo condiderit, eadem fideliter Pa-
 22 tribus, Ministro Generali, et Provinci-

22 ali transmittere teneatur, ad hoc, ut ipse,
 22 si ita expedire, judicaverint, illorum ap-
 22 probationem, et confirmationem ab hac
 22 Sede petere, et impetrare possint, et va-
 22 leant. Et interea ipsemet Visitator, ut
 22 supra deputatus, adhuc post clausam
 22 visitationem Apostolica fungatur Auctori-
 22 tate quovisque ab Insula, et conventibus
 22 illis liceat.
 22 Romae 17. Julij 1761.
 22 Cardinalis Cavalchini.

22 Locos sigilli
 22 S. Bonaccorsi Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum Originale extat in Archivo Conventus Barcinonensis Notivo-
 rum Calceatorum, et Transumptum ipsius confectum a Secretario ejusdem Visi-
 tatoris Apostolici in Archivo conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis. suam Visitatio-
 nem quietissime, et tranquillissime perfecit; nullum Contradictorem, nec rebellem
 invenit; neque in capite, neque in membris, nec ex Ministris, neque ex Religio-
 sis ullum castigavit. Interpretavit Decreta R^{mi} P. Generalis Guillelmi de Febu-
 re: Precepit: quod Patres Provinciales pro tempore existentes, ex duabus Visitatio-
 nibus, quas tenentur facere duobus primis annis sui Officij, unam saltem (non
 personaliter visitarent dictos Conventus) tenerent committere alicui Religioso habili,
 ex prefatis conventibus Majoricibus. Decrevit, quod non possent extrahi Religi-
 osi Majoricenses invidi a suis Conventibus, nisi ob casus Regulae. Mandavit
 quod non possent extrahi preterea Nominationis Vicarij, vel alterius Officij, sed so-
 lus ob casus Regulae: et quod in eos incidisse, deberet constare per sententiam, vel
 P. Ministri, vel P. Provincialis. Et alia quamplurima decreta edidit: quae brevitas
 hic causa hic omittuntur. Et omnia ista Decreta confirmata fuerunt a Sacra Con-
 gregatione: ac videri possunt in libro Visitationis hujus Conventus S^{ti} Spiritus
 Majoricensis, asservato in Archivo dicti Conventus. Inde sufficienter patent mo-
 tiva, quae habuerunt dicti conventus, ad recursum R^{mo} Generali factum.

Bulla VII.

+ Concedit facultatem Cantandi Missam de Sac-
 tissima Trinitate cum Gloria et Credo, summo
 mane omnibus Dominicis diebus, exceptis 1^a
 et 2^a Casis, Conventui Nostris Barcinonensi.

22 P^{me} Pater!

22 Magister Fr. Antonius Puig Modestus Pro-
 22 vincialis Provincia Gotholannensis Ordinis
 22 SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum,
 22 et Magister Fr. Antonius Andreu, et Marro,
 22 nomine

22 nomine quoque, et voce Conventus Barcin-
 22 onensis ejusdem Ordinis, previo sacrorum
 22 pedum osculo, S^{ti} U^{rae} humiliter exponit:
 22 quod in Ecclesia praecitata Conventus mul-
 22 tis ab hinc annis, quaedam spiritualia
 22 exercitia Dominicis diebus post Vesperas
 22 peraguntur a Christianis, quae aliam
 22 ab Ordinario approbata cum sint, in laudem,
 22 et honorem Dei unius, et Trini, cujus ineffe-
 22 fabili

11 fabili misterio Ecclesia illa, sicut et Domini-
 11 cus dies consecratus est, instituta, et continua:
 11 ta fuere: inter haec decantatur Hymnus, qui
 11 sacrum Trisagium appellatur: brevis Homi-
 11 lia ad Populum de tanto Misterio habetur; a-
 11 liaque perficiuntur, quae ad augendam devo-
 11 tionem erga sanctam, et individua Trini-
 11 tatem, christiano Populo adeo necessariam,
 11 et comendandam, opportuna videntur, secun-
 11 dum Ecclesiae sanctae monita, sanctorum Pa-
 11 trum doctrinam, et S^{ti} V^{rae} laudandum,
 11 et imitandum exemplum. Crevit dictim
 11 devoti Populi concursus ad praecipua exor-
 11 ciba, non sine fructu spirituali, ab eodem
 11 qui incrementum dat, Domino proveni-
 11 ente; utque magis, ac magis, (sicut spera-
 11 re licet ab ipso Deo) Devotio isthaec om-
 11 nium fidelium cordibus haereat, altio-
 11 resque radices agat, atque praecipuum
 11 Fidei noxae misterium in veneratione
 11 SS^{mae} Trinitatis repledeat deprecā-
 11 tur Oratores humillimi Trinitarij S^{te}
 11 V^{rae}: quod decantari possit ~~Missa~~
 11 ~~solennis in honorem~~ sicut non-
 11 nullis Ecclesijs B. M. Virgini dicatis indul-
 11 tum est per Sanctam Sedem: quod decan-
 11 tari possit Missa votiva solennis in hono-
 11 rem ipsius B. M. V. cunctis diebus pau-
 11 cis exceptis: ita Ecclesiae praecipua Convē-
 11 tus per S^{tem} V^{rae} indulgeatur: quod
 11 possit Dominicis diebus tantum, excep-
 11 tis excipiendis, Missa quoque Votiva so-
 11 lemnis primo mane in honorem et lau-
 11 dem SS^{mae} Trinitatis cum Gloria et Credo,
 11 usque ad misterium explicandum, et extol-
 11 lendum aptiora, decantari pariter pos-
 11 sit, et valeat. Et erit gratia etc.

11 B^{ne} Pater!

11 Procurator Generalis Trinitariorum ad V^{rae} S^{ti}
 11 pedes provolutus numerum auget Oratorum,
 11 Missam Votivam de SS^{ma} Trinitate pro Ec-
 11 clesia conventus Barchinonensis deprecen-
 11 tium, cum alias bene sibi comitet, sicut et
 11 omni caeteri praedicta Civitatis, vera S^{ti} V^{rae}
 11 exponere Oratores, qui Missae Conventuali in
 11 conventu illo observantissimo minime praeju-
 11 dicare intendunt: imo a S^{ti} V^{rae} Urbi, et
 11 Orbi nota devotione erga SS^{mae} Trinita-
 11 tis misterium ineffabile addicti, gratiam
 11 istam ab eadem sperant firmiter, si S^{ti} V^{rae}
 11 placuerit. Cujus S^{tae} benedictionem humiliter
 11 deprecantur pariter. = Fr. Antonius Moreno
 11 Morales. Dat. in hoc SS^{mae} Trinitatis Ad-
 11 die 19 Decembris 1762.

11 Barchinonensis

11 Porrectis per P. P. Antonium Puig Ministru Pro-
 11 vincialem Ord^{is} SS^{mae} Trinitatis Redemp^t Capti-
 11 vorum, et Antonium Andreu, et Maso, nomine
 11 Fratru Conv^{us} Eiusdem Ord^{is} Civitatis Barchi-
 11 nonensis, SS^{mo} D^{no} n^{ro} Clementi Papa XIII
 11 humillimis precibus, pro facultate celebrandi in-
 11 gulis anni Dominicis Missam Votivam Solemnem
 11 de SS^{ma} Trinitate summo mane cum Gloria,
 11 et Credo: S^{tan} Sua habito prius Voto Procura-
 11 toris Generalis Ordinis: attendis circum-
 11 stantijs in supplici libello expressis, ad relatio-
 11 nem factam per me infrascriptu Secretarium
 11 gratiam petitam, exceptis illis Dominicis 1^{ae}
 11 et 2^{ae} Classi: non omnia tamen celebratione Mis-
 11 sae Conventualis cu Cantu de die, Oratoribus
 11 benigne concessit

11 Die 29 Decembris 1762.

11 Joseph Maria Cardinalis Ferroni Praefectus.

11 loco H^{is} sigilli.

11 S. Burgesius S. R. C. Secretarius.

11 Notabilia

Hoc Decretum invenitur Originale in Archivo N^o Conventus Barchinonensis; et ejus-
 dem transumptum a me factum in dicta Barchinonensi Conventu anno 1763,
 in Archivo hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bul-

Bulla VIII.

Concedit pro septem annis Orationē 40. Ho-
rarū in Festivitatibus Pentecostes Conven-
tū N^o S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Clemens Papa XIII.

Universis Christianis presentes litteras int-
pecturis: salutē, et Ap^licam benedictionē.

S. 1. Ad augendū Fideiū Religionē,
et animandū salutem Coelestibus Ecclesia
Therauris pia Charitate intenti: omnibus
viriūque sexus Christianis verē pe-
nitentibus, et confertis, ac sacra Cōmuniōne
refectis, qui Orationi 40. Horarū continu-
atarum, non autem, nisi nocti tempore
interpollatarū de licentia Ordinarij in
Ecclesia S^{ti} Spiritus Fratruū Ordinis SS^{me}
Trinitatis Redemptionis Captivorū nūcupa-
torū Oppidi, Civitatis municipate Palma
Majoricensis Diocesis, Dominica Pente-
costes Inhibenda, per aliquod tempus
spatium interfuerint, et ibi pro Christia-

norum Principum Concordia, haeresum ex-
tirpatione, ac S^{ta} Mariae Ecclesia exalta-
tione, pias ad Deum preces effuderint.
plenariam omnium peccatorū suorū indul-
gentiam, et remissionem misericorditer
in Domino concedimus.

S. 2. Praerentibus ad septennium
tantum valituris.

S. 3. Volumus autem: ut si alias in-
quocūque alio anni die praemissa in dic-
ta Ecclesia peragendibus aliqua alia in-
dulgētia ab vel si pro impeditione, pre-
sentatione, admissione, seu publicatione pre-
sentium aliquid vel minimū, dedux; vel
spontē oblatum recipiatur, praesentes nul-
lae sint.

Dat. Roma apud Sanctā Mariam
majorem sub Annulo Piscatoris
die 5. Januarij 1765. Pontificatus
nostri anno septimo.

Notabilia

Hoc Breve asservatur Originale in Archivo dicti Conventus S^{ti} Spiritus Ma-
joricensis: celebrata fuerunt ista 40. Horae hoc septennio expensis dicti Lau-
rentij Rovello Negociantis, et dictae Margaritae Annae Meia ejus Uxoris.

Bulla IX.

Approbat SS^{mus} Clemens XIII. aliud
miraculum Ven: Servi Dei Simonis de
Roxas.

Tolletana.

Beatificationis, et Canonizationis Vene-
rabilis servi Dei Simonis de Roxas Or-
dinis Calceatorum SS^{me} Trinitatis
Redemptionis Captivorū.

Ex quatuor miraculis, quae intercessione
Ven: Servi Dei Simonis de Roxas patra-
ta divinitus dicebantur: primum qui-
dem, quod erat instantanea sanationis
Mariae Josephae Torquemada ab ulceribus
sinistram ejus mammam torquentibus, ac
devastantibus, suam jam habuit Apostolica
approbationem: Nam SS^{mus} D^{ns} noster

Papa Clemens XIII. post collecta suffragia cō-
sultorum omnium, et Reverendissimorū Cardina-
lium, qui interfuerant Congregationi Generali,
habita die 20. Januarij anni 1762. die tamē
2. Februarij anni 1762. declaravit: de hoc primo
miraculo: constare in tertio genere.

Verū cum iustis de causis motus de-
inde fuisset, ut copiam daret Postulatorib;
experiendi novum examen aliōd^o trium
miraculorum in altera Congregatione Gene-
rali coram se convocanda; ac tandem die
24 elapsi mensis septembris: Idem SS^{mus}
D^{ns} noster, audita iterum plenitudine suf-
fragiorū ejusdem Congregationis, etsi iudicium
tunc suum non apperiret, quoad Divini Nū-
minis illustrationem, et suā, et aliorū precibus
imploraret: hac tamen die, qua memo-
ria

ria recolitur Patrocinij B^{te} Mariae Virginis
 accitis Reverendissimis Cardinalibus, Caval-
 chino causa Ponente, et Feronio Sacrorum Ri-
 tum Congregationi Praefecto, necnon R. P.
 Cajetano Forti Fidei Promotore, meque ejus-
 dem Sacrae Congregationis Secretario: decla-
 ravit: Constare in tertio genere de instantia
nea sanatione Josephae Rivero Sarmiento

239
 a veteri Aneurismate.
 Hoc Decretum publicari, et in Acta Sacro-
 rum Rituum Congregationis referri mandavit.
 Hac die 10. Novembris 1765.
 Joseph Maria Card: Feroni Praefectus
 loco II sigilli.
 S. Archiep: Theodora S. R. C. Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum impressum in Typographia R. C. A. et duplicatum asservabitur in Archivo
 hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla X.

Decretum Sacrae Rituum Congregationis decer-
nens: tuto posse procedi ad Beati
Venerabilis Servi Dei Simonis de Roxas.

Tolzana

Beatificationis, et Canonizationis Ven: Ser-
 vi Dei Simonis de Roxas Ordinis Cal-
 ceatorum SS^{me} Trinitatis Redemptionis
 Captivorum, Fundatoris Congregationis
 Ave Maria.

In eadem illa Congregatione Generali Sa-
 crorum Rituum Congregationis coram SS^{mo}
 D^{no} nro Clemente Papa XIII. habita
 die 28. mensis Januarii proxime elapsi
 in qua de miraculis actum fuit B^{te}
 Joanne Franciscæ Femiol de Charthal
 et B^{te} Seraphini de Arcano, seu de Ma-
 te Granario, relata etiam est a Rmo
 Cardinali Albano Episcopo Sabiniensi,
 nomine, et loco Rmi Cardinalis Caval-
 chini Episcopi Ostiensi, et Sacri Colle-
 gij Decani, altera causa Venerabi-
 litatis Servi Dei Simonis de Roxas
 Ordinis Calceatorum SS^{me} Trinita-
 tis Redemptionis Captivorum super
 dubio: An stante approbatione vir-
tutum, et duorum miraculorum, tuto
procedi possit, ad Beati
praedicti Servi Dei?

Cum autem, Sanctitas Sua, an-
 distis licet suffragij Consultorum, et
 Reverendissimorum Cardinalium qui
 unanimi consensu responderat: tuto
posse.

posse ad Beati

ficacionem procedi, negati-
 um tamen disdulerit, quoad divini
 luminis illustrationem suis, et aliorum
 precibus implorasset: Hac tamen die,
 in qua recurrit solemnitas Dominica
 quarta Quadragesimae: accitis coram
 se Reverendissimis Cardinalibus Ca-
 valchino Episcopo Ostiensi, sacri Colle-
 gij Decano, Cause Relatore, Albano E-
 piscopo Sabiniensi, et Feronio Sacrorum
 Rituum Congregationi Praefecto, necnon
 R. P. Cajetano Forti Fidei Promotore,
 meque infra scripto Secretario, present
 Decretum Beati

ficacionis Venerabilis
 servi Dei Simonis de Roxas solemn
 ritum in Basilica Vaticana celebranda
 expediri, publicari, et in Acta Congre-
 gationis Sacrorum Rituum referri ma-
 davit.

Hac die 9. Martij 1766.
 Joseph Maria Card: Feroni Praefectus
 loco II sigilli

S. Archiep: Theodora S. R. C. Secretarius.

NOT

Decretum
Hoc Breve impressum in Typographia R. C. A. et duplicatum a servatur in Archivo hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla XI.

Beatificationis Ven: Servi Dei Simonis de Roxas Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum S^{ss}me Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

S. 1. Admonet Nos Claviger Regni Coelestis, Apostolorum Princeps, Petrus, tamquam quam advenas, et peregrinos conservari in hoc saeculo, abstinenter a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam: ut jam non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est temporis, in carne vivamus. Considerandum igitur, et avidue cogitandum, non habere hic nos manentem civitatem, sed futuram inquirere: Corporis quidem pondere gravatos in terra vis deineri, sed conversatione nostram in caelis esse. Illuc cogitationes, ac curas omnes conversas, atque intentas esse oportet, et peregre constitutos properandum in Patriam regredi. Nam memores, jam in sacro Baptismi lavacro, Satanae, et Mundo, ejusque pompis, atque operibus renuntiasse, debemus diabolica omnia vitare contagia; sancta, recta, et divina sequi, mundana omnia, veluti aliena respicere; superna solum desiderare; temporalia despiciere, aeterna quodere; terrena fastidire, caelestia amare.

S. 2. Apostolicis praeceptis instructus, et caelestibus disciplinis exuditus id totum, donec in mortali corpore motus sit, divina opitulante gratia, Servus Dei Simon de Roxas eximie in se completum, ac perfectum ostendit. Etenim pueritia, et adolescentia pie, ac innocenter exacta, quo longius se a mundanis rebus abduceret, ingressus est Ordinem S^{ss}me Trinitatis Redemptionis Captivorum calceatorum nuncupatorum, et in ea Vestri Castitatis, Paupertatis, et Obedientiae sollemniter emissis, renuntians ex animo, et valedicens Concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum, et superbiae vitae; se, suaque omnia immortalis Deo dedicavit. Atque ita ab omni eo, quod in mundo est, liber, et solutus, quod ore promiserat, opere adimplens, arduum Christianae perfectionis iter generosus athleta arripuit.

S. 3. Divino autem auxilio roboratus, et Patrocinio B^{ea}e Mariae semper Virgi, erga quam intima animi devotione, et humili ferebatur affectu, suffulsi, quotidie de virtute in virtutem proficiens, et praecipue in humilitatis studio, in paupertatis amore, misericordia in miseris, charitate erga Deum, fide, spe, aliisque virtutibus, mirum in modum, adeo progressus est, ut non solum inter suos, sed etiam apud omnes Hispaniae Populos sanctitatis fama late clareretur. Hac autem permotus clara memoria Philippi III. Hispaniarum Rex Catholicus eum in Regiam Aulam accivit, ut in periculoso tot Populorum regimine, et orationibus apud Deum, concilijs, et monitionibus inter homines adjuvaret, quo in difficili regendi munere, veluti in lubrico, et fallaci itinere rectum vitae suae cursum ad Dominum tuto dirigere posset.

S. 4. Itaque vir Dei in Regali Aula positus, tamquam lucerna super candelabrum jacentibus in tenebris saeculi lumen attulit, et ambulandibus in via salutis, exemplo suo praefudit. Nam inter Aulicas delicias, regionisque splendoris, Servi Dei Simonis, qui jam antimo exiverat ad Ierum extra Castra hujus saeculi, improperiis ejus, nempe Crucis Dⁿⁱ

241
Dñi portans, humanis, ac terrenis rebus post-
habitis, penitusque abjectis, una cogitatio,
et una cura fuit, Dei gloriam, et salu-
tem animarum procurandi. Quare, ut
aliorum animis divina Majestatis timore,
ac reverentiam ingereret, et ab amore ter-
renarum rerum abstractos, ad dilectionem De-
i, quantum in se erat adduceret, nihil
fuit laboris, diligentiae, industriae, ac solli-
citudinis, sicut insignia ipsius facta tes-
tantur, quod strenuus, ac fortis, contra
diabolicos impetus, et fallaces mundi, et
Carnis illecebras, non impenderit.

S. 5. Ut autem tot excellentium virtutum
servi Dei exempla, quae in diebus pere-
grinationis sua viventes ea aetate homi-
nes adeo juverunt, posteris quoque pro-
desse possint: Nos, qui superna dig-
natione Universo Dominico Gregi, licet
merito, et virtutibus impares, Praepositi su-
mus, Apostolicae servitutis nostrae partes
esse ducimus, tanti viri honorem, atque
venerationem, ad Omnipotentis Dei glo-
riam, et Ecclesiae suae decus, ac spirituale
Fidelium aedificationem, quantum Nobis
ex Alto conceditur, promovere. Cum igitur
mature, diligentique discussis, atque per-
pensis per Congregationem Venerabilium
Fratum nostrorum S. R. E. Cardinalium
sacris Ritibus Praepositorum processibus rite,
ac recte confectis: super vita, sanctitate, et
virtutibus heroicis, quibus idem Servus Dei
Simon multipliciter claruisse; necnon
Miraculis, quae ad ejus intercessionem
et ad manifestandam hominibus suam
sanctitatem à Deo patrata fuisse asse-
rebantur: eadem Congregatio coram No-
bis constituta, auditis etiam Consultorum
suffragiis, uno spiritu, unaque voce cen-
suerit: quaecumque Nobis videretur,
praedictum Servum Dei Beatum de-
clarare, cum consuetis gratiis, et indul-
tiis.

S. 6. Hinc est: quod Nos pijs, atque
enixis Charissimi in Christo Filij nostri
Ca-

Caroli Hispaniarum Regis Catholici, tum
etiam Charissima in Christo Filiae nostrae Eli-
sabethae eorundem Hispaniarum Reginae
Catholicae Viduae, ejus Senitricis, et Charis-
simi pariter in Christo Filij nostri Ferdi-
nandi, utriusque Siciliae Regis, dictorum
Caroli Regis, et Reginae Elisabethae, res-
pective Filij, et Nepotis: necnon univet-
sorum Venerabilium Fratrum, Archiepisco-
porum, et Episcoporum Ecclesiarum Regno-
rum Hispaniae; ac totius insuper Praepo-
si Ordinis Fratrum SS^{mae} Trinitatis Re-
demptionis Captivorum, supplicationibus
Nobis super hac humiliter porrectis Pa-
terna benignitate annuentes, de memo-
ratorum Cardinalium Consilio, pariter
et auctore, Auctoritate Apostolica, reno-
ve praesentium, concedimus, et indul-
gemus:

S. 7. Ut idem Dei Servus Simon
de Roxas in posterum Beati nomi-
ne nuncupetur, ejusque Corpus, et Re-
liquiae venerationi Fidelium (non tamen
in processibus circumferenda) expona-
tur. Imagines quoque radijs, seu splen-
doribus exornentur: ac de eo recitetur
Officium, et Missa celebretur de Con-
fessore non Pontifice singulis annis jux-
ta Rubricas Breviarii, et Missalis
Romani, die 28. Septembris; cuius dies
29. ejusdem Mensis, qua ipse Servus
Dei spiritum Creatori reddidit, Festo
S^{cti} Michaelis Archangeli impedita re-
periatur. Porro recitationem Officij, et
Missa celebrationem hujusmodi fieri,
concedimus in locis dumtaxat infra-
scriptis: Videlicet: in Urbe Vallisoleta-
na, ubi servus Dei natus est, in Oppi-
do Matritensi, Civitate nuncupata, ubi
Venerabile ejus Corpus requiescit; et
in utraque Dicecesi, Vallisoletana, et
Toletana, ab omnibus utriusque sexus
Christifidelibus, tam secularibus, quam
Regularibus, qui ad Horas Canonicas
tenentur: ac in toto Ordine praefato SS^{mae}
Trini-

42 Trinitatis Redemptionis Captivorum, tam Tri-
trum Calceatorum, quam Excalceatorum nu-
cupatorum: et quantum ad Missas atti-
net, etiam a sacerdotibus ad Ecclesias ejus-
dem Ordinis confluentibus.

S. 8. Preterea primo dumtaxat an-
no a datis hinc litteris; et quoad An-
dias, a die, quo eadem littera illuc
pervenierint, incipiendo, in Ecclesijs loco-
rum, ac Civitatum, et Diocesium, et
Ordinis predictorum respective, Solem-
nia Beatificationis ejusdem Servi
Dei cum officio, et Missa, sub ritu du-
plici majori, die ab Ordinarijs res-
pective constituta, et intra sex me-
ses promulganda; postquam tamen
in Basilica Principis Apostolorum de
Urbe celebrata fuerint eadem sole-
nia; pro qua re diem decimum nonam
curre

currentis mensis Maij assignamus, pari-
ter celebrandi facimus facultatem.

S. 9. Non obstantibus Constitutionibus
et Ordinationibus Apostolicis, ac decretis
de non Cultu editis; ceterisque contrarijs
quibuscunque.

S. 10. Volumus autem, ut presertim litter-
rarum transumptis etiam impressis, manu secre-
tarij ejusdem Congregationis munitis,
eadem prorsus fides sit.

Dat. Roma apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris die decimatertia Maij
1766. Pontificatus nostri an-
no octavo.

Notabilia

Transumptum hujus Brevis impressum in Typographia R. C. A. duplicatum;
et impressum Barcinone triplicatum asservatur in Archivo hujus Conve-
tus S^{ti} Spiritus Majoricensis. Solemnia hujus Beatificationis celebrata fue-
runt Majorice in dicto Conventu die 9. 10. et 11. Februarij anno 1767.
Prima die Altare Major, et Pulpitum occuparunt PP. Societatis Jesu tunc
existentis; 2^a Die PP. Capuccini; 3^a die PP. dicti Conventus. Ecclesia
Clausuram, Portaria, et Altarium Conventus, erant Magnifice adornata.

Bulla XII.

Sacra Rituum congregatio approbat
collectam, et orationem propriam
S^{ti} Simonis de Roxas.

Die 28. Septembris.
in Festo Beati Simonis de Roxas
Ordinis Calceatorum sanctissime
Trinitatis Redemptionis Captivorum.

ORATIO.

Deus cujus Charitas in corde Be-
ati Simonis diffusa, eximio in Sac-

Notabilia

Transumptum hujus Decreti, impressum Barcinone, triplicatum, extat in Archivo hujus Conventus
S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Filijs
inimam ~~in~~ famulice Genitricis cultu, et
avidis misericordiae operibus existit.
illius intercessione concede: ut eode Char-
ritatis fervore succens, et B^{te} Mariæ
Virginis tutela protecti, tuam Miseri-
cordiam consequamur. Per eundem etc.
Joseph Maria Card. Feroni Prefectus.

Locot. Sigilli.

S. Archiepis. Theodori S. R. C. Secretarij.

+ Bulla XIII.

Concedit indulgentiam plenaria visitantium aliquam Ecclesiam Calceatorum SS^{mae} Trinitatis in Triduo Festivitate pro Redificatione B^{ti} Simonis de Roxas.

Decretum.

- Ordinis Calceatorum SS^{mae} Trinitatis
- Redemptionis Captivorum.
- Omnibus utriusque Sexus Christianis fidelibus
- verè poenitentibus, confessis, ac sacra C^om-
- munionem refectis, qui aliquam ex Eccle-
- sijs Fratrum Calceatorum Ordinis Sanctis-
- simae Trinitatis Redemptionis Captivorum,
- tribus diebus continuis ab Ordinarijs se-
- mel tantum designandis devotè visi-

verint, ibique per aliquod spatium tempo-
 ris, juxta mentem Sanctitatis Suae piè
 oraverint: indulgentiam plenariam semel
 tantum spatio dicti Tridui, per unumquem-
 que Christianis fidelem lucrificandam, pro hoc
 anno tantum concernit. Voluitque Sancti-
 tatis Suae hanc gratiam suffragari abs-
 que ulla Previs expeditione.

Datum Roma ex Secretaria Sa-
 crae Congregationis Indulgentiarum die
 12. Augusti 1766.

S. Borgia Sacrae Congregationis In-
 dulgentiarum Secretarius.

Loco sigilli.

Notabilia

Transumptio hujus Decreti, cum licentia Commissarii Generalis Cruciate invenit in Archivo hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla XIV.

Assignat ritum, et Missam celebrandam in festo B^{ti} Simonis de Roxas, et approbat lectiones Propias 2^o Nocturni.

Die 28. Septembris

- In Festo B^{ti} Simonis de Roxas sacerdotis
- Professi Ordinis Calceatorum SS^{mae} Trinitatis
- Redemptionis Captivorum, Fundatoris Congre-
- gationis Ave Maria. Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontifi-
 ci præter sequentia. Oratio ut supra
 Bulla X.

In I. Nocturno.

lectiones de Scriptura Occurrente.

In II. Nocturno

Lec: IV.

Vallisoletani in Urbe Castella Veteris natus
 est Simon, Patribus pijs æque ac nobilibus.
 Ab ejus Orbe statim licuit videre quoddam
 festura Sanctitatis indicium. Pater namque
 infans, ubi balbutire cepit, prima fere au-
 ditus est, hæc verba proferre: Ave Maria
 quod ut audientibus mirum accidit, ita at-
 tumentum fuit, eximium olim Divina Ma-
 tris cultorem, clientemque fore. Prærogium
 affirmavit eventus. Magna illi vel adolecentulo
 pietas

pietas, mira in capereendis, exequendisque
 Religionis Officij alacritas, ac diligentia, stu-
 dium verò colende Virginis tantum, ut jam
 tum earum Angelicæ salutationis voces, in quas
 primam solverat linguam, sibi maxime fa-
 miliariter redderet, et tertio quoque verbo
 uniparet. Elucebat præsertim amor erga
 pauperes planè admirabilis, ut ipso eorum
 aspectu commoveretur, nec continere se pos-
 set, quin eis ibi clam sibi detractor, et
 ipsa interdum indumenta tribueret. Ta-
 lis cum esset adolebens, jamque multum
 in literis profecisset, incensus sanctioris
 vite desiderio, Christi Crucem inter Fra-
 tres SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Capti-
 vorum in eadem Civitate amplexus est. Tu
 autem D^{ne} DD.

Lec: V.

Tracinij, ac studiorum spatij cum laude
 confectis, vitam deinceps reliquam, Fratri-
 bus, vel docendis, vel gubernandis impedit.
 Magister proinde appellatus, et cum plu-
 ribus Provincia Castella Cœnobij, dum to-
 ti demum Provincia Rector impositus. Ju-
 is porro ita præfuit, ut morum inter eos
 gravitatem, sanctitatemque ad legum nor-
 mam

11 man, atque optima quaeque studia pro:
 11 reheret; paternum alioquin exercens im-
 11 perium, neque tam potestate, quam ex-
 11 emplo, singulos ad officium impellens;
 11 Quae dum agit domi, nihil interea
 11 minus Proximorum saluti propiciebat
 11 foris: idque tum Divini Verbi, tum sac-
 11 rarum Confessionum Ministerio, artibus,
 11 quae alijs Charitatis, quibus naviter in-
 11 sistens, incredibile dictu est, quam mult-
 11 tos a vitijs ad fugem, vel etiam ad
 11 perfectionem Christianae vitae perduxerit.
 11 Praeter haec famelicos mendicorum grie-
 11 ger quotidie ab invita Misericordia cogeri
 11 bat, pascibatque, largē omnia submis-
 11 nitante Providentia Coelesti, cujus sa-
 11 pé beneficio insperatam accipiebat an-
 11 nonam. Eorum praecipuam sumebat u-
 11 ram, qui inter Barbaros Mahometanos
 11 catenis onusti degunt, hisque redimendis,
 11 ampla pecuniarum subsidia corrogabat.
 11 At sibi met ipsi vacabat in primis, studebat:
 11 que, ut feret in dies sanctior. Ob id Spi-
 11 ritum oratione assidua, rerumque Coelest-
 11 tium meditatione excolebat, Corpus cibus,
 11 flagris, cibi, potusque parcitate ditius in-
 11 modum exercebat. Tu autē Dñe dñ.

11 Sec: VI.

11 Philippo III Regi, ejusque Conjugi Mar-
 11 garita, apprime charus ob sancti memorie
 11 opinionem fuit. Datus Regijs Liberis
 11 adolescentia Institutore, id munus gerit
 11 egregie; sed oblatas a Rege Dignitates
 11 constantissime repulsi. Isabella Regi-
 11 nae a confessionibus, eoque nomine mag-
 11 no apud Aulicos honore habitus: Natio-
 11 comia tamen, carceresque Vincitorum fieri
 11 quentare, agratis vocantibus diu, noctu-
 11 que praesto esse, egenis alimenta dividere,
 11 calamitosi omnibus opitulari, perrexit ut-
 11 que ad extremum: ut vulgo Pater pauperum
 11 vocitaretur. Multas vitiorum pestes e Po-
 11 pulo sustulit: et augendo B^{na} Virginis
 11 Cultui assidue intendens, cum alia mul-
 11 ta perfecit, tum celeberrimam Sodalicam
 11 quam vocant ab Ave Maria Mari-
 11 ti instituit, ac late propagandam cui
 11 xavit. Ejusdem cura, et industria SSmum

11 Maria Nomen inter Trinitarios officio pro-
 11 prio celebrari ceptum est. Nihil vicinim
 11 Virgo B^{na} multis, magnisque ornavit be-
 11 neficijs: inter quae illud a Deo impetrasse
 11 fertur, ut multas post pugnas, omni tan-
 11 dem in eo, qui victor semper evaserat, pra-
 11 ve libidinis sensus extinctus maneret.
 11 Dono tandem Prophetiae, Curationis gra-
 11 tia, Miraculisque pluribus clarus, qua-
 11 procius praenuntiaverat die, subita vi mor-
 11 ti oppressus accubuit, annos natus, duobus
 11 supra septuaginta. Elatus est funere
 11 honorificentissimo, eundemque illi ho-
 11 nozem per dies continentes duodecim pra-
 11 eipui Civitatis Ordines praestare. Cum
 11 vero crebri ad ejus sepulcrum concursus
 11 fierent, et novis subinde miraculis Vene-
 11 rabilis Viri fama inclaresceret, illud Cle-
 11 menti XIII Beatorum factis adscripsit. Tria
 11 autem Dñe dñ.

11 In III. Nocturno.

11 Evangelium: Nolite timere dñ. de Comuni
 11 Confessoris non Pontificis 2. loco.

11 Missa Iuris dñ. de eodem Comu-
 11 ni cum oratione propria.

11 Decretum
 11 Toletana

11 Cum SSmus Dñs noster Clemens Papa
 11 XIII in Brevis Beatificationis Bⁿⁱ Simo-
 11 nis de Roxas, Ordinis Calceatorum SSm^e
 11 Trinitatis Redemptionis Captivorum, die 13.
 11 Maij labentis anni, edito, benigne indul-
 11 serit, ut singulis annis die 28. Septēbris
 11 in Civitatibus Vallisdevena, et marticensi,
 11 et in utraque earum Diocesi ab omnib;
 11 utriusque Sexus, qui ad Horas Canonicas
 11 tenentur: ac in toto praefato Ordine, SSm^e
 11 Trinitatis Redemptionis Captivorum, tam Calcea-
 11 torum, quam Divalceatorum, recitetur offi-
 11 cium, et Missa celebretur in memoria praedicti
 11 Bⁿⁱ Beati, juxta Rubricas Praenarij, et Mis-
 11 salis Romani: quin in praelaudato Brevis, ne-
 11 ritus sub quo celebrari debet officium, neque
 11 Missa designentur: Hinc P. Vice-Procura-
 11 tor Generalis, dicti Ordinis, Causa Postulator
 11 pro indulto recitandi praedicti Officij sub rub-
 11 duplici minoris, et Missam celebrandi, cum sec-
 11 tionibus

17 hinc inde suprascriptis, secundi Nocturni proprii
17 de Comuni confessoris non Pontificis, tunc pro
17 universo suo Ordine SS^{me} Trinitatis Redem-
17 tionis Captivorum, quam pro clero secu-
17 lari, et Regulari Civitatum, et Diocesis
17 Tolletana, et Vallisoletanae, sacra Rituum
17 Congregationi humiliter supplicavit. Et
17 eadem Sacra Congregatio, petitionem Of-
17 ficiam, et Missam in memoria Beati
17 Simonis de Roxas de Comuni Con-
17 fessoris non Pontificis, secundo loco, sub
17 ritu Duplicis Minoris, cum suprascriptis
17 lectionibus 2^{ae} Nocturni proprii ab Eminen-
17 tissima, et R^{mo} Domino Cardinali Ca-
17 valchino Causa Ponente una cum Ado-
17 Patre Cajetano Forti Fidei Promotore
17 accuratè revisis, examinatis, atque

245
17 correctis, ac in eadem Sacra Congregatione
17 relatis, et approbatis, in Festo ejusdem Bea-
17 ti ad universo Ordine SS^{me} Trinitatis
17 Redemptionis Captivorum predicto, atque à
17 Clero seculari, et Regulari, Civitatum et Di-
17 ocesum, Tolletanae, et Vallisoletanae, reci-
17 tari posse concessit, si SS^{mo} D^{no} n^{ro} vi-
17 sum fuerit. Die 23 Augusti 1766.

17 Et facta deinde per me infrascriptum
17 secretarium de predictis eidem SS^{mo}
17 D^{no} relatione, Sanctitas Sua benignè
17 ne annuit. Die 27. ejusdem Mensis
17 et anni 1766.

17 Joseph Maria Carl. Ferroni Praefectus.
17 Locos II sigilli

17 V. Macedonius. Secretarius.

Notabilia

Hoc Decretum extat originale in Archivo N^o Conventus Matritensis; et impre-
sum fuit Matriti in calce dictarum lectionum dicto anno 1766.

Bulla XV.

Extendit supradictum Officium, et Missam
cum lectionibus, Oratione, et Ritu, pro Ci-
vitate, et Diocesi Palentina, SS^{mus}
D^{ns} Clemens Papa XIII die 6. De-
cembrii 1766.

Hoc Decretum asservatur originale in
Archivo Civitatis, et Diocesis Palentinae.

Bulla XVI.

Concessit SS^{mus} D^{ns} Clemens Papa XIII
Indulgentiam plenariam perpetuam vi-
sitantibus aliquam Ecclesiam N^o sacri
Ordinis in die Festo B^{ti} Simonis de Ro-
xas à 2^{ae} Vesperis usque ad occasum solis
diei hujusmodi, omnibus fidelibus con-
fessis ac sacra Communione refectis,
orantibus juxta mentem ipsius Pontificis

Ad Praeceptum R. P. Fr. Ludovici Perez Vice-Pro-
curatoris Generalis, et Postulatoris Cau-
sae Beati Simonis à Roxas, die 1. Sep-
tembris: et SS^{mus} Commissarius Gene-
ralis Cruciate dedit scientiam illam
publicandi die 19. Julii 1766.

Bulla XVII

Concessit Indulgentiam 100. dierum se-
mel in die lucrandam à Fratibus, et con-
fratribus nostris laici Ordinis recitantibus
Trisagium SS^{me} Trinitatis: Sanctus Sanctus
Sanctus, Dominus Deus exercituum plena
est omnis terra gloria tua: Gloria Patri,
et filio, et spiritui Sancto. In Dominicis
et festis SS^{me} Trinitatis, et per totam ejus-
dem t^{er}re lucrandam.

Ad praecceptum Fr. Michaelis à S^{to} Francisco de
Paula, Procuratoris Gen^lis Nostrorum Dis-
calceatorum. Vide Bullam 2^{ae} Clemen-
tis. XIV.

Cle-

CLEMENS XIV.

Cardinalis Langanelli antea dictus, ^{conventualium} Ordinis ^{St. Francisci} Claustralium Profes-
sus, Electus fuit successor Clementis XIII, qui eum creauit Cardinale: extin-
xit Religionem Societatis Iesu, quam suus Prædecessor confirmauerat. Obijt
Romæ anno 1775.

Bulla I.

Confirmat Constitutiones Canonicoꝝ
Regularium Ordinis SS^{mæ} Trinitatis
Redemptionis Captiuorum.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

S. 1. Ex incumbendi Nobis Aposto-
lice sollicitudis studio ad ea potissimum
per que Regularium Omnium, illorū
præsertim, qui eximia iugiter pietatis
zelo flagrantes, in Christifidelibus, qui mi-
serè sub atroci, ac barbara Christiani no-
minis hostium iugo amissa libertate ge-
mentes, ne ipsi desperatione coacti præci-
pitissimi Dñi nostri Ieruchristi sanguinis
fructum, à catholica Religione Apostatando,
inane reddant, ad maiorem sacrosac-
tae Triadis gloriam, et Christianæ Reipu-
blica ubilitatem, opem, et operam sedulo
redimendis impendent. In eorū vero Re-
ligionis legum obseruantia, in quadam
Orbis parte differentium, Regiminis, et Dis-
cipline uniformitas stabiliri queat, nos-
tra solertia curas peramanter conuer-
timus; ac que propterea ab ipsis provi-
de facta, et ordinata fuisse notuimus, ut
firma, et perpetuo inconcussa persistant,
libentè, cum à Nobis petitur, Apostolica
confirmacionis munimine roboramus, pro
ut in Dño cōspicimus salubriter expedire.

S. 2. Sanè pro parte disiecti Filij Ca-
roli Malachane, Canonici Regularis, infra
scripti Ordinis expressè Professi, ac Moder-
ni Procuratoris Generalis Canonicoꝝ
Regularium Ordinis SS^{mæ} Trinitatis Red-
emptionis Captiuorum nuncupatorū, in
Romana Curia commorantis, exhibita No-
bis nupèr petitio continebat: quòd alias,
pro eo, quòd Provincia dicti Ordinis, in Gallia
existentes, sic in suo Regulariter vivendi mo-
do, alia ab alijs differerant, ut earū Canoni-

ci Regulares nihil fere commune, aut simile
inter se, præter nomen, et professionem ha-
berent: et attento: quòd hæc Religio
difformitas, plurimum illam ligans auc-
toritatem, quam Caput præfati Ordinis
in subditos habere debet, fons erat pluri-
um incommodorum, que legum laxatio-
ni anam præsentia, bono communi non
parum nocebant: Dilectus etiam Filius
Franciscus Mauritius Pichault, Major
minister, et Generalis dicti Ordinis pro
sui Muneris debito, his omnibus occurr-
ere percipiens, præhabitis ad hunc ef-
fectum Capitulis Provincialibus, dictas
Provincias per Deputatos, ab eisdem Capitulis
electos, cum facultatibus opportunis, Parisijs
Auctoritate Regia aduocavit: ibique per
sex menses Capitulum correctiuum ha-
buit, sub moderamine Venerabilis Fratris
nostris, moderni Episcopi Meldensis, Charis-
sima in Christo Filij nostri Ludouici Fraco-
rum, et Navarra Regis Christianissimi in
hac parte Commisarij. In hoc siquidè Na-
tionali Capitulo Generali, lectis ex una le-
gibus, et Privilegijs, siue toti Ordini præfa-
to, siue Provincijs in particulari impositis,
et respectivè concessis: ac indagatis, ex al-
tera, partibus, inconuenientibus, que ab eis
suis introducere solebant; omnibusque ad
sancem conscientie, decorisque præfati Ord-
inis promovendi, maturè ponderatis, Vocales
per communia, et libera suffragia de anno
proxime præterito, novarum constitutiones
efformarunt: que antiquis statutis, que ad
fieri potuit coaptata, præfato Regi, ejus-
que Concilio, ad Uniformitatem stabili-
endam visa sunt sufficientes: imò ad Dis-
ciplinam Regularem, aut instaurandam,
ubi illa non viget, aut vigentem conserva-
dam, et conservandam aptissima. Tenor autè
novarū dictarū Constitutionū est, qui sequitur.

§. 3. PROAUMUM.

Decreto Sanctorum Consilij Regis nostri Ludovici XV. in Castello Regio Copenhagico lato die 25. Julij 1767. mandatum fuit: ex singulis Provinciis Gallianis antiquioris observantia Ordinis SS^{mae} Trinitatis, et Redemptionis Captivorum Deputatos eligendos esse in Capitulo cujuslibet Provinciae, cura, diligentiaque Ministri Generalis speciatim convocando, qui una cum Deputatis Congregationis Reformatae ejusdem Ordinis jam electis, in Capitulo Generali praedictae Congregationis apud Cervum=frigidum celebrato, mense Maio anni 1767, congregandi essent, ad mensem Februarium, proximè occurrendum, in Domo Parisiensi S^{ti} Mathurini, coram Ill^{mo}, et R^{mo} D^{no} D. de la Marthe Nie de Cassade, Episcopo Meldensi, et in hac parte Commisario Regio: ibique deliberaturi de Regimine, ac Constitutionibus, quibus via aperiretur uni-
oni Constituenda, Provincias inter antiquioris Observantia, et Congregationis Reformatae. Uti autem praememorati Edicti Regij Parisios se contulerunt ad dictam S^{ti} Mathurini Domum Provinciarum Deputatis videlicet, decem ex Provinciis Gallianis Antiquioribus: Francia, Campania, Normania, seu Britannia, Picardia, Occitania, et Provincia, quatuor vero ex duabus Provinciis Congregationis Reformatae; cumque Capitulo ad diem 25. Februarij inchoandum declarasset Ill^{mus}, et R^{mus} D^{ns} D. Comissarius Regius praelaudatus: data die coram illo in Aula Capitulo conveniunt quotquot aderant Vocales Deputati, praesentibus R^{mo} Patre, ac D^{no} Francisco Maurizio Pichault, totius Ordinis Ministro Generali, necnon R^{do} admodum Patre Henrico de Manson de S. Roman Congregationis Reformatae Vicario Generali. Ac primo discussum fuit, atque probatum uniuscujusque jus in Capitulo dicenda sententia: postea vero processum est ad electiones, tum Promotoris, tum Secretarij: quibus peractis, finita est Sessio. In alijs vero sessionibus per sex menses habitis,

diu incedavit Capitulum in enodandis, quae obstant, difficultatibus, unico statuendo, ac religendo regimini, quo adinventur supradictae Provinciae. Et Deo juvante elaborata tandem fuerunt, comminibusque suffragij admissa constitutiones, quae sequuntur: ut accedente legitima, ac competenti Auctoritate, deinceps ab omnibus Provinciis Antiquioris Observantia, Congregationisque Reformatae intra Galliae Regnum Constitutis, tamquam ipsarum unica lex observarentur. Ultimo deliberavit Capitulum nullas habendas esse in Gallianis Provinciis Constitutiones quales cumque in Varijs alterutroque Observantia Capitalis, vel ipsorum jura hucusque editas; cum semel debita approbatione munita erunt Constitutiones infra describende. Ipsum nihilominus stare in posterum communi, ac generali Regula S^{ti} Augustini, sub qua Ordinem SS^{mae} Trinitatis Militariae, Diplomatis Pontificijs, ac antiquis ejusdem monumentis constat; partemque inhaerere speciali Regula, Ordinis nostri instituto accommodata; et a summis Pontificibus, Innocentio III. Honorio III. Clemente IV. respectivis eorum Bullis concessa; cujus statutis, prout in Constitutionibus sequentibus enuntiatur, subjacere omnes Ordinis nostri Professores, praedictum Capitulum declaravit.

§. 4. SIBER PRIMUS.

De Observantij Regularibus - (S)
Hic apponit, quid observari debet secundum Regulam; deinde ponit librum secundum, De regimine Ordinis. Ut in Constitutionibus Impressis Parisijs anno 1772. et tandem prosequitur Bulla ut sequitur:

§. 4. Cum autem sicut eadem petitione subjungebat, ea firmius subsistant, et ab omnibus exactius observentur, vel observari soleant, quae Sedis Apostolicae munimine roborantur; proptereaque dictus Carabus plurimum cupiat novarum constitutiones hujusmodi, ut praefertur, fundat

factas, pro eorum firmitate subrogantia, nonno, et sedis Apostolica prefata appro- bationis minime roborari.

S. 5. Quare pro parte ipsius Caro- li Nobis fuit humiliter supplicatum: qua- tenus sibi, necnon Canonicis Regulari- bus prefati Ordinis, et Provinciarum hu- jusmodi, in praemissa occasione provide- re de benignitate Apostolica dignave- mur.

S. 6. Nos igitur, qui iusti, et hones- tis Personarum Regularium votis libenter au- nimus, Prefato Carolo, necnon Canonicis Regularibus ejusdem Ordinis specialem gratiam facere volentes: ipsumque, et illorum singulos a quibusvis excommu- nicationis et usque ad: et absolutos fore cientes: huiusmodi supplicatio- nibus inclinati, ex voto Congregatio- nis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, et consultatio- nibus Episcoporum, et Regularium pra- positae, a recolenda memoria Clemene XIII praedecessore nostro die 23. Men- sis Januarii proxime praeteriti appro- bato, novas Constitutiones huiusmo- di, ut praefertur, factas, cum omnibus et singulis, jam forsan legitime sub- sequutis, et sequendis, quibuscumque, Apo- stolica Auctoritate prefata, tenore praesentium perpetuo approbamus, et confirmamus: illisque perpetuae, invari- labilis, et irrefragabilis Apostolicae firmi- tatis robur adjicimus: ita ut novas Constitutiones, sicut praefertur, approba- tas, et confirmatas (antiquis consti- tutionibus quibuscumque in praefatis Provincijs extinctis, et abrogatis, remanentibus), Omnes, et singuli Canonici Regulares, Ordinis, et Provinciarum hu- jusmodi, nunc, et pro tempore existentes observare omnino debeant, et teneantur: Omneque et singulos, tam juris, quam facti, et solemnitatum, aliorumque quatuor- vis substantialis defectus, si qui in ejusdem novis Constitutionibus, ut praefertur factis, principaliter, vel accessorie, aut alias, quomodolibet intervenerint, aut intervenisse, dici, censeris, intelligi, aut praetendi poterit, in eisdem supplemus, et sa- namus, ac penitus, et omnino tollimus: nec non novas Constitutiones, ut praefertur fac- tas, et etiam, ut praefertur approbatas, et confirmatas huiusmodi, in omnibus, et per omnia, suos plenarios, et integros effec- tus sortiri, et obtinere: necnon a Procu- ratore Generali, ac Canonicis Regularibus Ordinis, et Provinciarum huiusmodi, nunc, et pro tempore existentibus, ac omnibus illis, ad quos nunc spectat, et pertinet, ac spectare potest quomodolibet in futurum, firmiter, et inviolabiliter, ac inconcusse observari, et adimpleri debere: illosque a dictis novis Constitutionibus, ut praefer- tur factis, ac etiam, ut praefertur approba- tis, et confirmatis, nullo unquam tem- pore, quovis pretextu, seu quavis occasione, vel causa, revocari, vel recedere posse: imo ad integrum illarum observantiam tenere, ita ut, quaecumque tam per dictum Pro- curatorem Generalem, quam per dictos Canonicos Regulares Ordinis, et Provincia- rum huiusmodi, nunc, et pro tempore exis- tentes, et quolibet alios, contra ipsarum no- varum Constitutionum, ut praefertur factarum ac etiam, ut praefertur approbatarum, et confirmatarum, ac earundem praesentium tenorem, et continentiam, quandocumque faci- enda dispositiones, nulla prorsus, et invali- da, ac inubrigantes sint, et tales fore, et esse, censeris debeant.

S. 7. Praesentem quoque nullo unquam tempore, ex quorumque capite, vel quacumque causa, quantumvis juridica, et legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna, etiam ex eo quod, causa, propter quas praesentia emanarunt coram Nobis, vel a nobis adductae, verificatae, iustificataeque non fuerint, aut quolibet alio, etiam substan- tiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem mentionem, et expressionem requirente, defectu notari, impugnari, in- validari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad viam et terminos juris reduci, aut adversus illas, restitutionis, vel facti, aut gratiae remedium, impetrari, vel etiam quomodolibet concessa, aut impetra-

20, quempiam ubi, seu se jurari posse: neque
 alias sub similibus, vel dissimilibus gratia-
 rum revocationibus, suspensionibus, limita-
 tionibus, derogationibus, aut alij contrarij
 dispositionibus, per quasumque litteras, et
 Constitutiones Apostolicas editas, vel eden-
 das comprehendendi, sed semper ab illis ex-
 cipi: et quoties illae emanabunt, toties
 in pristinum, et eum in quo antea quo-
 modolibet erant statum, restitutas, re-
 positas, et plenarie redintegratas: ac de
 novo etiam sub quacumque posteriori da-
 ta, per dictum Procuratorem Generalem,
 ac Ordinis, ac Provinciarum hujusmodi
 Canonicos Regulares praefatos, nunc, et pro
 tempore existentes, quandoquaque eligen-
 da, concessas, validas, et efficaces esse, et
 fore; suorumque plenarios, et integros effectus
 sortiri, et obtinere; ac omnibus ad quos
 spectat, ac pro tempore quomodolibet spec-
 tabit in futurum plenissime suffragari.
 S. S. sique, ~~et~~ et non alias, per quocum-
 que Judices &c. Et si secus super his a quo-
 quam gravis auctoritate, scienter, vel igno-
 ranter contigerit attentari, irritum, et
 inane decernimus.
 S. I. Non obstantibus quibusvis, etiam
 in Synodalibus, Provincialibus, Generali-
 bus, Universalibusque Concilijs, editis, vel
 edendis, specialibus Constitutionibus, et Or-
 dinationibus Apostolicis, et praesertim foe-
 licis recordationis Pauli Papae V, etiam Prae-
 decessoris nostri in forma Brevis sub Au-
 nula Praetoris die 25. Mensis Februarij
 anni Domini 1619. Pontificatus sui anno
 quarto, circa reformationem, et unionem
 Provinciarum Franciae, et Provinciae, expe-
 ditae litteris: ac praefati Ordinis etiam ju-
 ramento &c. Ceterisque contrarij quibuscumque.
 S. 20. Nulli ergo omnino hominum &c.
 Dat: Roma apud S. Mariam
 Majorem anno Incarnationi Dominicae
 1769. decimoquinto Kal. Decembris
 Pontificatus nostri anno primo.

Notabilia

1. Haec Bulla adducitur in Constitutionibus Canonico Regularium Ordinis SS^{mae} Trinitatis, pro Provincijs Galliae; impressis Parisijs anno 1772. Sub praetextu pacis, unionis, et decoris Religionis: extincta, et sepulta fuit Congregatio Reformatorum Galliae: et Reformati conversi fuerunt in Canonicos Regulares. Quaesitum 1^o: an liceat Trinitarijs Provincialium Hispaniae, Italiae, et Portugaliae subici hi Constitutionibus Canonico Regularium SS^{mae} Trinitatis; easque libere, et licite amplecti? Respondeo: Negative. Primo: quia solum loquitur Clemens XIII, cum Provincijs Galliae. Secundo: quia habent Constitutiones Apostolicas ab Alexandro VII, quas observare debent.
2. Quaesitum 2^o: ubinam, et quando institutus fuit hic Canonatus Regularis SS^{mae} Trinitatis? Non in Regula primitiva S^{cti} Patris Nostri tradita ab Innocentio III. Non in eadem Regula ab Honorio III confirmata. Non in modificata a Clemente IV. Nobis concessa. Non in Constitutionibus Generalibus stabilitis a R^{mo} P. N^o Generali Fratre Joanne Halbord, vel de Trevis in Capitulo Generali celebrato in Conventu Cervi-frigidi anno 1429. Non in statutis sub R^{mo} admodum Doctoris Fratris Jacobi Burgesij Ministri de Concordia, confirmatis et approbatis in Capitulo Generali celebrato sub R^{mo} Generali Fratre Bernardo de Dominis, sive de Metis anno 1678; et impri jureis, expensis Religionis, in Capitulo Generali sub eodem Majori Ministro, celebrato anno 1679; atque tandem impressis Duaci anno 1686. Non in Constitutionibus Apostolicis Statutis ab Eminentissimo Cardinali de la Rochefoucault Visitatore Apostolico in Universo Ordine SS^{mae} Trinitatis, cum Brevis Apostolico Urbani VIII anni 1635. et Diplomate Regio anni 1637. In his enim antiquissi-

2. Somis Monumentis nihil dicitur de Canonatu Regulari Ordinis S^{ma} Trinitatis; ni-
de Superpelliceo; nihil de Birreto; Nihil de Almutia: Quando ergo incepit hic
Canonatus?

3. Dicam breviter, quae dicuntur ex Generalibus Capitulis quatuor antiquioris
obseruantia Provinciarum Galliae. In Capitulo Generali, et Constitutionibus in illo edi-
tis pro ipsis quatuor Provincijs anno 1719. Impressis ipso anno Duaci: De
Habitu Fratrum fol. 48. dicitur: Cappa, quae Brunia, id est, nigri coloris permittitur
ut hactenus observatum est, in aliquibus Ordinis Provincijs: ideo Cappae nigrae
hiemali tempore in choro deferri decernimus: et pro hoc statuto, citat in magi-
ne capitulum Generale anni 1651. Et prosequitur: Aestivo vero servetur usus su-
perpelliceorum, et Birretorum. Et fol. 49. prosequitur: Quia etiam juxta Regulae
nostrae textum; liceat Fratribus habere pelliceas, adherentes Ordinationibus anteces-
sorum nostrorum, praecipue Capituli Generalis anni 1671. et recentioris anni
1693. circa praxim pellicearum, olim in Ordine nostro, ex regitris, ut dictum
est compertam; et in quibusdam Ecclesijs nostris Conservatam: eas juxta mo-
rem aliarum Ecclesiarum gestari permissimus.

4. En principium vestitus Chori Nostrorum Canonorum Regularium S^{ma} Trini-
tatis Reyni Franciae tempore hiemali, et tempore aestivo. En principium Capparum
bruniae, id est nigri coloris hiemali tempore; anno 1651. En principium superpellice-
orum, et Birretorum aestivo tempore, stabilitum in Capitulo Generali anni 1671.
quod citatur in Margine dictarum Constitutionum. En principium Pellicearum, sive
Almutiarum; quod pretenditur, esse stabilitum ab ipsa nostra Regula pri-
mitiva juxta ejus textum: liceat eis habere Pelliceas; et stabilitum fuit in Ca-
pitulis Generalibus annorum, 1671. et 1693. En principium Canonatus Re-
gularis Trinitariorum Galliae.

5. Nescierunt illi Reverendi Patres: quod Pellicea erat vestis interior, ex pel-
libus Agnorum; ut exponunt Constitutiones Generales R^{mi} P. Nⁱ Fratris Joannis Hal-
boud, sive de Fresis, editae anno 1429. Nescierunt: quod singuli Fratres, sive cleri-
ci, sive laici, gestabant, et ferebant hanc vestem internam, ut exponunt ipse Ge-
nerales constitutiones: liceat eis habere pelliceas: singuli singulari. Nescierunt: quod
liber: De Functo Ministro intitulatus, qui est liber ceremoniarum et officiorum, quo vi-
tebandus S^{ti} Patris Nostris Cap: 20. De Vestiario dicit: Pellicea, et Pelles, de pellibus
Agni sint: ita ut pelles Salvatica cujuscumque generis in nullo nostro Habitu
habeatur. Et inferius dicit: Tunicas laicorum Fratrum ita formari volumus, ut deorsum
a terra etiam non cinctae, ad minus duobus plenis palmis distent: ita ut pelles,
quas tulerint deorsum, numquam appareant. Hoc ignorarunt illi Reverendi
Patres: Ideo judicarunt Pelliceas esse Almutias. Sed in hoc errore fere in-
excusabiles videntur; Videbant enim Pelliceis immediate sequi brachias,
vel subtularia: liceat eis habere pelliceas, et brachias, quas jacentes non de-
ponant. Quomodo ergo intelligere potuerunt Almutias pro pelliceis, si haec vis-
sione affectus, vel infectus, judicat videre, quod non videt.

6. Sed tamen Patres Reverendi dicere possunt: quod in citato libro, ceremoniarum
et officiorum Cap: 22. De Clerico sive laico fol. 99: quod Minister ne debet alloqui
ad Novitium in die receptionis Habitus: Frater! reddis te Deo, ad servandam ei, in
societate, et Obedientia Congregationis hujus, et ad tenendam vitam Canonica? Quid dicitur?
Respondet: vitam Canonica, hic nihil aliud significare, nisi vitam juxta sacros canones.
Hanc vitam Canonica; habent Omnes Monachi, omnes Mendicantes, omnes Religiosi, quin sint Canonici.

Bulla II.

Recitantibus Trisagium SS^{me} Trinitatis
Concedit indulgentias, plenarias, et no
Plenarias: non solum nostris Religiosis
et Confratribus, sed etiam omnibus Chris-
tifidelibus.

Ex Audientia Sanctissimi

Die 26. Julij 1770.

Cum alias felicis recordationis Clemens
XIII Papa, ad humiles preces Fratris Mi-
chaelis a Sancto Francisco de Paula Procu-
ratoris Generalis Ordinis SS^{me} Trinita-
tis Discalceatorum benigne inclinatus: om-
nibus, tum Regularibus, tum Confratribus
ejusdem Ordinis SS^{me} Trinitatis Discal-
ceatorum, qui saltem corde contriti eadem
SS^{ma} Trinitatem invocabunt, sequens
Trisagium devotè recitantes: Sanctus,
Sanctus, Sanctus Dominus Deus exer-
citurum, plena est omnis terra gloria ejus:
Gloria Patri, et Filio, Gloria Filio, Gloria Spi-
ritui Sancto: centum dierum indulgen-
tiam semel in die lucranda concesserit;
in Dominicis vero, in Festo SS^{me}
Trinitatis, et per totam ejus Octavam, eam-
dem centum dierum indulgentiam, ter
in qualibet prefaturum dierum pariter
lucranda concesserit:

Cum autem postmodum Sanctissimus
Dominus noster Clemens XIV. omnibus,

tum Regularibus, tum Confratribus ejusdem
ordinis, qui per integrum mensem quoti-
die prefatum Trisagium devotè recita-
verint; Indulgentiam plenariam semel
in quolibet mense lucranda, largitus
fuerit:

Denique iteratis ejusdem Fratris Mi-
chaelis a S^{to} Francisco de Paula humilli-
mis precibus benigne annuens: predic-
tam indulgentiam plenariam pariter
in quolibet mense lucranda ad univer-
sos utriusque sexus Christifideles, qui dic-
tum Trisagium devotè recitaverint, cle-
menter extendit. Voluitque eadem Sac-
ritas Sua hanc gratiam futuris per-
petuis temporibus, abique ulla Previs
expeditione, fore Valituram. Datum
Romae in Secretaria Sacrae Congrega-
tionis Indulgentiarum.

L. Card. Calinus Praefectus.

Loco sigilli

S. Borgia Sacrae Congreg.
Indulgentiarum Secretarius.

Notabilia

Francum hujus Decreti impressum in Typographia R. C. A. asservatur in Ar-
chivo hujus Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla III.

Concedit Orationem 40. Horarum pro pec-
petis futuris temporibus, in tribus fes-
tivitas Pentecostes, Conventus S^{ti}
Spiritus Majoricensis.

Clementi Papa XIV.

Ad perpetuam rei Memoriam
S. 1. Ad augendum fidelium Religionem,
et animarum salutem Coelestibus Ecclesiae
Thesauris pia Charitate intenti: omnibus, et

singulis utriusque sexus Christifidelibus
verè poenitentibus, et confessis, ac sacra
Communione refectis, qui Orationi 40. Ho-
rarum continuatarum, non autem, nisi
noctis tempore interpolatarum, delicta
Ordinarij in Ecclesia Fratrum Ordinis Sai-
tissimi Trinitatis Redemptionis Capti-
vorum nuncupatorum Oppidi, Civitatis pa-
riter nuncupata Palmae, Majoricensis
Dioe-

242.
 ,, Diocesis, Dominica Pentecostes singulis an-
 ,, nis instituta, per aliquod temporis spa-
 ,, tium devotè interfuerint, ac ibi pro Chris-
 ,, tianorum Principum concordia, haeresum
 ,, extirpatione, ac S^{te} Matris Ecclesie ex-
 ,, altatione pias ad Deum preces effude-
 ,, rint: plenariam omnium peccatorum su-
 ,, orum indulgentiam, ac remissionem
 ,, misericorditer in D^{no} concedimus.

175. 2. In contrarium facientibus non op-
 ,, tantibus quibuscumque.
 175. 3. Praesentibus perpetuis futuris
 ,, temporibus validis.

,, Dat: Romae apud Sanctam
 ,, Mariam Majorem sub Annulo
 ,, Piscatoris die 10. Martij 1772.
 ,, Pontificatus nostris anno tertio.

In Notabilia

Hoc Breve custoditur Originale in Archivio dicti Conventus S^{ti} Spiritus
 Majoricensis. Haec Oratio 40. Horarum fundata fuit eodem anno, expressis
 Domini Laurentij Rovello Negotiantis.

Bulla IV.

sive Decretum Sacrae Rituum Congre-
gationis, concedens N^o Religioni Offici-
um proprium cum Missa SS^{mi} Re-
demptoris sub ritu Duplicis 2^a Classis
sine Octava.

Bulla V.

Concedit Officium proprium cum Missa
Maternitatis B^{ae} Mariae Virginis, pro
Dominica 2. Octavis, Universo Ordini
SS^{mae} Trinitatis, sub ritu Duplicis 2^a
Classis, sine Octava.

Bulla VI

Extendit privilegium Altaris Privile-
giati concessum à Benedicto XIV. nos-
tris Ecclesijs, ad Altere unius cujusque
Confraternitatis nostri Sacri Ordinis, pro
duobus diebus cujuscumque Hebdomadae.

,, P^{re} me Pater.

,, Evendesi. La San. mem. di Benedetto
 ,, XIV. ad istanza del vice-Procurator
 ,, Generale dell' Ordine della SS^{ma} Trini-
 ,, tà Redenzione de' Schiavi, degnato ac-
 ,, cordare à tutte le Chiere dell' Ordine me-
 ,, desimo l' Altare quotidiano perpetuo sen-
 ,, za spedizione di Breve, come dal Breve
 ,, to emanato sotto il di 11 Dicembre 1750.

,, rilevasi.

,, Pertanto il P. Presentado Emanuel Ro-
 ,, vira attuale Procurator Generale del lodato
 ,, Ordine conoscendo quanto dalle Confrater-
 ,, nite all' Ordine aggregate, è sotto di esso
 ,, militanti, si cooperi alla grand' opera del
 ,, riscatto; è per maggiormente impegnarsi
 ,, i Fedeli alle medesime aggregarsi; sup-
 ,, plica con tutto il dovuto obsequio la S. V.
 ,, accio si degni per continuazione di sovra-
 ,, na sua Beneficenza alle ridette Confrat-
 ,, ernite l' Estensione del suddetto Pri-
 ,, vilegio dell' Altare Quotidiano Perpe-
 ,, tuo per via di Rescritto à tenore del so-
 ,, pradetto Decreto. Che etc).

Ex

Ex Audientia S^mi

Die 15. Martij. 1773.

S^m ex speciali gratia, benigne annuit
pro indulto Altaris Privilegiati duobus die-
bus qualibet Hebdommada a respectivis
locorum Ordinarijs semel designandis, et

uni cujuscumque Confraternitatis Altari
statuendo; Contrarij non Obstantibus.

Loco I^o sigilli

V. Macedonius Secretarius.

Notabilia

Transumptum hujus decreti, impressum in Typographia R. C. A. auervatur in
Archivo hujus nostri Conventus S^mi Spiritus Majoricensis, et cum licentia Tribu-
nalis Cruciate, presentatum fuit Ordinario Majoricensi: quod quidem designa-
vit Dominicam diem, et diem Veneris cujuscumque Hebdommada pro Altari O-
ratorij, et Aula Capitularis Terdiario, et Confratru N^o Ordinis.

Bulla VII.

Concedit Praeapud Clementis XIV. quae
gratiae, indulta, concessioner, Privilegia, Of-
ficia propria Sanctorum, Missae, aliisque a
sede Apostolica concessa Trinitariorum Or-
dini sub denominatione Canonico-
Regularium, proxime et suffragentur
alij Trinitariorum Provinciae, quae cano-
nicorum Regularium denominatione non
utuntur.

S^m Dominum Papam Clemente XIV.
suppliciter exoravit: Quatenus declarare
et significare dignaretur: gratias om-
nes, Indulta, concessioner, Privilegia, officia
propria Sanctorum, Missas, aliasque hu-
juscumodi a Sancta Sede Trinitariorum
Ordini cum denominatione Canoni-
corum Regularium adhuc concessa, et
in posterum concedenda, prodesse,
et complecti, illas etiam praefati Or-
dini Provincias, illarumque Religi-
osorum, qui Canonico-regularium deno-
minatione non utuntur. Cui petiti-
oni Sanctissimus benigne annuit
suo Rescripto die 17. Martij 1773.

Hoc affirmavit R. dum admodum P. Nosse
Praesentatus Fr. Emanuel Rovira Ex. Pro-
vincialis N^o Aragoniae Provinciae, et Ex. Pro-
curator Generalis in Elencho, quem impres-
sit gratiarum impetratarum ab ipso a sede
Apostolica, dum officio Procuratoris Genera-
lis fungeretur: nu. 3. dicit:

Quorundam dubiorum eliminandorum cau-
sa, quae ex Apostolicis indultis, sub deno-
minatione Canonico-regularium lax-
giti, oriebantur: Idem R. P. Emanuel
Rovira, Procurator Generalis eundem

Notabilia

Ipse Procurator Generalis in Elencho citato dicit, quod praedictum Rescriptum repe-
ritur authenticum in Archivo Collegij Romani Hispanorum Prov^o Castellae.
Verio: quatenam sint istae gratiae, concessioner, indulta, et Privilegia; quia
non vidi aliam Bullam, Breve, neque Rescriptum infavore Canonico-regularium
Regularium S^mi Trinitatis, nisi Bullam positam Clementis XIV.

PIUS VI.

Fuit creatus summus Pontifex anno 1775. fecit utem Navim Ec-
clesiae gubernat; Deus illum conservet in annos plurimos; ut non solum
videat dies Divi Petri; sed amplius, si Divinae majestati placuerit, ad ma-
jorem SS^{me} Trinitatis gloriam, et sanctae suae Ecclesiae utilitatem

Bulla I.

Omniibus utriusque sexus Christianis, qui
verè poenitentibus, et Confessis, ac sacra-
communione refectis, qui diebus Absolutionis
generalis, in nostris Ecclesijs interfuerint,
ibique juxta mentem suae sanctitatis pro
Christianorum Principum concordia ad ora-
verint concedit, omnes, et singulas Indulge-
ntias, ac spiritualia bona, quibus Contra-
ctus N^o Ordinis intereuntes fruuntur.

Hoc

Hoc Decretum emanavit ex sacra Con-
gregatione Indulgentiarum die 7. Junij
1775 annuente Summo Pontifice; et ejus
transumptum authenticum extat in Ar-
chivo Collegij Romani Trinitariorum Pro-
vinciae Castella.

Bulla II.

sive Decretum sacrae Rituum Congre-
gationis concedens: ut N^o Religiosi etiam
in Quadragesima posse celebrare Octava
S^{cti} P. N. Joannis de Mata.

Em^{ma}, et R^{omi} Dⁿⁱ:

1. Sancti Joannis de Mata Universi Trinita-
riorum Ordinis Fundatoris Festam di-
em, 8. Februarij sub Ritu Duplicis 1^{ae} Cla-
ris cum Octava, omnes quotquot ejus sunt
Alumni celebrant. Saepè verò accidit, ut
Octava haec in Quadragesimale tempus
incidat; atque eam tunc iidem Alumni
obstantibus Rubricis nequeat celebrare.
Itaque pro Universo, SS^{me} Trinitatis Or-
dine vehementer exoptante, Fundatoris
colere suum honore Celebrationis Octava
quocumque tempore ea occurrerit; Emi-
nentiarum Vestrarum Orator humillimus Fr.
Emmanuel Novira Procurator Generalis
ejusdem Ordinis, etiam atque etiam ro-
gat, ut universo Ordini fiat ab E. V.
potesta celebrandi Quadragesimali etiam
tempore Octavam, tam eximè, itaque
bene de Ecclesia meriti Fundatoris.

S. 2. Porro cum de Fundatore res sit,
exaudienda videtur Postulatio. Si enim
umquam rationabili arbitrio locus est,
Patres Eminentissimi pro Fundatoribus
esse omnino debet: ut bene olim ani-
madvertit Prosper Bottinini Fidei
Promotor, relatus à Benedicto XIV.
de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 3.
num. 8. in fine ibi: Agitur de Institutione
Religionis, cujus causa propterea ra-
tionabili aliquo arbitrio digna videtur.

S. 3. Et profectò rationabili arbitrio
via est semper sacra Rituum Congrega-
tio, quum Postulatores Octava celebrati-
onem quocumque tempore obvenientis pe-
tunt, quocumque de alicujus Ordinis
Fundatore actum est. Sic Benedictini,
etiam Cistercienses S. Benedicti Fundato-
rem suum, ipso quoque Quadragesimale
tempore Octava Celebratione colunt. Sic
S^{ctum} Joannem de Deo universi istius Or-
dinis Religiosi. Sic etiam S^{cti} Fran-
cisum à Paula Fratres Minimi, Octa-
va Celebratione in Quadragesimale tem-
pus, incurrentem pronuntiant. Teste Luce-
to Heortolog. lib. 2. cap. 28. Quest. 11. S. 4.

§ 4. Satis præterea eadem hanc re se
 diffudit Congregatio, et rationale arbitrium
 ejusdem: quæ facultatem largita est celebra-
 di imploratam Octavam illorū etiā Sanc-
 torum, illustrium quidem, et Patronorū
 etri non alicujus Ordinis Fundatorum.
 Obvia sunt exempla, alterum S^{te} Eulæie,
 virginis, et Martyris, cujus Festum tota in
 Diocesi Barcinonensi quocumque die oc-
 currat, etiam in Feria IV. Cinerū, vel Do-
 minica I. Quadragesimæ, et cum Octava
 etiam in Quadragesima celebratur. Ex De-
 creto diei 6. Decembris 1608.

§ 5. Alterum vero S^{ti} Thomæ Aquini-
 natis, cujus Festum cum Octava infra Qua-
 dragessimam Fratres nuncupati, Domini-
 cani concelebrant; propterea quod S^{ctus}
 Thomas Prædicatorū Ordinis censetur Pa-
 tronus, etri minus Principalis. Sicut ad
 rem tradit S^{ty}etus Heortolog. lib. 2. cap. 24.
quest. 5. ibi = Religionis præter Patronum
principalem, qui ferè sempex ejusdem Au-
thor, et Institutor est, duos, tresve alios,
pro Patronis haberi posse, non repugno, insig-
niores ejusdem Instituti Professores, quales
sunt in Ordine Prædicatorum S. Thomæ
Aquinas ad.

§ 6. Constat porro omnes inter litur-
 gicos, alicujus Ordinis Fundatorem, esse si-
 mul ejusdem Ordinis Patronum, et qui-
 dem Principalem: sicuti probè admonet
 idem S^{ty}etus lib. 2. cap. 24. quest. 2. ibi:
Patronus Religionis, seu Ordinis, is pro-
prie dicendus videtur, qui Religionem
seu Ordinem primus instituit, seu fun-
davit. Hinc si nupèr adducta exempla
evincunt, sacram hanc Congregationē
minimè hesitant, concedere Octava celebra-
tionem in quadragesimale tempus incur-
rendi etiam pro Sanctis Patronis, licet mi-
nus principalibus, certam procul dubio spe-
rent Trinitarij, ipsi quoque largitam
probinus iri exoptulatam celebrationē Octa-
væ S^{ti} Joannis de Mata Ordinis S^{smæ}
Trinitatis Redemptionis Captivorū non
modò Fundatoris, verumetiā Patris,
Principalisque Patroni.

§ 7. Quæ cum ita sint: Conservate,
 Patres Eminentissimi! et amplificate etiā,
 tam laudabilem, tamque fiam omnium
 ordinū unum, ac consuetudinem, qui Inti-
 tutores, et Patriarchas nos colunt, eamque
 si opus sit, privilegio aliquo ornare; privile-
 gio non certè novo, neque invidiato, ubi
 vidimus; sed à majoribus Verbis, justis-
 simis rerum estimatoribus, jam sæpè
 consueto; est enim, rectè ad rem lauda-
 tus S^{ty}etus: Heortolog. lib. 1. cap. 14. quest.
5. ibi = Est omnium Ordinum usus, ac
consuetudo, quibus sanè singulis, de su-
is quibusque Sanctis Institutoribus, et
Patriarchis, usurpare licet illud Ecclesi-
astici 44: laudemus Viros Gloriosos et
Patriarchas nostros in generationibus suis.

§ 8. Accedit demique illud, quod
 animos Verbis inflammare debet, et in
 vota nostra quodammodo impellere: quod
 Majores Verbi, qui cum omnibus Fun-
 datoribus liberalitèr sempèr agendum
 esse, et jure quidem, meritò judicavit:
 idem cum S. Joanne de Mata, cujus
 præstantissima sunt in Christianam
 Rempublicam merita, egerunt liberalis-
 simè. Cui enim Vigiliam in tota Re-
 ligione, seu Ordine concesserunt? Nisi
 celeberrimis Ordinis S^{smæ} Trinitatis In-
 titutoribus, Joanni de Mata, et Felici
 Vallesij; ut ex Decreto sacre Rituum
 Congregationis edito die 29 Aprilis
 1749 = Indulsi: Ut in posterum
in tota dicta Religione S^{smæ} Tri-
nitatis fiat, servata forma Rubri-
carum, vigilia S^{ti} Joannis de Mata,
et Felicis de Valois, ejusdem Ordinis
Fundatorū.

Quare ad = Joseph Nicolau Placidi.
 DECRETUM S. R. C.
 Pro Ordine Canoniorū Regulariū
 S^{smæ} Trin. Redemp. Captivorū.
 Sacrorum Rituum Congregatio ad
 humillimas preces R. Emmanuelis Ro-
 vira Procuratoris Generalis Canonico-
 rum Regulariū Ordinis S^{smæ} Tri-
 nitatis Redemptionis Captivorū, refe-
 rente

236
 236. rante me infra scripto Secretario, loco Em^{mi}
 et R^{mi} Dⁿⁱ Cardinalis Albani Sacri
 Collegij Decani, Ponendi, quibus suppli-
 cabat: ut facultas facta sit prefato suo
 ordini, celebrandi officium Octavae S. Ioa^{nis}
 nis de Mata Fundatoris, jam approbat^{um}
 tum, etiamsi eadem Octava obtigerit te-
 pore Quadragesimae. Sacra eadem Con-
 gregatio petitam gratiam Oratori benig-
 ne

ne concessit. Quibuscumque decretis
 in contrarium disponentibus non obsta-
 ribus.
 Die 9. Decembris 1775.
 M. Card. Mareficus Praefectus.

Loco **I** Sigilli.

M. Gallo S. R. C. Secretarius

Notabilia

Transumptum huius Decreti impressum in Typographia R. C. A. custoditur in
 Archivo huius N^o Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Bulla III.

Concedit: ut qualibet missa, quae a quocun-
 que Religioso Trinitario, pro alio Religio-
 so defuncto, huic suffragetur: ac si in Alta-
 ri Privilegiato celebraretur. Et Ssm vol-
 uit: ut absque ulla expeditione Brevis haec
 gratia in perpetuum eret Valitura. Hoc

Hoc decretum expeditum die 22. Janua-
 rij 1777. reperitur Authenticum in Ar-
 chivo Collegij Romani Trinitariorum
 Hispanorum Provinciae Castellae.

Bulla IV.

Concedit: unicuique N^o Ordinis Religioso
 qui spiritualibus Exercitijs per decem dies
 consecutivos semel infra annum devote
 vacaverit, indulgentiam plenariam: lu-
 ctandam, vel in uno ex tribus ultimis die-
 bus, vel in ipso ultimo; dummodo Vere
 poenitens, et confessus, ac sacra Commu-
 nione refectus, juxta mentem sancti-
 zati suae per aliquod temporis spatium
 pro ad Deum preces effuderit. Et sine
 ulla expeditione Brevis, voluit Ssm
 perpetuis futuris temporibus hanc gratiam
 valere, et duraturam fore. Hoc

Hoc decretum fuit expeditum die 21.
 Junij 1777. et invenitur Authenticum
 in dicti Collegij Archivo.

Bulla V.

Beatificationis Beati Michaelis a
 Sanctis, 1^o Professi in Conventu No^{stro}
 rum Calceatorum Ceraraugustano S^{ti}
 Lamberti, et 2^o Professi in Congregatio-
 ne No^{strorum} Discalceatorum Hispaniae.

23 devotè celebravimus, in Servi Dei Michaelis
 a Sanctis Ordinis Excalceatorum Ssm me
 Trinitatis Redemptionis captivorum nuncu-
 patorum, sacerdotis Professi virtutibus, et
 meritis extollere, et predicare, dignum pu-
 tamus: ut universi Christifidelibus uberis-
 ora quotidie suppent ad imitandum et
 empla, et in patrocinio praesidia.

Pius Papa VI.

Ad perpetuam rei memoriam
 S. I. Misericordias Domini, et divitias
 Bonitatis eius post laetitia Parca, quam
 de:

S. 2. Dominus, ac Redemptor noster
 Fidelium Servorum suorum sanctitatem, et
 gloriam

gloriam zeltatum, manifestaque facti, et qui
iam diu aeternum laborum, atque certaminis
premium consequuti Beati cum eo regnant
in Coelis: iidem inter res virtutum suarum
triumphum publica quadam militantis Eccle-
siae veneratione recipiant.

S. 3. Nos igitur in Suprema Univer-
sali Ecclesiae Procuratore, meritis licet im-
paribus, sed incalculabili divinae Sapientiae
Concilio constituti, ministerio nostro congru-
intelligimus: ut ad omnipotentis Dei glori-
am, et Ecclesiae Catholicae decus, quantum
nobis ex Alto conceditur, ejusdem Servi
Dei Cultum promovere studeamus: ipse enim
summa cum pietatis laude reverentis Discipuli-
nae Institutum amplexus, mirabilis innocen-
tia vitae, ac durisque corporis afflictationibus
dilecto suo, qui passivus inter haec, sic se-
per heroica charitate adhaerit, omniumque
virtutum splendore sic praefulset, ut mortalis
vita cursu triginta trium annorum aetate feli-
citer consumata, aeterna demum mercede do-
natum fore, non dubitemus.

S. 4. Cum itaque mature, diligenterque
discussis, atque perpensis per Congregationem Ve-
nerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-
lium Sacri Ritibus Praepositorum, processibus
de Apostolicae Sedis licentia confectis super ve-
rae Sanctitatis, et virtutibus, tam Theologicis,
quam moralibus in gradu heroico, quibus
idem Servus Dei Michael de Sanctis mul-
tipliciter claruere: necnon Miraculis, quae ad
ejus intercessionem, et ad manifestandam homi-
nibus ipsius Sanctitatem, a Deo patrata fuisse,
averebantur, eadem Sacra Congregatio coram
nobis constituta, auditis etiam Consultorum
suffragiis, uno spiritu, unaque voce, censuit:
postquam quaecumque nobis videretur: praed-
ictum Dei Servum Beatum declarari
cum consuetis indulgentiis.

S. 5. Hinc est: quod Nos pijs, atque in-
mixtis Charissimis in Christo Filijs nostri Caro-
si, Hispaniarum Regis Catholici, et quamplu-
rimorum Venerabilium Fratrum nostrorum Ar-
chiepiscoporum, et Episcoporum, necnon Capitulo-
rum, Regiorum, Civitatum, ac Universitatum
fere totius Hispaniae, ac totius insuper antea-
dicti Ordinis Excalceatorum SS^{mae} Trinitatis
Redemptivae Captivorum, supplicationibus nobis
super

super hoc humiliter porrectis benigne incli-
nati de supradicta Congregatione Concilio,
et assensu, Auctoritate Apostolica, tenore
praesentium indulgemus: ut idem Dei
Servus Michael de Sanctis in poster-
um Beati nomine nuncupetur, ejusque
Corpus, et Reliquiae venerationi Fide-
lium (non tamen in Processionibus) ex-
ponantur: Imagines quoque radijs, seu
splendoribus exornentur, ac de eo quot-
annis die 5^{ae} Mensis Julij recitetur Of-
ficium, et Missa, de Communi Confessorum
non Pontificum cum Oratione a nobis ap-
probata, juxta Rubricas Praevisionis, et
Missalis Romani.

S. 6. Porro recitationem officij, et
Missae Celebrationem hujusmodi fieri con-
cedimus dumtaxat in universo Ordine tam
Excalceatorum, quam non Excalceatorum SS^{mae}
Trinitatis Redemptionis Captivorum, in Ci-
vitate Vici, Vici vulgo dicta, ubi natus,
et hinc in toto Catalauniae Principatu, in
Diocesi Vallisoleana, ubi moratus est, in
Diocesis, Toletana, Granatensi, Siennensi,
et Palentina, in quibus insignia dedit
sanctitatis exempla: ab omnibus vivens:
quae sexus Christianis, tam saecularibus
quam Regularibus, qui ad Horas Canoni-
cas tenentur, et quantum ad Missas
attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus
ad Ecclesias, in quibus Festum peragetur
Confuluentibus.

S. 7. Praeterea primo dumtaxat an-
no a datis hinc litteris: et quoad Indi-
as a die, quo eadem litterae illuc perve-
nerint: inchoando: in Ecclesijs Ordinis, Ci-
vitatibus, et Diocesium antedictarum, Solem-
nia Beati Michaelis ipsius Servi Dei cum
officio et Missa sub ritu duplici majori die
ab Ordinario respectively assignata, vel certi-
data; postquam in Basilica nostra Sancti
Petri in Vaticano de Urbe celebrata fuerint
eadem Solemnia die secunda Mensis, par-
titer celebrandi facimus potestatem.

S. 8. Non obstantibus Constitutionibus
et Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis
de non cultu, editis, ceterisque Contrariis
quibuscumque. Volumus autem: ut earum
idem praesentium litterarum transcriptis, seu
exem-

Exemplis, etiam impressis etc.
Dat. Roma Apud sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris die

secunda Maij 1779. Pontificatus nostri
anno quinto. = J. Cardinalis de Co-
mitibus = loco sigilli.

Notabilia

Transumptum huius Brevis impressum asservatur in Archivo huius Nⁱ
Conventus S^{ti} Spiritus Majoricensis.

Epistola

Enciclica Ad Omnes Conventus
viniæ Aragoniæ Nⁱ Provincialis
Occasione Brevis Pij VI. Pontifi-
cis Maximi

Ave Maria

Fr Emmanuel Rovira Presentatus in
Sacra Theologia, Examinator Synodalis
Diocesium, Texundensis, et Merdensis,
Mundatura Hispania Theologus, Ex-
curator Generalis in Romana Curia
totius Ordinis S^{mi} Trinitatis Calce-
atorum Redemptionis Captivorum, et
Minister Provincialis Aragoniæ ejus-
dem Ordinis etc.

Charissimis nostris Fratibus, Filijs
nostræ Provincia: salutem, et gratiam
in Domino nostro Jesu Christo.

S. I. ^{Statu} super humeros meos tam
spectabilis Provincia Regimen impositum
fuit: cogitavi, Charissimi Fratres mei! Vo-
bis scribere ad nostrarum legum obser-
vantiam in vobis excitandam; sed illius
grave onus, nostrorum Cura, præssorum
que, ac inexcusabilem itinerum duritiam
nec locum, nec tempus dedere: ut quod
optabam perficerem; et licet tempus non
defuisset; timor meipsum exterrisset, ob-
stupesceret, consterneret; nihil enim ma-
gis exterreret, obstupesceret, et consterneret, quam
labor fragilis, sublimitas humilis, dignitas
non merenti: ut docet S^{ctus} Leo, Term: 2^o

S. 2. Verum enim vero, me Compulsi, Charissi-
mi Fratres mei: ad quod cogitabam prose-
quere, nos in tam calamitosa, difficillimissima
que temporibus reperiri, in quibus veram
doctrinam delinquendo homines, sectantur
tantum falsitates, adversus quas invet-
eratur Divus Paulus, vigilantiam admonedo:
in 2^o ad Timoth: Cap: 4. erit enim tempus: cum

sanam doctrinam non sustinebant; sed ad sua
desideria coacerbarent sibi Magistros, præter
auribus: et à veritate quidem auditum aver-
tent; ad fabulas autem converterentur; Tu ve-
ro Vigila. Tempora, in quibus sine vere-
cundia exultat veritas, suaviter menda-
cium introducendo, et ausu inverecundo riu-
bitur irreligio, impietas, et incredulitas con-
tra Catholicam fidem, contra bonos mores,
et contra Regularia Instituta; in quibus
circumstantijs, non mihi licet, admonitione
omittere, puritati Fidei in Vobis, morum
integritatis, et observantia Regularis solliciti
studij: quando Magnus Israel Deus, qui
tot patavit prodigia ad gravitudinem im-
pirandam electo suo Populo, Nobis nuper
per Beatus Orosius, summum Pontificem,
et Pium Papam VI. manifestavit Beati-
ficationem unius Nⁱ Provinciae Filijs
Beati scilicet Fratris Michaelis Argemir,
in Dicalcatibus nuncupati Fr Michael de
sanctis

S. 3. Felicitatem obtinuit, Videndi in
Romana Curia sollicitudinem, curam, et
morem, quo discutuntur cause ad cu-
ræ certitudine deducendam infallibilitatem, præ-
fusa alienius sancti vite, et mortis: Præter
commissiones: processus ad actorem eius veri-
ficationem; virtutum, miraculorumque præ-
fationes; congregationes Antipreparatorias,
preparatorias, et Generales, cum majori ma-
gisque solerti discretionem, super omnibus, que
in illis tractantur: et planè Confiteor: quod
nullum aliud extaret argumentum (licet
esset unus incredulus et infidelis) statim
Confiteor infallibilitatem summi Pont-
ificis in Canonizatione, et sanctorum Beati-
ficatione: ac in successiva illorum declara-
tione, Ecclesie sanctitatem in suo Capite,
in suis Sacramentis, in suis visibus: et
punitatem nostra S^{cti} Fidei, bonis in moribus
suis

suorum membrorum, propter
observantiam.
S. 4. Non ignoramus: quod nostra fragi-
litatis causa in omnibus saeculis relaxatio
introducitur, & contra ipsam declamatur, ut
bene convincitur per Canones, et Decreta Co-
ciliorum, necesse est ad inordinationes, et im-
moderat abusus eliminandos, celebratorum: In
Papae anno 553. In Augustodun: 670. In Turis:
817. In Mogunt. 847. Et In Toledo:
non loquitur celebratis. Ita quod aliquando nec-
cessarium fuerit disciplinam in aliquibus
variare ad malignitatis cursum detine-
re; Verumtamen per divina gratia mi-
rabilem influxum, in omnibus saeculis
Dominus Deus noster viros Apostolicos, sac-
torumque excitavit, qui bonis exemplis ratio-
rum cursum detinerent, Fidelium mores re-
formarent, puritatemque Fidei conservaret,
sanctarum, Evangelicarumque legum observantiam.
S. 5. Ibi auxilijs semper egit Ecclē-
sia; nam sicut Corpus humanum sine ali-
mentorum ad vitam conservandam necessario-
rum fomento, subsistere non potest; et sicut
terra maduros, rapidosque fructus, non daret,
sine continuo cultoris labore: sic neque con-
servaretur Ecclesiae Misticum Corpus: neque
virtutis, sanctitatisque daret; sine continua
Operationum Evangelicorum assidua, et sine
Spiritus Sancti irrigatione, quae eam fa-
cundat, et abundanter in omnibus fecunda-
vit saeculis: auxilijs elargiendo efficacia,
virtute Conciliorum, sanctorumque Praelato-
rum Vigilanti, qui sancti sui exemplis
sacrorum Canonum, Decretorumque obser-
vantiam inspirarunt.
S. 6. Ad modum, quo de Ecclesia dis-
currimus, potestis, Mei Charissimi Fratres:
de statu Religioso discurrete. Quae egi-
t Deus ad illius Conservandam, & Providentia-
m, quas Ecclesia assumpsit, ad disciplinam
monasticam restaurandam, legere dis-
fuit potestis, eruditi Fleuret Ecclesiast-
ica in Historia: Divinum 8. Historia
Ecclesiastica m. 2. ad 8. Observantia
Monastica, ~~est~~ omnino deperdita ex-
stitit in Occidente, seculo 16; sed si per vic-
tudinem temporum, suam passus est status

Regularis Decentia, viri Apostolicis Misticis
cor Deus nos providit, qui sui scriptis,
et sanctitatis sui exemplis, haerere, laxare,
vitia, et relaxationem, refrenarunt, et ex-
actam Institutionum observantiam, puram,
et sanctam conservarunt.
S. 7. Pro Nobis loquitur, Memorabilissime
Fratres mei! Nulla Religio magis Roma-
norum Trinitati debita est, quam nostra, pro
hujusmodi beneficijs. Illa fuit coelestis mi-
nistrata ab ipso Deo. Illa sola gaudet, et
condecoratur, Titulo, et Nomine ipse SS^{ma}
Trinitatis. Sancti Nostri Patriarchae, S^{mi}
Joannes de Mata, et S^{mi} Felix de Valois:
ille Doctor Patinensis, hic ex Regali Gal-
licae Familiae, pariter vivere, post Ordinis
fundationem, ad radicandum in Tilijs,
quas instituerant Lege, sed immediati
deo Inimici Generales, s^{mi} Patriarchae
Joannis successores, qui fuerunt Sancti-
tate insignes, observantiam illarum a-
qualiter inspirarunt. Nec minor fuit
Virorum Apostolicorum assidua, qui
relaxationi viriliter, fervideque opposi-
ti, perfecta Regula observantiam sanctita-
tem, puritatemque Ordinis conserva-
runt. Ita facere. S^{mi} Robertus a Ka-
reerburgo, Sanctus Franciscus Pamie-
us, Sanctus Martinus, Franck vocatur,
et alij S^{mi} Conferentibus: quin mentione
nunc faciamus multitudinis Sanctorum
Martyrum, qui Ecclesiam illustrarunt,
et in mystico N^o Religionis Coelo su-
cussissima sunt Stella, quae ipsarum va-
dij ad nostri Sacri Instituti Conservan-
tiam, nos dirigunt, excitant, et impellunt.
S. 8. Non parum Regularis defecit
Observantia post annum 1348, occasione
et causa pestifera epidemica Genera-
lis: et licet non defuerit in Nortica
Regione, et Provincia plures Martyres
Charitatis, qui vitam dederunt, ut pra-
ximis spiritualia, et temporalia minis-
trarent: Plures Provincia desolata re-
manerunt; quomplurimi conventus abs-
que habitatore, magisque exemplares
Religiosi perierunt. Non mirum, quod
introducitur inobservantia. Sed tamen: 60-

260
vultus, magnusque Deus Israel, liberaliter
beneficij nos cumulavit, in ordine
Provincia nostra exhibendo homines, p
vitiu Religionis, et observantia insignes
ut legitur in antiquis N^o Provincia libris
in Archivo N^o Conventus Valentini aucto
patris) qui omnes aspiravit ad veram re
formationem aburum insensibiliter in
ductorum, et ad exactam nostram Aposto
lica Regula observantiam.

S. 9. Re cum effectu: destinata
fuerunt Recollectionis Domus, in Nostra
Hispania, ad quas continuo volabant Re
ligiosi majoris perfectionis cupidi. Ipse
Nostris Fratres, ut Venerabilis Fr. Joannes
a Conceptione, (cujus verba in gradu her
et voco appropiate sunt a Sede Apostolica)
alij ^{Monachorum Provinciarum}
de ~~monachorum Provinciarum~~ fundaverunt
unam auctoritatem Provinciam, in qua
profitebantur omnem primitivam Regula
rigorem sub obedientia R^omi Patris nostri
locibus nostris Ordinis Minimi Generalis.

Hoc modo Nostris Beatus Michael
bene poterat in nostris Provinciis remanere
re, et ad culmen sanctitatis pervenire,
ubi poverot Beatus Simon de Roxas
que eodem tempore vivebat; Sed magi
mus Misericordiarum Deus, qui omnes
vocat sine viarum, ^{ita disponit} ~~intermediarum~~ limitatio
nos, ad emulationes inter utramque
Trinitariam Familiam, vitandas; de
manitrando aperi et chara: Virtutem,
perfectione, et sanctitatem, non in illa
Habitu factura; sed in vita juxta le
ger Ordinata: non in Professio hujus
vel illius Religionis; sive magis, minus
austera, aut rigida Regula: quia ir
alterutra sancti fieri possumus, si sancti
tarum Regularum, quas profitemur, perfec
tam observantiam habeamus.

S. 10. In hujus doctrinae Confirma
tionem: postquam S^{ma} Trinitas No
stram Religionem honorare dignata est
cum Nostris Beati Simonis de Roxas
Beatificatione, solis tredecim annis in
completis mediocritatibus, in Altaria eleva
vit

vit Beatum Michaelem a Sanctis: ut eum
inspiciamus, et habeamus, tamquam perfec
tum exemplar, quod Nobis inspirat nostris
summetipsum reformationem, nam vicit
tum imitationem, atque nostram Apostolica
Regula perfectam observantiam. Religionem
est ingressus, sanctumque nostrum Habitu
tum ausumpsit in Nostris Conventu Princi
monensi: Professionem emisit in Domo Na
CasarAugustana extra Murum CasarAugustanum
S^o Lambertii nuncupata. Uterque Conventus
N^o Provincia est. Professionem emisit in
ter Nos: ac inter Dicalceata postea Pro
fessus fuit. Vixit exemplar factus Viri
tum in Nostra Aragonie Provincia: Et
mortuus est inter Dicalceata Vallisoleta
nos Omnis sanctitatis Prototypus. Est Sancti
tus Utriusque Religionis; quia Sancti mi
nostrae etiam sunt: et Nostris, sunt etiam
illorum.

S. 11. Habuimus in utraque Fam
lia majores gaudij, letitiaque exulta
tiones: anod lingua Populus ad nobis
congratulari dum invitavimus; atque
ad laudandam, venerandam, ac Novam
stellam colendam, quae in firmamento Eccle
siae perfulget, et misticum Nostrae Trinitar
iae Religionis Coelum illustrat: dulciter
canendo juvandum Hymnum Te Deum laus
damus, ac B^{nae} Trinitati fervidas tribuen
do gradias, cui omnis laus, honor, et gloria
debetur. Flevimus pro gaudio: puerulas
effundimus Lacrimas Deo grati, pro tali
magna felicitate, quam tota Nostra Reli
gioni concessit, et Nostra praesertim Provin
cia.

S. 12. Tam copiosa letitia gratia, et
mandati Fratres mei! Vobis injungo, et per
vircera Misericordiae Domini N^o Jesu Christi
vos rogo: ut distingu, Curatis, et spectatis
res vos fieri, in primis solemnitatibus cultibus
et festivitatibus hujus Beatificationis, quia
N^o Provincia Filius est iste Beatus. Fet
tivities celebrate, toto illo splendore, et so
lemnitate, quam possibilitas nostrorum Cora
vendum permittat. Hoc jam facietis in dieb
quas Illustrissimi vestri Diocesani destina
sunt. Facietis inquam, mei Charissimi Fratres,
et

et inter omnes distingui debetis: quia noster
 Beatus, est noster Novicius, est Noster Profens;
 ut noster Sodalis, est noster Commiliton: et
 exemplar perfectionis: est denique omnis vobis
 tutus Heros insignis, ad nos in Deo amorem
 inflammandum, et ad nostra sancta Regis
 la observantiam, ac sacri nostri Institutu
 morem in nostris cordibus accendendum. Dicit
 angus, inquam, debetis, non in vana emu-
 latione solius honoratus, et cultus exteriori
 sed sancta in emulatione virtutis, et Charitatis
 tant Charismate, quibus efficiamini vivide
 Imagines N^{ri} Beati Michaelis.

S. 13. Mementote: quatenus ad de-
 mandum, purificandum Populum Dei, ni-
 sit ubi inveniuntur fidei, quam legi libri
 Populo promulgare. Idem fuit promulgati-
 onem fieri quam. Abominabilibus des-
 cribi: sedus peccatum coram Domino
 erit: ut ambularent post Dominum, et cus-
 todirent precepta eius. Hoc ipsum, ut ju-
 dico verificabitur in Vobis, cum declara-
 tione, ac promulgatione Virtutum nostris
 Beati Michaelis, libri perfectionum vivi,
 in quo legere, et discere poteris, Nostris
 legis, Regulaque Coeclis nobis tradita, ob-
 servantiam. Illam ergo inspicite vicinim,
 omnibus vestris fratribus: sicque nostrorum
 metiprosam veram reformationem obtinebi-
 mus: et hoc erit solemnius Festivitas, qua
 No Beato Michaeli celebrare possumus.

S. 14. Exultat, Amantissime Frater
 me, liquefactum per Oculos Cor nostrum,
 in contemplatione excelsi honoris, quem
 Praeeminone Noviciatus acquisivit, cujus
 solon toties Beatus Michael suis parit-
 ter lacrimis irrigavit: atque caritas
 eius, puritatis, modestiae, et charitatis, vici-
 um odor perfudit. Rumpitur, et fuit
 genit teneritudine pectus, cum videmus,
 generamus, et adoramus sanctam nostro
 fensionis subscriptionem, qua sanctifica-
 vit, et ad perpetua memoriam honora-
 bilem fecit professionum librum Sanc-
 ti Lambertii Cerasaugustani Coventur-

S. 15. Venerate itaque, Charissimi Fratres
 mei, nostrum Beatum festivitatibus
 solemniissimis; sed major est, vobis propos-
 nere ad imitandum nostrum Beatum
 Na Apostolice Regula, ac
 sacri Institutu. Festivitas tribuste Al-
 timum gratiarum actiones pro tot Mi-
 et beneficiis, et principa-
 quam nobis concessit in
 tima successione Virorum Apostolicorum
 et sanctuarum, ad conservanda puri-
 tatem Fidei, sanctitatem, et Nostris
 Inhiberi observantiam. Beatissime
 mam rogate Trinitatem pro Resu-
 chista vicarij Sabite, et N^{ri} Catholici
 Regis, Principis, ac Regiae Familiae:
 qui tanta diligentia, et sollicitudine
 ad Altaria exaltare hunc preexcel-
 sissimum Praeatum. Et denique
 ut excitemur, ad ipsius imitationem
 et nos met ipsos reformemus: meam
 concludam Epistolam, Verbis S^{mi} Pa-
 tris, et Domini nostri, Dⁿⁱ Pij Papa
 VI. quibus conclusit suam Encicli-
 cam, et omnibus Christianitatis Fide-
 libus persuadet; quod sui proximi, et
 subditis exhortare debent: inadeo sub-
ditis vestris, servandam esse fidem, et
exhibendum obsequium illis, qui Dei Or-
dinatione praerunt, et imperant: da-
te addictis Ecclesiae ministerio docu-
menta Fidei, continentiae, sobrietatis,
scientiae, ac liberalitatis, ut placeat
ei, cui se probaverunt, nihilque per-
ve ferant, nisi grave, modestum, ac
Religione plenum. Et injungendo
vobis eandem Charitatem inter vos,
Beatissima Trinitas benedictionibus
vos repleat. Datis in nostro Conven-
tu Piava die 5. Augusti 1773.

F. Emmanuel Rovira Minister Provin-
 cialis.
 Sive admodum R. Sacerdotis Mandato
 F. Petrus Martiz Claret Secretarius.

Notz

Notabilia

In hac Epistola dicit admodum R. P. Noster Provincialis: duos successores S. Padii N. Joannis in Ministerio Majori, seu Generalatu, Pierre Sator, et sine ulla suspensa poterat dicere: quod quinque successores fuerunt sancti: Ibi fuerunt: S. Joannes Anglicus, S. Guillelmus Scotus, Beatus Rogerius, Leprosus appellatus, cognomine Dées, S. Michael Hispanus natione, cognomine Laynez, et Beatus Nicolaus Gallus. Omnes enim isti fuerunt sanctitate insignes. De primis duobus volumus loqui, et in margine auerit: quod ambo sepulti fuerunt in sepulchro S. P. N. Joannis. In hoc deceptus fuit ab aliquibus Authoribus, qui hoc dixerunt sine ulla examine. S. Guillelmus Scotus obiit, exiens cum capite in Redemptis à Civitate, Praeza nuncupata in deserto circa Castellum, de los Baños nuncupati, quibus exalarit malignitate veneni, à Mauris propinati, ibi sepultus fuit à iheris; postea expugnata fuit à S. Ferdinando Castelle Rega Civitas Cordubensis, et in N. Convention à S. Rege Fundatum, translatum fuit corpus S. Guillelmi Scoti, ubi regeret, et veneratur. Qui fuit sepultus in sepulchro S. P. N. Joannis, cum sancto Joanne Anglico 2. Generali, fuit S. Michael Hispanus S. Generali N. Religionis: ejusque corpus, cum corporibus, S. P. N. Joannis, et S. Joannis Anglici, translatum fuit in Hispaniam à duobus laicis Religiosis, quorum unus erat Castellanus, alter Majoricensis.

Bulla VI

ive Decretum approbans Officium Beati Michaelis à Sanctis, cum oratione, et lectionibus 2. Nocturni proprijs.

Die V. July

In Festo Beati Michaelis à Sanctis Confessoris, sacerdotis, Professi, Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis Redemptoris

Capitulum

Duplex Minus.

Omnia, ut in Breviario Romano de C. muni Confessoris non Pontificis praeter sequentia:

In Hymno: Mutatus 3. Versibus.

Oratio.

Misericors Deus, qui Beatum Michaelem conferentem tuum, morum innocentiam, et mirabili Charitate praestare voluisti, concede quaesumus ejus intercessionem: ut à vitis liberati, ac igne turbarum incensi, ad te pervenire mereamur. Per Dominum nostrum etc.

In I. Noct.

lectiones: de Scriptura occurr:

In II. Noct. Sectio IV

Michael à Sanctis Vici in Hispania Caeteriore, pijs, et honoris Parentibus natus, mundum ante contemptive, quam agnovit virna est. Pene infans perperam virginitatem Deo vovit, cuius rei conscius Pater, nuptias illi per se cum proponeret, in lachrimas effusus Pater, atque ad Deiparae Virginis Aram confugiens, emisso votum multo etiam ferventius renovabat. Sexennis ad sanctam verigia sectanda in Monasterij spelunca recessit, in qua dum patientis Christi misteria de genu pijs affectibus lachrimisque prosequitur, ab ijs, quos Pater ad eum querendum submiserat, apprehensus, Domum redire cogitur. Illa que tamen de praconcepto severiori virginitate proposito quidquam remisit. Unica illi erat rerum caelestium desideria, perpetua cum Deo consuetudo, innocentis vero carnis Inaceratio major, quam ut tenera illa aetas ferre posse videretur. Nam

§ Sectio VI.

nam singulis Hebdomadis ter jeunabat, una
 num super sacramentum facibus, saxo capiti
 supposito cespenti, flagellis in seipsum acer-
 rime saevire, quin etiam aliquando corpus
 cilium S^{ti} Francisci exemplo in spinarum
 aervum conjicere, et cruentandis volu-
 tare, non dubitavit. Quibus, alijque
 cruciatibus generibus admirabili illi
 poenitentia proledebat, quam postea ad
 hominum vaporem tantoperè adauxit.

§ Sectio V.

Anna aetatis duodecimo nondum exple-
 ra, solus, et pedes excedens de domo, et
 cognatione sua Praenonem contendit, ibi-
 que Ssme Trinitatis Redemptionis Capti-
 vorum Ordinem inter Calceatos amplexus
 quamprimum per aetatem licuit, solennia
 vota nuncupavit. Paucis inde post me-
 ribus ad strictiorem Discalceatorum ejusdem
 Ordinis Familiam se transtulit: In hac
 nova Regularis Disciplina Palustria mi-
 rum est, quot, quaque virtutum in-
 crementis, etiam inter continuas studio-
 rum exercitationes superioris vite sanc-
 titatem cumulaverit. Ea enim religione
 leges omnes servabat, ut nullam ex eis,
 vel minimam violare compertus fuerit.
 Virginitatem, quam quinquennis Deo vo-
 verat, inviolatam undique, illibatam-
 que ad obitum usque servavit. Unica,
 eaque obsoleta utebatur tunica. Nuper-
 rimis cilicijs, ferreisque flagris corpus
 cruciabat. Jeunij cultor perpetuus, et
 semper abstemius, aliquot per hebdom-
 adam dies sine ullo procius cibo, po-
 tuque transiebat: reliquis aere parci-
 sine, ac duritèr vivebatur. Somno bre-
 vissimum temporis spatium indulgens, ve-
 liquum noctis dabat p^{ri} meditationibus
 ac coelestium rerum contemplationi, qua-
 rum desiderio ita flagrabat, ut cum de
 Coelesti Patria, aut verba ipse faceret,
 aut dicentem quempiam audiret, extra
 se rari omnino videretur.

Quem Deum toto mentis affectu dilige-
 ret, summis eum precibus exorabat, ut
 sibi cor novum tribueret, in quo purior
 arderet flamma Charitatis. Quo ex te-
 pore cor ejus ineffabilibus cepit affluere
 delicijs, et novis divini amoribus artibus
 effervercere. Rem divinam facturus ea
 animi sensu ad Aram accedebat, et ta-
 ta religione sacris operabatur, ut ad-
 tantèr ad pietatem magnoperè inflam-
 maret, et quem sacratum Calicem in-
 altum attolleret, a sensibus penè aliena-
 tus appareret. Nec minore erga proxi-
 mos charitate flagrabat. Quos et priva-
 tis consilijs, et publicis concionibus, et as-
 sidua sacramenti Poenitentiae adminis-
 tratione juvare nunquam praetermissit.
 Quam vero propter haec non Populi mo-
 do, sed viri etiam Principes ejus sanc-
 titatem admirarentur, ea tamen erat
 animi demissione, ut se demonibus
 ipsis deteriorem affirmaret. Tandem
 quem Fratres iterum praecet, ad
 innocentis, ac poenitentis vite premia
 vocatus, eo quem praedixerat loco, et te-
 pore, purissimum spiritum Deo reddi-
 dit Vallis-Oleti die decima Aprilis,
 anno Domini Milleesimo Sexcentes-
 simo vigesimo quinto; aetatis vero tri-
 gesimo tertio. Quem multis antè, et
 post Obitum miraculis clarum Pius
 VI. Pontifex Maximus Beatorum fas-
 tis adscripsit.

§ Secretum S.R.C.

Ordinis Discalceatorum Ssme Trinitatis
 Redemptionis Captivorum
 Supra scriptas lectiones proprias pro
 secundo Nocturno recitandas in Officio
 de Beato Michaelè à Sanctis Coenore:
 ubi ab Apostolica Sede concessa est it-
 lius recitatio, de mandato Ssmi Dⁿⁱ
 nostri, Domini Pij Papae VI, ab Emi-
 nentissimo, et R^{mo} Domino Cardinali
 Boschi

Sec=

264
 27 Botchi Ponente, una cum R. P. Promou 27 Hac die 21. Maij in Fests SS^{mae} Trinitatis
 27 voce Fidei recognitas, et approbatas ad 27 anno Dñi 1780.
 27 instantiam P. Fratris Nicolai de Virgine 27 M. Card. Marcellus Praefectus.
 27 ne, Potulatois: Idem SS^{mus} Domini
 27 nris notex Publicari posse decrevit. 27 C. Rivoldi S. R. C. Secretarius.

Notabilia

R^{edus} admodum P. Praeentatus Fr. Emmanuel Novira Minister Provincialis
 totius Corona Aragonie Patrum Calceatorum, pro Universa sua Provincia Terme
 primi curavit, et admonet: loca ubi concessa est huiusmodi Officij recitatio ex
 Decreto Beatissimi 2. Maij 1779; esse universum Ordinem suum Calceato-
 rum, sive Excalceatorum SS^{mae} Trinitatis Redemptionis Captivorum: item in
 Civitate Vici; et hinc in toto Catalaunae Principatu, in Diocesi Vallis-Oleat-
 na, Toletana, Granatensi, Siennensi, et Palentina, omnibus Veriusque
 sexus Christianis, tam secularibus, quam Regularibus, qui ad Ho-
 ras Canonicas tenentur.

In fine nota:

Quod in hoc Tomo, et in alijs duobus desunt quamplurima Bullae, Bre-
 via, Decreta, et Rescripta Apostolica, quae ad meam non pervener-
 unt Notitiam, praesertim convenientia ad Discalceatos Hispani-
 ae: necnon ad Religionem Nostram ante Congregationis Discalceatorum
 Hispaniae foundationem: sed humillimè te rogo, ut attendas attendas ad
 laborem, et expensas necessarias ad iungenda tot instrumenta in honorem
 N^{ost}re Religionis; et pro me SS^{mae} Trinitatem roges.

Die 12 Martii 1794.

Pius VI die 3 Julii 1795

S. R^{omani} Congregatio con- } concessit indulgentiam ple-
 cessit, ut in die Dedicacionis ec- } nariam visitantibus Eccl-
 clasiarum ordinis, et in die } liar nostri ordinis in aliquo
 octavis eiusdem dedicacionum } anni die ab ordinario asig-
 dicatur Praefatio de S. S. Tri- } nando: et per novena pra-
 nitate in nostris Ecclesiis } cedenter dies indulgentiar
 Decretum reperitur in hoc } partiales. (Bn Decretum.
 archivio Collegii nostri.

Pius VI die 20 Maii 1793 concessit
 ut quod in omnibus ordinibus bibliothecarum
 conservari possint debita cum
 cautela quicumque libri prohibiti
 originale decretum servatur
 in hoc archivio collegii Romani
 Fer. 2. die 20 Maji 1793.


Pius VII

» Bone Pater = Fr. Franciscus Hernan-
 » dez Procurator Generalis Ordinis
 » S. M. Frangitatis Redemptionis Capti-
 » vorum humiliter S. V. exponit, quod
 » ob multitudinem Captivorum et pauci-
 » tatem Elemosinarum Hospitalia et
 » domus que pro bono tam animarum,
 » quam corporum Captivorum habentur
 » in Civitatibus Algeri, et Tuntii admini-
 » stranturque ab Ordinis Religiosis, debi-
 » tis gravata sunt dicta Hospitalia, neque
 » ulterius progredi potest in eorum man-
 » utentione cum magno Captivorum damno.
 » Aliunde tres Hispaniarum Provin-
 » cia eiusdem Ordinis ob temporum di-
 » fficultates desiderat a S. V., quod funda-
 » tiones miserarum reducantur Quapropter
 » Orator humiliter petit quod S. V. graci-
 » am Provinciarum dictarum concedat quod
 » misere ita reducantur, quod pro unaqua-

11 que missa lecta dicta quinque Tituli Romae 11
11 ani assignentur et pro cantibus viginti 11
11 cum onere, et obligatione, quodque libet 11
11 Conventus teneatur aliquam dare et 11
11 emosinam predictis Hospitalibus capti- 11
11 vorum Substantandis, taxandam in 11
11 Capitulis Provincialibus singulis Frece- 11
11 nsiis à Provincialibus, et definitivis 11
11 singularum respective Provinciarum et 11
11 pro Gratia Deus C. = Foris = Ex. - 11
11 Audiencia S^me Die 5 Octobris 1802 11
11 S^mus, attentis expositis, remisit pre- 11
11 ces arbitrio, et conscientie Provinciali- 11
11 um cum omnibus facultativis neces- 11
11 sariis, et opportunitis que cognita narra- 11
11 torum veritate, petitam onerum reduci- 11
11 onem ita concedere possint, et valeat 11
11 ut cause in precibus exposita provideat 11
11 tur: Contrariis quibuscumque non ob- 11
11 stantibus. = P. Fr. Galeffi R. F. Oeconomus, 11
11 et Secretarius = R. 153 L. F. = Loco + 11
11 Sigilli



166
U 3



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page, including the words "L'Esprit" and "L'Homme".

Ms. 54